


50

Historia
DE
Eruptione
Praedictorum.



22-a-3-77




0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

S. Juan ^o Zagata



元1770年正月

22-a.3-77



Juan Zapata



217701351

R2455
BEATI HUMBERTI
DE ROMANIS BURGUNDI
OLIM ORDINIS PRÆDICATORUM
QUINTI GENERALIS MAGISTRI
DE ERUDITIONE
RELIGIOSORUM PRÆDICATORUM
LIBRI DUO

In quorum primo de Prædicatorum munere , & variis ad ipsam
spectantibus , formaque , ac arte concionandi agitur .
Secundo autem de modo prompte cūdendi sermones
circa omne hominum , & negotiorum genus
differuntur

AD REVERENDISSIMUM PATREM
F. THOMAM RIPOLL
EJUSDEM ORDINIS PRÆDICATORUM
GENERALEM MAGISTRUM

Opus sane utilissimum Episcopis , Parochis , Concionatoribus ,
necnon omnibus sacrorum Rituum studioſis . Notis nunc
primum auctum , ab innumeris fere erroribus
expurgatum , locisque Auctorum alio
charactere descriptis distinctum :

OPERA ET STUDIO
JOSEPHI CATALANI
CONGREGATIONIS ORATORI
S. HIERONYMI CHARITATIS
PRESBYTERI.

ROMÆ , Typis Antonii de Rubeis apud Pantheon . MDCCXXXIV .
SUPERIORVM PERMISSV.

DE ROMANIS SURGUNDI
OMNIS ORDINIS PRÆDICATORUM
QVINTI GENEVENSIS MAGISTRI
SCIENTIA HUIC DITIONE
RELIGIOSORUM PRÆDICATORUM
LIBRIS DUO

AD REVERENDISSIMUM PATERM
THOMAM RIPOLLUM
ORDINIS PRÆDICATORUM
GENEVENSIS MAGISTER

REVERENDISSIMO PATRI
F. THOMÆ RIPOLL
ORDINIS PRÆDICATORUM
GENERALI MAGISTRO.

St. Domingo

JOSEPHUS CATALANUS
FELICITATEM.



Ureum, REVERENDISSIME PATER, atque ab-
solutissimum Opus, De Eruditione Præ-
dicatorum, & de modo prompte cudendi sermones, Re-
ligiosissimi & que, ac doctissimi Venerabilis Patris, Fratris
Humberti de Romanis tui incliti Ordinis Prædicatorum Ge-
neralis Magistri Quinti, nova hac nostra editione ab, innu-
meris

meris fere erroribus expurgatum, Notis auctum, locisque Sacrae Scripturæ, aliorumque Auctorum alio charactere descriptis insignitum, cui potissimum dicarem, non longa consultatione mibi opus fuit. Cui enim alii, quam Tibi illud nuncupare debebam, qui tanti munera, tantarumque laudum successor, & hæres eundem inclitum Prædicatorum Ordinem tanta cum gloria tueris, ac moderaris, ut plerosque omnes, qui Te præcesserunt, longo intervallo superare videaris. Fuerunt certe complures Generales Magistri, qui prudentia, sanctitate, doctrina, ac rerum gestarum magnitudine celebrissimum Nomen reliquerunt. Verum quis unquam extitit, qui ut Benedictum XIII. Pontificem Optimum Maximum, tam in reliquorum numero minime collocandum, tam in te colendo atque observando nemini secundum, quis unquam extitit, inquam, qui tres S. R. E. Cardinales uno eodemque tempore ex Prædicatorum Ordine sibi obsequentes widerit: ex quibus duo adhuc superstites, alter verbo, & exemplo Vercellensem gregem, alter universam Ecclesiam consilio suo, atque eximiis editis Operibus defendit, atque illustrat? Hec sicut verissima, ac notissima cuique sunt, & nec amplificari laudando, nec imminui detrabendo, vel invidendo possunt, sic diuino beneficio Tibi concessa, atque impertita esse nemo est, qui inficias iherit. Deus enim Optimus Maximus, qui Te ad tantum munus, tantumque decus destinarat, tantis te naturæ, & ingenii, ac gratia cumulavit donis, ut Reverendissimum Patrem Fratrem Antoninum Cloche Generalem Ordinis tui Magistrum, virum non sine elogio nominandum, ad Te Socium, atque Hispaniæ, & utriusque Siciliæ Curatorem adsciscendum occulta illa, atque divina vi moverit; postea Aragoniæ Patres ad totius Provinciæ moderamen Tibi tradendum; demum universum Ordinem in Bononiensibus Comitiis, ubi olim Sanctissimus Raymundus de Pennafort ejusdem tui Barcinonensis Monasterii Alumnus electus fuerat,

clarissima sui Numinis praesentia, Te ad Generalem Magistrum declarandum impulerit. In quibus omnibus munis, quum vel ab initio cumulatissime omnibus satisficeris, tum in supremo hoc regimine virtutum omnium specimen, atque exemplum præbueris; illud tamen potissimum summam vigilante, pietati, atque egregio erga Ordinem universum, & boenas literas studio laudem promeruit, quod quum adhuc Socium ageres laudato supremo Ordinis Moderatori Antonino Cloche, Pium V. Pontificem Maximum solemniter Apoteosis decorandum, aliosque complures in Beatorum numerum referendos, infatigabili studio curaveris; atque exemplo S. R. E. Hieronymi Cardinalis Casanatis Neapolitani, qui insignem suam Bibliotbecam ad publicam Urbis utilitatem, atque ornamentum Cœnobio S. Mariæ super Minervam donavit, Te probante, postmodum factum est, ut alie Hispali, & Cæsaraugustæ in Fratrum Prædicatorum Domibus erigerentur: Altera insigni liberalitate Viri Clarissimi sacrosanctæ Patriarchalis Ecclesiæ Hispalensis Canonici Pauli Lamperez Blaschez: altera vero eximia munificentia religiosissimi, atque Excellentissimi Domini D. Josephi Rodrigi Marchionis della Compuesta, ab Epistolis, & negotiis penitioribus Hispaniarum Regis extra Regnum. Quid, ut alias omittam, de celebri illa Bibliotbeca dicam, in egregio Barcinonensi Dominicano Cœnobio tua opera & industria excitata, atque omnigena librorum copia exornata? Magna quidem ista sunt pondere suo, sed sunt eorum, que in summo Ordinis regimine gessisti, ac in dies etiam geris, longe leviora: quamobrem etiam sermonem in longum protraherem, nunquam parvi eximiis atque præclarissimis tuis virtutibus orationem afferrem. Prætereo itaque tot Tempa, ac Cœnobia per Italiam, Hispaniam, Galliam, vel aucta, vel exornata, vel tua sollicitudine erecta. Prætereo studiorum provinciam vel novis auctam coloniis, vel in meliorem formam aptioremque redactam,

etiam, vel eximiis stabilitam praeceptis, vel Scriptoribus eruditissimis munitam. Praetereo novam amplissimi Ordinis tui Bulharii, atque Historiae editionem jussu tuo coeptam, atque incredibili labore & diligentia a Viro Clarissimo Fratre Antonino Bremond Sac. Theol. Magistro, atque insignis Casanatenis Collegii Theologo fere absoluta. Universus certe tuus Ordo tuam in gubernando vigilantiam, in muneribus distribuendis justitiam, in studiis promovendis assiduitatem admiratur. Roma ipsa in Consiliis prudentiam, in arduis rebus constantiam, in sacris Congregationibus maturitatem cum doctrina conjunctam in Cælum extollit. Ecclesia tandem Catholica tuam commendat pietatem, quod post adscriptam etiam opera tua Beatarum Virginum Albo Catbarinam Ricci, atque Santarum Fastis Beatam Agnetem Politianam, nuper apud Apostolicam Sedem Benedicti XI. Pontificis Maximi cultum promoveris. Quid vero de Benedicto XIII. dicam, qui, quod a Vaticanana Basiliça summa cum pompa ac celebritate fuerit translatus, tue industria ac munificentia; quod honorificentissimo Tumulo in tui Ordinis Templo supra Minervam, quo gentes confluent, decoratus sit, si non omni, maxima profectio ex parte, tua sollicitudini, & liberalitati tribuendum est. Plura adhuc restant, REVERENDISSIME PATER, sed ne tua eximia ægrefrente humilitate, canere Tibi panegyricum videar, dicam breviter, me Tibi ea etiam de causa dedicare bunc Librum, ut Ordini tuo amplissimo, ac de nostra Congregatione Oratorii S. Hieronymi Charitatis, quam ab anno MDLVIII. in nostra hac Domo S. Philippus Nerius instituit, optime merito, gratissimum animum exhibeam, atque ut eidem stabilimen nostri Instituti acceptum referri, publico hoc monumento profitear. Quum enim anno MDLXX. teste Galionio & alius in Vita S. Philippi Nerii Scriptoribus, Sandifsum Pium V. ex tuo Dominicanu Ordine ad supremum Pontificis Maximi culmen assumptum malevoli aliquot contra con-

ciones, aliasque exercitationes sacras, quæ in nostro S. Hieronymi Oratorio a Nostris fiebant, falsis rumoribus praecoccupassent, isque duobus Viris Doctissimis Dominicanis Sac. Theolog. Magistris, Paulino Bernardino Civi Lucensi, qui postea in Patria Congregationem Presbyterorum instituit, qui nostras Oratorii exercitationes in ea Urbe peragerent, atque Alexandro Franceschi, qui fuit postea Fori Livii Episcopus, negotium dederit, ut diligentius de nostris exercitationibus inquirerent, & ad se referrent, bi quidem non solum quæ in nostro S. Hieronymi Oratorio agebantur, approbarunt, sed saepè etiam ad majorem nostri Instituti commendationem conciliandam apud Nos verba fecerunt, quamobrem non modo Nos nostrosque sodales ab omni suspicione vindicarunt, atque existimatione apud omnes auxerunt, verum etiam Sanctissimo Pontifici, ut exercitationes sua auctoritate stabilaret, Auctores fuere. Hoc quippe incliti Ordinis tui decus perpetuum est, cum non modo nostrum Oratorii Institutum ab ipso Prædicatorum Ordine stabilimen, sed & alia etiam Religiosæ familie complures patrocinium acceperint, Academias vero, & Scholæ fere omnes doctrinam hauserint, quam quintus militantis Ecclesiae Doctor Thomas Aquinas ad Ecclesiæ universæ utilitatem, atque ad hereticorum omnium confutationem in aureis Libris suis scriptam reliquit, quamque Pontifices Maximi, ac sacræ Synodi perpetuis laudibus ornarunt. Sed ut hæc omittam, ut Tu REVERENDISSIME PATER gratanti animo hoc Opusculum Tibi tuoque Ordini tot nominibus debitum accipere digneris, enixe rogo, atque obtestor. Deus Optimus Maximus te sospitem servet quamdiutissime.

LECTORI BENEVOLO.

Amet si amice Lector in edendo tertio Commentariorum nostrorum Tomo in tertiam Romanorum Pontificalis Partem occupatus sim , labori nihilominus laborem adjiciens , quod mihi jam pridem in animo erat , subcisisas quasdam horas libentib[us] animo impendi in nova adornanda editione aureorum Tractatum Beati Humberti de Romanis , De Eruditione Prædicatorum , & De modo prompte cedendi sermones circa omne hominum & negotiorum genus . Cum enim in ea habitem Domo , in qua juxta antiquorum nostrorum Patrum morem , Persiani Rose , Bonsignorii Cacciaguerre , & aliorum complurium pietate , ac rebus gestis præstantium , præseriū vero S. Philippi Nerii Institutum , qui in eadem Domo S. Hieronymi Charitatis , anno MDLVIII. (a) Congregationem Oratorii instituit , sermones in Oratorio habentur , editione prædicti Operis rem utilissimam fecisse me autumo non modo nostræ Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis Patribus , sed Episcopis quoque , atque Concionatoribus . Quantæ enim Episcopis ipsi , ut rite sua munia peragant , commoditati sit hocce Humberti Opusculum , Exemplum Benedicti XIII. Pontificis Maximi satis nos docet , qui in minoribus degens , & sacrosanctam Beneventanam Ecclesiam , triginta & octo annis gubernans , ubi varia peragebat munia Pontificalia , eo utebatur Libro , ut mihi ejus Familiares testantur . Teste insuper Simone Bauca Dominicanæ Provincia Aragopiacæ Moderatore in Epistola numcupatoria ad Reverendissimum Patrem Hieronymum Xavierie Cesarau-gustanum Ordinis Prædicatorum Generalem Magistrum , quam anno MDCVII. in editione Barcinonensi Operi huic præfixit ,

S.R.E.

(a) Sunt ejus rei testes variae antique , publicæ , ac marmoreæ Inscriptiones , a Viris doctis in Operibus suis relate , extante hodie in Domo , & Templo S. Hieronymi Charitatis . Testes itidem sunt varii Sacrarum , ac profanarum antiquitatum Urbis Scriptores , inter quos Vir Praeclarissimus incliti Ordinis Servorum B. Marie Virginis Petrus Martyr Felius in variis antiquis sui Libri editionibus , qui ita inscribitur : Le cose manaviglie dell' alma Città di Roma .

S.R.E. Cardinalis Titulo S. Cæciliæ obsecravit non semel memoratum supremum Dominicani Ordinis Præfulem , ut videlicet hoc Opus quæreretur & in lucem daretur , affirmans , toti Ecclesiæ maximæ fore utilitati . Sunt enim ea quæ in ipso continentur Libro tanta eruditione , tanta rerum copia , & varietate , tantoque spiritu referata , quanta experientia teste , quilibet poterit facile comprobare . Accipe itaque Opus , Amice Lector , a mendis innumeris , quibus antea scatebat , pene expurgatum , Notis auctum , locisque Auctorum alio charactere descriptis nunc primum distinctum . Varietatem quæ in ipso est perpende ; eruditionem , quæ fulget animadverte , sinceritatem qua loquitur , imitare . Vale & tanti Viri laboribus fruere .



VITA

B. HUMBERTI DE ROMANIS

Ex Viro Cl. Fr. Jacobo Echard de Scriptoribus Ord. Præd.
Tomo 1. ad annum 1254. pag. 141. &c seqq.

A Josepho Catalano Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis Presbytero Notis aucta.



Rater Humbertus de Romanis, a quibusdam *Imbertus*, vel etiam *Umbertus* aspirativa extinta nominatus, inter eximios Ordinis adhuc assurgentis viros merito numerandus, ex oppido natali cognomen id habuit: *de Romanis*, quod ad Ilarem amnum in Allobrogibus situm est prope Valentiam etiamnum in Delphinatibus haud ignobile municipium vulgo *Romanis* ab indigenis appellatum. Burgundus vero etiam dicitur, quod sua Provincia ex parte Regni Burgundici portio haberetur. Cujus vero stirpis & Familia fuerit oriundus, clarissime vel obscuris ille parentibus? certi nihil apud Authores, quamvis conjectu pronum, eos etiam inter opulentos atque præcipuos avi sui locique fuisse habitos, qui apud se Carthusienses etiam frequenti soliti essent excipere hospitio, ac Humbertum puerum studiorum causa Parisiis mittere, & alere curarunt: uti de eo, suppresso tamen nomine, narratur in *Vitis Fratrum*, Parte iv. Cap. 9. *De intranib[us] Ordinem virtutib[us] verbi Dei §. 2.* *Frater quidam, qui magnum locum diu tenuit in Ordine, cum missis fuisset satius juvenalis Parisis ad Scholas, & vidisset tunc Ordinem Fratrum Predicatorum exurgere, & memor esset Ordinis Cartubiensis, cuius Ordinis Fratres solebant recipi in domo Patris sui, frequenter in orationibus suis petebat a Domino, ut concederet sibi mori in Ordine Cartubensi, vel Fratrum Predicatorum &c.* Studuit ergo Parisis adolescentis, & artium Magister laureatus easdem professus est: tum & in Jure Canonico fuit auditor Hugonis (a) de sancto Charo, de quo postea: quandoque etiam sed occulte Theologicas lectiones frequentabat. Magna tum erat B. Jordani (b) per orbem & Academiam hanc apud populos Sanctitatis & Evangelicae prædicationis fama, quem Humbertus liberter audiebat, nec tamen ad hoc Institutum amplexandum ejus verbis, aut aliorum etiam exemplo commo- tur,

(a) Fuit in natione Burgundus, primus omnium ex Predicotorum Ordine S.R.E. Cardinalis ab Innocencio IV. Pontifice creatus titulo S. Sabinus anno 1244, pie ac sancte obiit anno 1264, sepelitus in universa sacra Biblia, siveque primus Inventor Concordiarum ipsorum Bibliorum.

(b) Est is B. Jordanus Saxo, alter a S. Dominico Ordinis Predicotorum Magister Generalis, de quo fuse agit Thomas Cantipratanus ejusdem Ordinis Scriptor, lib. 2. Apud cap. 10. & alibi.

tus, et si Christianis viveret admodum moribus: donec a Plebanio, cuius intra parœciae limites habitaret, *Sancti Petri de Bobus* nuncupatae, die quodam festo post auditas in ea Ecclesia vespertinas horas interrogatus, utrum ipse de stando promissis in sacro Baptismate quandam a se Deo datis cogitaret inter studiorum hos quibus desudabat æstus: moxque ad hæc verba profunctoris ibidem Clerici decantantis: *Heu mihi Domine, quia peccavi nimis in vita mea &c.* interius a Deo vocatus ad nostros Sanjacobeos accessit, & de ingressu suo post solutionem debitorum quorundam ordinavit. Quæ fuisus narrata videlicet loco citato, *De Vitis Fratrum*. Quo anno veltem inducerit non convenienter Authores. Aliis annum 1225. alii annum 1226. significantur: neutrī assentimus; cum enim ubique assertur Hugonem de sancto Charo in quadragesima, festo Cathedra S. Petri 22. Februarii Ordini nomen dedisse, quod certo non accedit anno 1226. nec sequenti, sed anno 1225. quo Pascha fuit 30. Martii, patet Humbertum, qui festo sancti Andreæ præcedenti iam ingressus erat, revera anno 1224. Habitum induisse. Unde in Codice melioris notæ, quem præ manibus habeo, in Chronico Humberti dicto legitur circa annum 1225. Ordinem ingressus, quod recte intelligas de festo sancti Andreæ 1224. sic enim omnia concinunt optime. Sacras literas variis in locis interpretatum esse ferunt, præsertim Lugduni, ubi & Priore eis ajunt. Provincia Tuscæ, sive Romana assumptus est postea Prior Provincialis, quod anno 1242. contigisse conjetor: tunc vero sacro Cardinalium Collegio, eruditione, prudentia, pietate, jurius Ecclesiæ studio, rerumque agendarum peritia, ita se probasse assertit Cantipratanus (2) de Apibus lib. 2. Cap. 57. §. 60. ut cum mortuo Gregorio IX. de sufficiendo succellore ageretur, sua plures illi vota contulerint, de quo penes narrantem certe æqualem fides. F. Hugone a sancto Charo ex- Provinciali Francie ad purpuram ecclesio Romæ in quatuor temporum Pentecostes feriis anni 1244. mox ei in eodem Francie regimine subrogatus fuit Humbertus in proximis Provincia comitiis eodem anno mense Augusto, vel Septembribus coactis: idque munus tam sapienter administravit annis circiter decem, ut anno 1254. in comitiis Ordinis Budæ celebratis ad supremum navis nostræ clavum regendum communis omnium votu fuerit assumptus. Verum hæc ex Salanhaco audire satius erit. Sic ergo ille in Catalogo Magistrorum Ordinis „Quintus magister Ordinis, successor F. Joannis Teutonicæ, F. Humbertus oriundus de villa, que dicitur de Romanis“ dicecens Viennensis prope Valentiam. Hic fuit Parisis in artibus magister, & cum audisset Ius Canonicum, intravit in festo S. Andreæ Ordinem, & in sequenti quadragesima traxit ad Ordinem magistrum suum, scilicet magistrum Hugonem. Hic fuit in Ordine lector, & Prior, ac Prior Provincialis Tuscæ, & postmodum Francie, & diversis infirmitatibus, & laboribus pluribus excoctus, & præ cunctis generationis hujus gratia Dei plenus, que vere in eo lucebat. Hic compilavit officium Or-

(a) Verba Cantipratani hæc sunt: *Hic postmodum in Tuscæ partibus Prior Provincialis fratrum Predicotorum factus adeo Romana Curia gratiosus & charus fuit, ut cum plures Cardinales in Papam eligerent eostempore quo Dominus Innocentius quartus in Apostolicum est assumptus.*

„ dñis Ecclesiasticum, (a) & Librum de omnibus officiis Ordinis, & de prædicatione Crucis. Hujus Patris electionem quadam Soror Ordinis apud Argentinam in Teutonia, ubi præfatus Magister Joannes obiit, & quiescit, in vñscu no[n]tis hoc modo prævidit. Videbatur enim, quod magister Joannes stans in Scapulari ad portam Sororum, dicebat: Ego autem iturus sum in regionem longinquam, & huc amplius non revertar. Nolite autem contristari Sorores de meo recessu, quia Prior Provincialis Francie post me fiet Magister, qui multa faciet bona. Eodem die Magister Joannes bono fine quievit, & in sequenti Capitulo Generali apud Budam Hungariae celebrato anno D. 1254. dictus Prior Francie F. Humbertus in Magistrum Ordinis unanimiter est electus. Dicit autem Magistri Humberti instantia D. Alexandro Papa IV. favente, & Christianissimo Francorum Rege Ludovico juvante, difensio grandis, & gravis, que inter Magistros Parisienses, & Fratres orta fuerat, machinante Magistro Guillelmo de Sancto amore finaliter, & feliciter ad honorem Dei, & Ordinis est sopia. Litera etiam quedam, que a D. Innocentio Papa IV. data fuerat contra Ordinem, ipso intra paucos dies defuncto, a D. Alexandro Papa in principio sui regiminis revocatur. Cum dictus Magister ad B. V. Mariam Ordinis nostri Patronam devotissime configisset, ipsa expedivit feliciter, quod hominibus impossibile videbatur. Hic cum Ordinem rexisset, & direxisset annis novem, cessit Magisterio, & ejuscessio fuit admissa a Definitoribus Capituli Generalis Londoniis in Anglia celebrati Anno D. 1263. Supervixit autem in honore, & Religione annis multis, pleniusque dierum, & operibus bonis, ingressus est in abundantia Sepulchrum in Conventu Vallentino in Provincia Provincie Anno D. 1277. pridie Idus Julii.

Ex quibus plura ab aliis non attente scripta emendes. Primo, cum & hic constanter dicatur Hugo de sancto Charo in quadragesima Ordinem ingressus, ut & in Vitis Fratrum supra citatis: aliunde certum sit, in festo Cathedrae S. Petri, 22. Februarii Habitum indutum, quod anno 1225. accidit, non autem in sequentibus, superest ut Humbertus qui in festo S. Andreae præcedenti Ordinem intraverat, anno 1224. id egerit. Falli præterea Diagum in vita Humberti libro de eruditione Predicorum præfixa, cum dicit Hugoni Cardinali creato Anno 1244. Petrum Remensem in Provincialatu Francia suffectum, tum enim hic, si adhuc erat in vivis, Episcopus Agennensis, vel Aginensis (quod idem) a quibusdam annis erat. Proximus igitur & immediatus Anno 1244. Hugonis successor Humbertus fuit.

Salanhacis Titulo de Fratribus, qui oblata dignitates recusarent, sic habet: *F. Humbertus de Romanis Magister Ordinis V. renuit Patriarchatum sancte Civitatis Hierusalem, & Episcopatum potea. Quando vero id factum fuerit? non addit. Conjectu autem pronum, Patriarchatum ei oblatum*

(a) Tomo 1. Bullarii Romani a Viro Clarissimo Amico nostro Fratre Antonino Bremond Colligii Calanatenis Theologo editi legitur quidem pag. 426. Confessio Clementis IV., quo Pontifex ipse confirmat ordinem, quo diurnas preces, seu Officium Divinum Magister Humbertus disposeruerat, quemque tria Comitia Generalia approbarunt.

tum fuisse, non, ut habet Leander Albertus, a Nicolao III., qui Sedem Romanam non ascendit nisi xxvii. Novembri 1277. quo jam mortuus erat Humbertus, sed ab Urbano IV. Patriarcha ipso ante Hierosolymitanos, qui mox ut Pontifex electus est Romanus sub finem Augusti 1261., hominem quæsivit Sedi Hierosolymitanæ congruum, nec aptiorem inventit, quam Humbertum, tum ob eximias ejus dotes, tum quia res ejus Ecclesiæ optime perspectas habebat, cuius qui in Terram Sanctam aliquando transfrateraverat, & totam visitaverat. Licet enim de hoc ejus itinere silent Scriptores Nostræ, ipse meminit in libro, quem de agendis in Concilio Lugdunensi II. edidit, in quo sic habet Parte I. *De negotio Terra Sanctæ, Cap. 7. Nam sit dolendum super dejectionem Christianitatis facta a Saracenis. Nam postquam sepulchrum Domini, & cetera loca sancta ab illis impisis polluta retulit, sic addit: Vidi ego oculis propriis, qui traçatum istum conscripsi, capellam in qua se receperant Saraceni, qui ibant cum Frederico Imperatore, & dicebatur pro certo, quod ibi dormiebant noctu cum mulieribus ante faciem Crucifixi &c. Hinc factum, ut recusante Humberto, Sedes illa biennium integrum vacaverit, ut habet Rainaldus ad 1263., n. 14.*

Denique ex verbis Salanhaci supra relatis habemus, Humberti obitum non recte notatum ad 1274. in parvo Chronico ad calcem Constitutionum addito; nec rectius a Leandro Alberto ad Idus Julii 1276. revocatum. Salanhaco consentiunt Acta Capituli Generalis Mediolani 1273. in quibus sic legitur: *Item volumus, & mandamus, quod nomina venerabilium Patrum, videlicet F. Raimundi de Pennaforti, Fratris Humberti de Romanis, & aliorum Magistrorum Ordinis in diebus obitus eorum in Martyrologio repontantur, & in eodem die in Kalendario recitentur: Venerabilis autem P. F. Humbertus de Romanis obiit pridie Idus Julii A. D. 1277. Idem habet ejus Epitaphium ad oram lapidis ejus corpori superpositi incisum, prout oculis propriis ipse legi, dum Valentia anno 1681. transfirem, & hic addendum.*

*Hic jacet bortorum fons fertilis, area florum,
Regula Doctorum, lux, semita, formaque morum.*

Hic fuit Humbertus Romanis nomine dictus.

Confians repertus, nullo discrimine vitius,

vii. cum binis annis fuit ipse Magister

Ordinis, & Fratrum Rector, lux, gloria Patrum,

m. cc. ni septeni, lxx eni (id est mille ducenteni septeni septuageni)

Anni post Christum, tumula ... elegit istum,

Quem fulges Sidus ... cetera sunt fracta

Soegius in anno Dominicanus ad xiv. Julii p. 520., sic ultimum versum compleat: *Sursum Julii trahit Idus. Sed cum Idus sint xv. Julii, ipseque Soegius xiv. Julii obiisse consentiat, exissimam potius, sic legendum, Julii pridie trahit Idus. Est autem iste lapsus ad gradus altaris majoris Templi Preicatorum, in quo & ipse Humbertus exhibetur insculptus lilium manu extra gestans. Diagus citatus ait, annum 1277. intelligendum de anno ab Incar. Domini ante Nativitatem inchoato, qui vere erat 1276. sed se ostendit*

dit in stylo Gallico parum versatum, ea enim ætate in Gallis non a die Incarnationis Nativitatem præcedente, uti Senis alias solemne, sed in quibusdam Provinciis, ut in Provincia, & Occitania a die Incarnationis, seu xxv. Martii post nativitatem, in plerisque a festo Paschæ annus numerabatur: quem stylum sequuntur Acta Capitulorum Generalium, adeo ut hic certissime annus intelligendus veniat, qui ab omnibus Historicis dicitur 1277. Eрудiti Actorum Sanctorum editores T. 11. Junii ad diem xiv. pag. 793. Humbertum recensent inter Beatos prætermisso, a Leandro Alberto forsan delusi, alioquin ad xiv. Julii tantum meminisse debuerant. Apparet autem illos Humbertum putasse Valentia Aragonum fuisse sepultum, cum apud Ferdinandum de Castillo, & Tamayum de Salazar Autores Hispanos incorrupti ejus corporis ad inventum nullam haberi rationem annotant: nec mirum, cum Valentia Delphinatus sepultus sit. An autem corpus ejus incorruptum manerit, ut videtur Pius indicare, nulla me docent vetera monumenta. Sed et si ita fuisse, in cineres redegissent Calviniani, cum seculo xvii., & Domum nostram Valentineensem, & alia ejus Urbis Monasteria quondam florentissima solo æquarunt.

De Humberto in Vitis Fratrum præter jam superius citata, agitur etiam parte iv. cap. 2. §. 4. & cap. 16. §. 2. & parte v. cap. 3. §. vi. Ejusdem meminerunt nobrates omnes: externi, Tritenius, Bellarminus, Possevinius inter Humbertos, & iterum inter Umbertos: Theophilus Raynaudus Indiculæ Sanctorum Lugdunensem, Labbeus, Miræus, Caveus, Dupinus. Hæc ejus opera.

- I. Officium Ecclesiasticum Universum tam nocturnum, quam diurnum ad usum Ordinis Prædicatorum, in quatuordecim libros distinctum. Extat Ms. Parisiis ad S. Jacobum.
- II. Expositio Regulae S. Augustini. Habetur in Bibliotheca Patrum Tomo 25.
- III. Expositio super Constitutiones Ordinis FF. Prædicatorum. Hæc tamen non progreditur ultra initium Capitis 2. *De Inclinationibus*. Ad illa verba: *muniunt se signo Crucis*. Adeoque opus ab Autore imperfectum reliquit fuit. Extat Ms. Florentiae apud S. Marcum.
- IV. Liber de Institutione Officialium Ordinis FF. Prædicatorum. Extat impressus simul cum Constitutionibus FF. Prædicatorum.
- V. De Eruditione Prædicatorum; & de Modo prompte cudiendi Sermones circa omne hominum, & negotiorum genus. Extat in Bibliotheca Patrum Tom. 25.
- VI. Liber de Prædicatione Crucis. Extat Ms. exemplum apud FF. Prædicatorum Antuerpiæ. De quo & ipse Humbertas mentionem facit in Operæ subsequenti.
- VII. Liber de his, quæ tractanda videbantur in Concilio Generali Lugdunensi celebrando sub Gregorio PP. X. Extat Romæ Ms. membr. in Alexandrina n. 354: itemque Tomo VII. editus Anecditorum Edmundi Martene col. 174.
- VIII. Vita B. Dominici. Extat in Officio Ecclesiastico supra n. 1. Iandato.

IX. Chro-

- IX. Chronicon Ordinis ab Anno MCCIII. ad MCCLIV. quod vulgo Chronicon Humberti dicitur. Extat Florentiae apud S. Marcum.
- X. Epistola Encyclica ad Universum Ordinem scripta, & Ordinationes variæ habentur Tomo IV. Anecditorum laudati Martene col. 1706. 1719. 1734.
- XI. Epistola de tribus Votis Religionis substantialibus. Extat in Bibliotheca Patrum Tom. 25.
- XII. Speculum Religiosorum. Extat in Bibliotheca Patrum Tomo 25. Hoc tamen Opus Echard abjudicat Humberto, idque attribuit Gulielmo Peraldo, contra recentiores, & Valcoletanum.
- XIII. Liber de Vitis Fratrum Ordinis Prædicatorum. In hoc non modicam partem habet, ut ait Echard: nam & ejus iussu a Fratre Gerardo Lemovicensi compilatus est, & plura a se cognita, & scripta eidem misit, suis locis inferenda. In calce hujus Ms. Codicis Parisiis ad S. Honoratum inventur.
- XIV. Libellus de Septem Gradibus contemplationis, quem plurimi B. Humberto afferunt.



I M P R I M A T U R ,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

Philippus Spada Episc. Pisauri Vicefg.



APPROBATIONES CENSORUM.

Quanquam Venerandum Humberti de Romanis , Sacri Ordinis Prædicatorum quinti Generalis Magistri , Nomen , ac præclara Merita nec tempus edax timeant , nec invidiosam vetustatem : nonnulla tamen egregia Sacra Eruditionis , ac Pietatis ipsius monumenta , Stylo quidem eo nervosiore , quo pressiore , eo acutiore , quo simpliciore , & ab eleganti verborum delectu remotiore , exculta , dentibus ævi jacebant fere contrita . Illud præsertim , quod *De Eruditione Religiosorum Prædicatorum* , & de modo prompte cudiendi sermones circa omne hominum , & negotiorum genus , inscribitur , luculenter docet , Autorem suum eo plane dignum elogio esse , quo Apollo Alexandrinus , Act. 18. sic ornatus legitur : *Vir eloquens , potens in Scripturis , edictus viam Domini , & fervens spiritu loquebatur* (scribebat) & docebat diligenter . Illud , inquam , præ ceteris amicam , & strenuam , cuius ope veluti erigeretur , atque convalesceret , optabat manum . Per opportune adstitit Vir Clarissimus Josephus Catalanus , Presbyter Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis : qui , adhuc suspensis Eruditorum animis tertii voluminis (quod jam sub prælo est) Pontificalis Romani , ab ipso primum Commentariis longe laboriosissimis ditati , expectatio , nunquam suum feriari stylum , nullamque sibi ociose dilabi sinens horam subcisisimam , ad præfatum Humberti Opus expoliendum , Notisque augendum Curas suas adjecit . Egregium itaque hoc Monumentum sic illustratum cum Reverendissimi Patris Nicolai Ridolphi Sacri Palatii Apostolici Magistri jussu expenderim , ipsum non modo magnopere probandum , sed & urgendam censeo alteram hanc , quæ peti-

petitur , ejusdem editionem : qua profecto in commune Ecclesiasticorum Virorum commodum , eorum potissimum , qui ad instruendos populos non minus præceptis , ac voce , quam virtutum exemplis , atque inculpatæ yitæ documentis , mittentur , plurimum conferetur . Datum Romæ , ex Aëdibus S. Andreæ de Valle , iv. Kal. Octobris , 1739.

D. *Josephus Maria de Petio Clericus Regularis , SS. Congregationum Indicis , & Indulgientiarum , Sacrarumque Reliquiarum Consultor , in Urbe Cleri Examiner Apostolicus , atque Serenissimi Augusti III. Regis Poloniae , Electoris Saxonie &c. Theologus .*



EX Commissione Reverendissimi Patris Sac. Apostolici Patalii Magistri legi, & relegi Notas, quibus Clarissimus Vir Adm. Reverendus P. Josephus Catalani Congregationis Oratorii S. Hieronymi de Charitate illustrat Opusculum, permultis desideratissimum B. Humberti de Romanis, V. Generalis Magistri Ordinis Prædicatorum, cui Titulus, *De Eruditione Religiosorum Prædicatorum*, atque de Modo prompte cedendi Sermones circa omne genus hominum, & negotiorum; quod ipse a mendis purgatum in communem utilitatem novis adornat typis. In his Notis nil offendit aut fidei Orthodoxæ, aut bonis morib[us] contrarium, imo eas reperi omnis generis eruditione referatas, ac undequaque maximo pere commendabiles, ut in lucem publicam merito prodeant. Datum Romæ die 17. Octob. 1739.

Fr. Emericus Langenvalter S. Theologiae Magister, Reverendissimi Patris Magistri Generalis Fratris Thomæ Ripoll Socius pro Provinciis Germaniæ, aliquique ultra Montes Ordinis Prædicatorum.



IMPRIMATUR.

Fr. Aloysius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sac. Pal. Apost. Mag.

INDEX I. TITULORUM

Libri I. De Eruditione Religiosorum Prædicatorum.

- | | | | |
|--|-----|---|-----|
| I. Q <i>Viam excellens sit Prædicationis officium.</i> | 2. | XXIII. <i>De damno subtractionis Prædicationis.</i> | 45. |
| II. <i>Quam necessarium sit totius mundo.</i> | 3. | XXIV. <i>De Prædicatione infructuosa.</i> | 46. |
| III. <i>Quam acceptum sit Deo.</i> | 6. | XXV. <i>De fructibus malis Prædicationis.</i> | 48. |
| IV. <i>Quanti lucri sit ipsi Prædicatori.</i> | 8. | XXVI. <i>De fructibus minus bonis Prædicationis.</i> | 48. |
| V. <i>Quantum sit usile specialiter hominibus.</i> | 12. | XXVII. <i>De fructibus optimis Prædicationis.</i> | 50. |
| VI. <i>Quam difficile sit ad benefacendum.</i> | 14. | XXVIII. <i>De nuditu verbi Dei.</i> | 51. |
| VII. <i>De vita Prædicatoris.</i> | 19. | XXIX. <i>De impletione verbi Dei audiiti.</i> | 53. |
| VIII. <i>De scientia Prædicatoris.</i> | 19. | XXX. <i>De significatione discursus Prædicatoris in scripturis.</i> | 54. |
| IX. <i>De loqua Prædicatoris.</i> | 21. | XXXI. <i>De incitamentis Prædicatoris ad discurrendum.</i> | 55. |
| X. <i>De ejus merito.</i> | 22. | XXXII. <i>De reprehensibilibus circa discursum Prædicatoris.</i> | 56. |
| XI. <i>De persona Prædicatoris.</i> | 24. | XXXIII. <i>De laudabilis discursu Prædicatoris.</i> | 57. |
| XII. <i>De figuris Prædicatoris.</i> | 24. | XXXIV. <i>Quare Prædicatori est necessaria bona conversatio.</i> | 58. |
| XIII. <i>De reprehensibilibus circa accessionem officium prædicationis.</i> | 27. | XXXV. <i>In quibus consistit haec bona conversatio.</i> | 59. |
| XIV. <i>De malis, que sequuntur ex accessu intempestivo ad officium hoc.</i> | 30. | XXXVI. <i>De his que valent ad habendam hujusmodi conversationem.</i> | 60. |
| XV. <i>De causis reprehensibilibus, cum quidam non prædicanter.</i> | 31. | XXXVII. <i>Contra Prædicatores, qui extra prædicationem non habent verba adfectoria.</i> | 61. |
| XVI. <i>De causis frivolis retrahentibus a prædicatione.</i> | 32. | XXXVIII. <i>Contra Prædicatores, qui in familiaribus locutionibus loquuntur vana ad modum secularium.</i> | 62. |
| XVII. <i>De indiscreta Prædicationis executione.</i> | 34. | XXXIX. <i>De Prædicatoribus, quibus cura est habere verba adfectoria.</i> | 63. |
| XVIII. <i>De his que conferunt ad execendum hoc officium laudabiliter.</i> | 37. | XL. <i>De his, que requiruntur circa hospitalitatem pauperum prædicandam.</i> | 65. |
| XIX. <i>De his in quibus consistit haec executio laudabilis.</i> | 39. | | 66. |
| XX. <i>Quare hoc officium ab his, qui habent gratiam in hoc, est libenter faciendum.</i> | 41. | | |
| XXI. <i>De causa subtractionis Prædicationis.</i> | 43. | | |
| XXII. <i>De subtrahebilibus se ab officio Prædicationis.</i> | 44. | | |

- XLI. *De occupationibus Prædicatoris circa negotia secularia.* 68.
 XLII. *De confusis Prædicatorum.* 71. XLIII. *De auditu confessionum a Prædicatoribus.* 74.
 XLIV. *De Prothematibus.* 75.

INDEX II. TITULORUM

Tractatus I. Libri II. De modo prompte cūdendi
sermones circa omne genus hominum.

- I. **A** Domines homines. 78.
 II. *Ad omnem populum Christianum.* 79.
 III. *Ad omnes personas Ecclesiasticas.* 80.
 IV. *Ad omnes Religiosos.* 81.
 V. *Ad Religiosos mala vita.* 83.
 VI. *Ad Religiosos bone vita.* 84.
 VII. *Ad novitios in quocunque Ordine.* 85.
 VIII. *Ad Religiosos de Ordine S. Augustini.* 88.
 IX. *Ad Canonicos Regulares.* 89.
 X. *Ad omnes, qui addiderunt ad Regulam D. Augustini.* 90.
 XI. *Ad Praemonstratenes.* 90.
 XII. *Ad Fratres de Valle scholarium.* 91.
 XIII. *Ad Fratres de Sacco.* 92.
 XIV. *Ad Fratres Prædicatores.* 92.
 XV. *Ad omne genus Monachorum.* 93.
 XVI. *Ad Monachos nigros quoscunque.* 94.
 XVII. *Ad Monachos nigros bona conversationis.* 95.
 XVIII. *Ad Monachos nigros dissolutos.* 96.
 XIX. *Ad Monachos albos quoscunque, & præcipue Cistercienses.* 97.
 XX. *Ad albos bonos.* 98.
 XXI. *Ad albos mala vita.* 99.
 XXII. *Ad Monachos griegos quoscunque.* 100.
 XXIII. *Ad Eremitas quoscunque.* 102.
- XXIV. *Ad Carthusianos.* 105.
 XXV. *Ad Grandimontenses.* 108.
 XXVI. *Ad Fratres Minores.* 109.
 XXVII. *Ad Fratres de Trinitate.* 111.
 XXVIII. *Ad Religiosos in studio commorantes.* 113.
 XXIX. *Ad Conversos cujuscunque Ordinis.* 113.
 XXX. *Ad Conversos Cistercienses.* 115.
 XXXI. *Ad Conversos Cartusianos.* 115.
 XXXII. *Ad Conversos de Ordine Prædicatorum.* 116.
 XXXIII. *Ad Conversos mulierum religiosarum.* 117.
 XXXIV. *Ad Religiosos arma portantes.* 118.
 XXXV. *Ad Hospitalarios.* 119.
 XXXVI. *Ad Templarios.* 122.
 XXXVII. *Ad Fratres Teutonicos.* 124.
 XXXVIII. *Ad Humiliatos.* 125.
 XXXIX. *Ad Fratres de pauperientia.* 127.
 XL. *Ad Fratres, & Sorores in hospitalibus.* 130.
 XLI. *Ad Fratres, & Sorores in domibus leprosorum.* 132.
 XLII. *Ad novos Religiosos quoscunque.* 133.
 XLIII. *Ad familiam Religiosorum quorumcunque.* 135.
 XLIV. *Ad mulieres religiosas quoscunque.* 136.
 XLV.

- XLV. *Ad mulieres religiosas inclusas quoscunque.* 137.
 XLVI. *Ad Moniales nigras.* 139.
 XLVII. *Ad Moniales albas.* 140.
 XLVIII. *Ad Sorores Prædicatorum.* 142.
 XLIX. *Ad Sorores de cura Fratrum Ordinis Minorum.* 144.
 L. *Ad Sorores de Ordine Humiliatorum.* 145.
 LI. *Ad quasdam Sorores religiosas de Ordine S. Augustini.* 146.
 LII. *Ad pueras quæ nutrituntur cum mulieribus religiosis.* 147.
 LIII. *Ad Capellanos, & Clericos, & familiam, quæ est cum mulieribus religiosis.* 148.
 LIV. *Ad Beguinias.* 149.
 LV. *Ad Canonicos seculares.* 151.
 LVI. *Ad omnes litteratos.* 152.
 LVII. *Ad omnem Clericum.* 153.
 LVIII. *Ad Clericum totius civitatis congregatum in Ecclesia.* 154.
 LIX. *Ad Canonicos, & ad Clerum Cathedralis Ecclesie.* 156.
 LX. *Ad quoscunque Canonicos seculares.* 157.
 LXI. *Ad Canonicos Cathedralis Ecclesie.* 158.
 LXII. *Ad omnes scholarum.* 159.
 LXIII. *Ad scholarum in grammatica.* 160.
 LXIV. *Ad scholarum de canto.* 161.
 LXV. *Ad scholarum in Logica, & in artibus liberalibus, & philosophicis.* 162.
 LXVI. *Ad studentes in medicina.* 164.
 LXVII. *Ad studentes in jure communio-*
ni. 165.
 LXVIII. *Ad studentes in jure civili-*
tatis. 166.
 LXIX. *Ad studentes in jure canonico-*
co. 167.
 LXX. *Ad studentes in Theologia.* 168.
 LXXI. *Ad omnes laicos.* 170.
- LXXII. *Ad laicos in civitatibus.* 171.
 LXXIII. *Ad Rectores, & Officiales civitatis.* 172.
 LXXIV. *Ad Majores civitatis.* 174.
 LXXV. *Ad turbam populararem civitatis.* 175.
 LXXVI. *Ad familiam divitum in civitatibus.* 176.
 LXXVII. *Ad laicos in castris.* 177.
 LXXVIII. *Ad laicos in villis.* 178.
 LXXIX. *Ad laicos in burgis.* 180.
 LXXX. *Ad omnes nobiles.* 181.
 LXXXI. *Ad nobiles malos.* 182.
 LXXXII. *Ad nobiles devotos.* 184.
 LXXXIII. *Ad Magnates.* 185.
 LXXXIV. *Ad existentes in Curia Principum.* 187.
 LXXXV. *Ad existentes in Curia Romana.* 188.
 LXXXVI. *Ad pauperes.* 189.
 LXXXVII. *Ad pueros.* 191.
 LXXXVIII. *Ad operarios conductitios.* 193.
 LXXXIX. *Ad peregrinos quoscunque.* 194.
 XC. *Ad peregrinos Cruce signatos.* 196.
 XCI. *Ad transfractantes quoscunque.* 197.
 XCII. *Ad infirmos in hospitalibus.* 198.
 XCIII. *Ad leprosos.* 200.
 XCIV. *Ad omnes mulieres.* 201.
 XCV. *Ad mulieres nobiles.* 203.
 XCVI. *Ad mulieres Burgenses divites.* 204.
 XCVII. *Ad juvenulas seculares.* 205.
 XCVIII. *Ad famulas divitum.* 206.
 XCIX. *Ad mulieres pauperes in vil- lulis.* 207.
 C. *Ad mulieres malas corpore sive meretrices.* 209.

INDEX III. TITULORUM

Tractatus II. Libri II. De modo prompte cudendi
sermones circa omne negotiorum genus.

- I. In Conciliis. 210.
II. In Synodis. 213.
III. In convocatione Sacerdotum sub Archipresbyteris, vel Archidiaconis. 216.
IV. In Capitulis generalibus Canonorum secularium. 218.
V. In Capitulis generalibus, seu conciliis Religioforum. 219.
VI. In Capitulis quotidianis Religioforum. 222.
VII. In electionibus quibuscumque. 224.
VIII. In electionibus Praelatorum secularium. 226.
IX. In electionibus Religioforum. 228.
X. In solemnis postulatione electi. 230.
XI. In solemnis petitione confessi electi. 232.
XII. In solemnis responsione de non admissenda postulatione. 235.
XIII. In solemnis responsione de postulatione admittenda. 236.
XIV. In solemnis responsione electi de negatione confessus. 237.
XV. In solemnis responsione electi de confessu. 238.
XVI. In solemnis petitione confirmationis. 239.
XVII. In solemnis appellatione contra electionem in ipso Capitulo. 241.
XVIII. In propositione solemnis appellationis contra electum eorum illud quem ei appellatum. 242.
XIX. In solemnis responsione de appellatione contra electum admittenda. 243.
XX. In solemnis responsione de appellatione contra electum non admittenda. 245.
- XXI. In solemnis examinatione electionis. 246.
XXII. In solemnis confirmatione electionis. 247.
XXIII. In solemnis provisione de Prato. 248.
XXIV. In solemnis confirmatione electionis, seu electi. 249.
XXV. In solemnis exhortatione ad electum confirmatum, vel consecratum. 250.
XXVI. In solemnis receptione prima electi confirmati, vel consecrati. 252.
XXVII. In prima visitatione solemnis confirmati, vel consecrati villarum. 256.
XXVIII. In omni consecratione solemnis. 257.
XXIX. In solemnis consecratione Episcopi. 259.
XXX. In solemnis consecratione Virginum monialium. 261.
XXXI. In solemnis consecratione Ecclesie. 352.
XXXII. In solemnis consecratione Cisterciensium. 355.
XXXIII. In solemnis consecratione Altaris. 265.
XXXIV. In solemnis consecratione sacrae unitios. 267.
XXXV. In omni benedictione solemnis Sacerdotali. 269.
XXXVI. In solemnis benedictione Abbatis. 271.
XXXVII. In solemnis benedictione Abbatissae. 273.
XXXVIII. In solemnis receptione novitiorum. 274.
XXXIX. 274.

- XXXIX. In solemnis professione novitiorum. 275.
XL. In omni collatione beneficiorum sine cura. 276.
XLI. In solemnis collatione cura parochialis. 277.
XLII. In solemnis Baptizazione. 279.
XLIII. In solemnis Confirmatione. 280.
XLIV. In solemnis Communione. 282.
XLV. In nova Missa. 285.
XLVI. In solemnis impositione penitentiae. 286.
XLVII. In solemnis ministratione electionis extremae. 288.
XLVIII. In solemnis collatione status Clericalis. 289.
XLIX. In solemnibus Ordinibus. 290.
L. In solemnis tractatu de matrimonio contrabendo. 292.
LI. In solemnis benedictione nubentium. 293.
LII. In solemnis convivio nuptiarum. 294.
LIII. In omni visitatione. 295.
LIV. In visitatione parochiarum per Praelatos fucienda. 297.
LV. In visitatione Cleri in principio. 298.
LVI. In visitatione Religioforum in principio. 300.
LVII. In visitatione Clericorum, vel Religioforum in fine. 301.
LVIII. In solemnis inquisitione in principio. 302.
LIX. In inquisitione non invento crimen. 304.
LX. In terminatione inquisitionis invento crimen. 305.
LXI. In inquisitione haereticorum. 306.
LXII. In solemnis condemnatione haereticorum. 308.
LXIII. In predicatione Crucis in genere quocunque. 309.
LXIV. In predicatione Crucis contra haereticos. 311.
LXV. In predicatione Crucis contra Saracenos. 312.
LXVI. In solemnis excommunicatione. 313.
LXVII. In solemnis terminatione causarum. 314.
LXVIII. In solemnis denuntiatione malorum. 316.
LXIX. In solemnis accusatione cruxis. 317.
LXX. In solemnis depositione Magnatum secularium per Ecclesianam facienda. 319.
LXXI. In solemnis depositione Praetitorum. 322.
LXXII. In solemnis degradations Clericorum. 323.
LXXIII. In solemnis petitione resignationis praelationis. 329.
LXXIV. In solemnis responsione de non recipienda resignatione. 326.
LXXV. In solemnis responsione de recipienda resignatione. 327.
LXXVI. In solemnis missione Legati. 328.
LXXVII. In prima congregacione Legati. 330.
LXXVIII. In receptione solemnis Legati. 332.
LXXIX. In solemnis recessu Legati. 333.
LXXX. In solemnis representatione suorum Papa scilicet Legati. 334.
LXXXI. In solemnis consecratione, seu benedictione Regis. 335.
LXXXII. In solemnis coronatione Reginae. 338.
LXXXIII. In omni electione Potestatis secularis. 339.
LXXXIV. In militia nova solemnii. 340.
LXXXV. In torneamentis. 342.
LXXXVI. In parlamentis Regum. 344.
LXXXVII. In solemnis tractatu in quo cuncte negotia. 345.
LXXXVIII. In tractatu solemnii pacis. 346.
LXXXIX.

LXXXIX. De Confratribus.	347.	rum.	355.
XC. In congregacionibus, quæ sunt interdum in honorem alicujus Sancti.	348.	In solemni receptione peregrinorum redeuntium.	356.
XCI. In nundinis.	349.	In solemni receptione Domini secularis.	358.
XCII. In mercatis.	351.	In exequiis mortuorum solemnibus.	359.
XCIII. In subita convocatione multitudinis.	352.	In Commemoracionibus Defunctorum.	361.
XCIV. In quibusdam Festis.	353.	C. In conviviis Defunctorum.	362.
XCV. In solemni recessu peregrine-			



DE ERUDITIONE
RELIGIOSORUM
PRÆDICATORUM
LIBER PRIMUS,
*In quo de eorum munere, seu officio, & ad illud spectantibus,
formaque, ac arte concionandi pertractatur.*
LIBRI DISTRIBUTIO.

NIDE Ministerium quod acceperisti in Domino, ut illad impleas: ad Colosenses ultimo. Solet contingere, cum aliquis habet aliquod officium, & necit quæ sunt officii illius, ex hujusmodi ignorantia pejus facere officium illud: sicut Cantor, qui necit rubricas officii. Hinc est, quod dum dicitur . 1. Regum 2. de filiis Heli sacerdotiis, quod male se habuerunt in sacerdotio, redditur causa, cum dicitur ibidem: *Propter filii Heli nescientes officium sacerdotum ad populum &c.* Propter hoc Paulus desiderans, quod Episcopus, qui suscepserat officium prædicationis super Colosenses, illud laudabiliter impleret, fecit eum moneri, ut consideraret ministerium hujusmodi, sicut continetur in verbo proposito, ut hujusmodi consideratio ferret eum ad illud bene implendum, & plene. Ex quo relinquitur argumentum, quod Prædicatori cuilibet est attendendum diligenter, ut videat diligenter, quod sit officium Prædicatoris, & quæ pertinent ad ipsum officium. Quæ ut plenius à Prædicatore quolibet comprehendantur, sex circa hoc sunt notanda, videlicet. Primum de conditionibus hujus officii. Secundum de necessariis Prædicatori ad hoc officium. Tertium est de modo accendendi ad hoc officium. Quartum est de executione hujus officii. Quintum de defunctu hujus officii. Sextum est de effectu hujus officii.

DE CONDITIONIBUS HUJUS OFFICII, P A R S P R I M A.

C A P U T I.

Quam excellens sit istud officium.



Irca primum notandum est, quam excellens sit hoc officium, quam necessarium, quam acceptum Deo, quam lucrativem ipsi Prædicatori, quam utile hominibus, quam difficile ad benefaciendum. Porro ad sciendum, quam excellens sit hoc officium, attendendum est, quod hoc officium est apostolicum: ad hoc enim faciendum fuerunt electi Apostoli: Marci cap. 3. *Fecit, ut essent duodecim cum illo, & ut mitteret eos prædicare.* Item est Angelicum: Apocalypsis 5. *Vidi Angelum fortem prædicantem voce magna.* Nonne prædicabat ille qui dixit: *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum:* Luke 2. Nec mirum, si Angeli, Prædicatores dicuntur, cum mittantur propter eos qui hereditatem captiunt salutis: sicut Prædicatores propter hominum salutem. Item est divinum: ad hoc enim officium exercendum Deus est humanus: Marci 1. *Eamus in proximos vicos, & civitates, ut & ibi prædicem: ad hoc enim veni.* Cum enim inter Sanctos nulli sint excellentiores Apostolis; inter creaturarum species nulla excellentior angelis; in universo nihil excellentius Deo: quam excellens erit istud officium, quod est apostolicum, immo angelicum, immo divinum? Præterea, sacra Scriptura habet super omnes alias scientias triplicem excellentiam, scilicet, a doctore, a materia, & a fine. Ab authore, quia aliae scientie ab humano ingenio sunt inventae, quamvis non sine Dei adjutorio: hæc autem est immediate a Deo divinitus infusa: 2. Petri 1. *Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti homines Dei.* A materia, quia aliae scientie sunt vel de rebus rationis, vel de rebus naturalibus, vel de rebus a libero arbitrio procedentibus: hæc autem de rebus divinis, hæc omnia, in infinitum transcendentibus. Propter quod, Proverbiorum 8. Sapientia divina, quæ istam scientiam tradidit, dicit: *Audite, quoniam de rebus magnis loquutura sum.* Vere de magnis, quia de Trinitate, & Unitate divina, de incarnatione filii Dei, & de hujusmodi talibus, quibus nihil est majus. A fine, quia aliae sunt, vel ad regimen temporalium, ut scientia juris, vel ad utilitatem corporum, ut scientia medicinae, vel ad informationem animorum secundum aliquam imperfectionem ignorantiae, ut speculativa: hæc autem ad vitam æternam habendam: Joannis 4. *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Quod ideo dicitur, quia aqua divinitas sapientie tendit, & perducit ad vitam æternam. Ipsa autem vita æterna non est aliud, quam ipse Deus: & ideo finis hujus

hujus scientie est ipse Deus. Ex his est quod sacra Scriptura dicitur Theologia, a theos, quod est Deus, & logos, quod est sermo, quia sermones ejus sunt a Deo, & de Deo, & ad Deum. De hujusmodi vero sermonibus textur omnis vera prædicatio, non de verbis aliarum scientiarum. Cum ergo omnis res sit tanto excellentior, quanto de excellentiori materia, sicut vas aureum vase plumbeo: quantæ excellentie est prædicatio, quæ textur de materia tam excellenti? Præterea, homo secundum philosophos est dignissima creaturarum: de duabus vero ejus naturis, scilicet, corpore & anima, dignior est anima. Deinde circa animam multa requiruntur, quorum quedam parum aut nihil faciunt ad salutem, ut scientia: quedam vero pertinent ad salutem: illa vero quæ pertinent ad salutem, sunt digniora: Prædicatio autem versatur circa hominem: unde Matthæi ultimo, dicitur Apostolis: *Prædicate Euangeliū omni creaturæ, idest homini, secundum Augustinum.* Non autem circa corpus, sed circa animam. Unde prædicante Petro signanter dicitur, Actuum 4. quod appositor erant animæ circiter tria millia, quia prædicatio querit animas: non autem querit circa eas, nisi quæ pertinent ad salutem. Et ideo dicitur Luce 1. de excellenti Prædicatore. *Præbis enim ante faciem Domini parere vias ejus, ad dandam scientiam salutis plebi ejus.* Cum ergo omne officium tanto sit excellentius, quanto dignus est illud circa quod versatur, ut officium quod circa Regem versatur, excellentius est illo, quod circa equos ejus versatur: & illud quod versatur circa templum excellentius est illo, quod versatur circa stabulum: quantæ excellentie erit illud officium quod versatur circa dignissimam creaturarum, & circa ejus partem dignorem, & circa digniora partis illius? Si ergo consideretur, sicut dictum est, excellentia eorum, quibus competit prædicatio, & excellentia eorum de quibus textur, & excellentia eorum circa quæ versatur: patet manifeste, quam excellentis dignitatis sit istud officium.

C A P U T II.

Quam necessarium sit officium prædicationis toti Mundo.

AD intelligendum vero, quam necessarium sit hoc officium mundo, sciendum est, quod animæ Sanctorum, quæ decesserunt (sicut dicitur Apocalypsis 6.) clament ad Dominum, conquerendo de his qui habitant in terra. Et secundum Expositores ista conquestio est de hoc, quod tardi sunt ad agendum penitentiam, quia ex hoc differtur consummatio eorum gaudii in celo, quæ erit ex impletione ruinæ cœlestis, & receptione secundæ stolæ: nihil autem valet ad hujusmodi consummationis accelerationem, sicut prædicatio, sicut dicitur Matthæi 3. *Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum,* quantum, scilicet, ad sui consummationem. Ex quo patet, quod sine prædicatione non consummabitur plenitudo gloriae cœlestis. Item dicitur Esaiæ 5. *Propreterea captivus daclus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Propreterea latavit

Iutavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino. Defectus ergo scientia facit ad repletionem inferni. Prædicatores vero replent terram scientia: Proverbiorum 15. *Labia sapientum disseminabunt scientiam:* Glossa, prædicando. Ex hoc ergo patet quod prædictio retrahit repletionem inferni. Item si non esset prædicatio, per quam verbum Dei seminatur, totus mundus esset sterilis, & sine fructu: Isaiae 1. *Nisi Dominus sabbatuum reliquisset nobis sēmen,* scilicet verbum Dei, *quaē Sodoma fuissemus,* quæ scilicet est terra sterilis omnino, & nullum ferens fructum. Item dæmones magnam diligentiam apposuerunt a longo tempore ad subjugandum sibi totum mundum, & multam partem illius subjugaverunt, & plus subjugassent, nisi Prædicatores eis restituerint virtute divinitatis sibi data, de qua dicitur Matthœi 10. *Dedit illis potestatem spiritum immundorum.* Et post præcepit eis dicens: *Dæmones ejicite.* Et factum est ita: sicut figuratum est (secundum Expositorem) Judicum 7. in Gedeone & in suis, qui cum tubis hostes fugaverunt. Item, si non esset prædicatio, corda humana non erigerentur in spem celestium: Job 12. *Si continuerit aquas, omnia siccabantur.* Gregorius ibidem: *Si scientia Prædicatorum subtrahitur, eorum, qui vivescere poterant in spe aeterna, corda protinus arescant.* Item barbaris nationibus necessaria summe est fides in Christo, quia sine ea non possunt salvati. Unde propter hanc necessitatem apparuit quidam Vir Macedo per nomine Paulus, dicens: *Transiens in Macedoniam adjuva nos,* sicut dicitur, Actuum 16. Non possunt autem istam fidem habere sine prædicatione: Ad Romanos 10. *Quomodo credent ei, quem non audierant? Quomodo autem audient sine prædicante?* Et ideo Dominus dedit Prædicatoribus Christi genera linguartum omnium, ut prædicatores omnibus intelligibiliter, omnes ad fidem istam possent pertrahere. Et sic manifestum est, quod tot nationes sine prædicatione non essent ad Christum converte. Item sine prædicatione non esset Ecclesia fundata: Job 38. *Vbi eras, quando ponebam fundamenta terra?* Ergo in sacra Scriptura fundamenta Prædicatores accipimus, quos dum primos Dominus in terra constituit, tota in eis sequentis fabricæ strutura succubuit. Sine prædicatione etiam non proficeret: 3. Regum 5. *Præcepit Rex, ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos:* Glossa: *Superpositi ordines lapidum vel lignorum significant doctores sequentes, quorum prædicatione crescit Ecclesia & ornatur virtutibus.* Sine prædicatione etiam non staret. Isaiae 60. *Locum pedum meorum glorificabo.* Glossa: *Prædicatores pedes Domini dicuntur: quia totum corpus Ecclesie sustentant:* Et ideo per eos stat Ecclesia, sicut corpus per pedes. Colligitur ex his, quam necessarium sit Officium prædicationis: sine qua non consummabitur plenitudo Regni cælestis: infernus citius impleretur, & mundus esset omnino sterilis: dæmones mundo dominarentur, corda humana ad spem cælestium non consergerent, nationes fidem Christianam non receperint, nec Ecclesia fundata fuisset, nec proficeret, nec staret. Propterea dicit Apostolus quibusdam: Ephesiorum 5. *Eritis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino.* Quia homines Prædicatione carentes sunt quasi in tenebris; sicut enim in primordiali creatione dicitur de abîso, quod habebat tenebras super faciem,

faciem, creata vero luce illuminata est illa materies, ita & per prædicacionem illuminantur homines: Matthœi 4. *Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis:* quod intelligitur secundum Glossam, de prædicacionis luce. Prædictio igitur est illuminatio Mundi. Propter quod & Prædicatoribus prius dicitur: *Vos etsi lux mundi.* Item dicitur, Oœcœ 4. *Mile-dictum, & mendacium, & homicidium, & fartum, & adulterium inundaverunt:* Istud autem diluvium fere jam subvertisset totum orbem, sicut diluvium Noë, nisi per predicationem fuisset repressum. Loquebantur quidam Clerici coram quodam Archiepiscopo magnæ authoritatis, & dicebant: Quid profunt tot prædicatores modernorum religiosorum, cum adhuc sint tot usurrii, tot fornicatores, & tot aliae malitia in mundo? At ille: Cum tot sint adhuc malitia, & iti boni viri per suas prædicationes represserint innumerabiles, quid ergo esset, si isti non venissent, & non prædicassent? (a) Utique tantum crevissent malitia, quod quasi totum mundum suffocarent. Constat igitur quod prædictio reprimet abundantiam malitia: Genesis 8. *Adduxit spiritum super terram, & imminuta sunt aquæ:* quia nimurum per Spiritum, qui loquitur in Prædicatoribus diminuuntur aquæ malitia abundantis. Item sicut olim frequenter dicitur invaluisse famæ in mundo, ita deficiente prædicatione, invalefecit famæ spiritualis: Lucas 15. *Fuita est famæ valida.* Glossa: *Deficientibus prædicationibus fit famæ, quia non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Item sermo Dei est medicina sanans omnia, sicut dicitur Sapientie 6. *Multitudine sapientum, sanitas est Orbis terrarum.* Glossa: *Cætus prædicatorum sanitas est &c.* Item sicut ex defectu sapientis regimini solet accidere, quod evacuantur Civitates habitatoribus, ita ex defectu prædicationis pereunt Homines rationales: Proverbiorum 29. *Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus:* & quasi foli bestiales inventiuntur. Sed prudentia Prædicatorum reparantur & inhabitantur ab hominibus Civitates: Ecclesiastici 10. *Civitates inhabitabuntur per sensum prudentum:* Glossa: *ideſt, Prædicatorum.* Item sicut tempore magna siccitas non inventitur aqua, ex quo sequitur magna afflictio, & damnum maximum hominum, ita accidit ex defectu doctrinæ: Isaiae 41. *Egeni & pauperes querunt aquas, & non sunt:* Lingua eorum siti aruit. Hoc autem fit diabolo procurante: Judith 7. *Holofernes præcepit incidere aqueductum, qui fluebat in Civitatem:* Glossa: *Aqueductus maxime suaderet, ut doctrina influant:* Isaiae 41. *Aperiām in supremis collibus flumina.* Glossa: *Idest:* Prædicatores a Christo flumine: & in media

(a) Quantum utilitatis Christianæ Reipublicæ suis prædicationibus attulerint Monachi, præfertim vero Religiosi Mendicantes, ex eorum Annalibus liquet. De Fratribus Ordinis Prædicatorum ita inquit Alexander IV. Pontifex Maximus, scribens universis Ecclesiasticis Prælatis Constitutione CLVII. data 23. Maii 1257. ex parte Tomo 1. Bullarii Ordinis Prædicatorum, pag. 338. *Hi sunt viri probati, & plene in lege Domini eruditæ, fratres videlicet dicti ordinis, efficaces quidem in opere, ac in prædicatione potentes, quorum labia gratia cælestis edocuit, ad propinandam salutem doctrinam alii, & exponendum communum animarum;* unde ubique per mundum ipsorum ora intonant, velut tubæ, ac in omnem terram, exit sonus prædicationis eorum, & usque ad fines orbis sua salutisfera verba sonant.

dio camporum, idest, humilium fontes. Item si non esset prædicatio: totus mundus esset quasi terra deserta & invia: in qua nescitur via, prædicatione vero docet viam. Propter quod dicitur de Prædicatore egregio prædicate in deserto: *Præbis ante faciem Domini parare vias ejus.* Et post: *Luminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Vide ergo, quanta sit hujus Officii necessitas, cum sine prædicatione totus mundus esset in tenebris, abundantia malitia omnia suffocaret, famae periculosisima ubique invalueret, pestilentia infirmitatum innumerasiles ad mortem duceret, Civitates redigerentur in solitudinem, defectus aquæ sapientie salutaris intollerabilem inducerent exacerbationem, viæ salutares non discernerentur in terra. Propter quod igitur prædictum, Deus videns, quam necessaria sit prædicatio in mundo, non cessavit ab initio, nec cessabat usque in finem Prædicatores mittere successives. Gregorius Homilia 19. in Evangelia: *Pater familias ad excolandam vineam suam hora tertia, sexta, & nona, operarios conductit: quia a mundi hujus initio usque in finem ad erudiendum plebem fidelium, Prædicatores Dominus congregare non desistit.*

C A P U T III.

Quam acceptum sit Deo istud Officium.

Dinde est sciendum, quam acceptum sit istud Officium coram Deo. Notandum, quod prædicatio est quasi quidam cantus: Neemia 7. *Habitaverunt cantores in Civitatibus suis.* Glossa: *Cantores sunt, qui dulcedinem cœlestis patriæ pia voce prædicant.* Iste autem cantus est adeo acceptus coram Deo (sicut etiam in curiis magnates solent in cantis Joculatorum delestant) quod ipse præ dulcedine hujus cantus, dicit Ecclesiæ, Cantic. 2. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.* Item Prædicatores, dicuntur venatores: Hieremie 16. *Mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum.* Quod ideo dicitur secundum Expositores morales, quia Prædicatores de omni statu peccatorum, venantur animas ferinas. Sicut autem nobiles vescuntur libenter venationibus: ita & Dominus hujusmodi ferinis. In cuius signum dicitur, Genesis 25. quod Isaac libenter vesceretur de venationibus Esau. In tantum enim accepta est hujusmodi venatio Domino, quod ex defiderio ejus, figurative (Genesis 27.) incitat Prædicatorem ad hujusmodi venationem dicens: *Sume arma tua, & pharetrum, & arcum, & egredere foras, cumque venatu &c. usque coram Domino.* Item prædicatio proprie procedit ex zelo animarum; unde Prædicator egregius dicit. 2. ad Corinthios 11. *Amulor vos Dei amulatione, idest, sancto zelo.* Dicit Augustinus, quod nullum est maius sacrificium Deo, quam zelus animarum: Si ergo sacrificium animalium tantum Deo placuit olim, quod dicitur, Genesis 8. de tali sacrificio, quod exhibuit Deo Noë: *Odoratus est odorem suavitatis.* Quantum credendum est, esse sibi acceptum sacrificium de

de animabus, quod fit ei per prædicationem? Item Prædicatores dicuntur milites Christi: propter quod dicitur, 2. Timothæ 2. *Labora sicut bonus miles Christi:* Glossa: *prædicando.* Unde autem prædicando militare dicuntur? Quia sic errores tam infidelitatis, quam morum regi suo contrarios, debellant: 2. Machabaorum 12. *Dositheus autem, & Sofipater, qui erant duces cum Machabæo &c.* Glossa: *Isti duo duces sancti, Prædicatores designant, qui viri Machabæi dispositione, hoc est, fortissimi prælatores, de quo in Psalmo scriptum est, Dominus fortis & potens in prælio, contra omnes errores perfidorum destinatur.* Ipsi etiam in augmentum divini regis sui populos alienos ei subjugaverant. Ibidem: *Vitti Arabes petebant a Iuda dextram sibi dari.* Glossa: *Clarescere veritate, ac constantia sanctorum Prædicatorum, superat dextram sibi dari perunt, ita ut errores suos relinquentes, Catholicae fidei unitatem appetant; seque confessoribus Christi associare desiderent.* Iste etiam sicut fideles milites ad Imperium ejus vadunt & veniunt; ei per omnia obedientes, sicut milites ceutiorum ad iussum ejus vadunt & veniunt. Zachariae 9. *Circumdabo domum meam ex his qui militant mihi, euntes & revertentes.* Glossa: *Qui ad imperium meum bui & illuc discurrent: quod competit Prædicatoribus.* Vere amabiles & amandi a rege suo sunt milites tales, qui hostes debellant, populos sibi subjugant, & ei per omnia obedient. Si ergo principibus solet acceptum esse Officium bonorum militum (sicut dicitur de David, 1. Regum 29. quod erat acceptus in oculis Achis propter militiam suam) quantum credendum est, esse acceptam coram rege gloria tam fructuosam militationem Prædicatorum suorum? Item qui volunt placere magnatibus, solent facere eis encaniam de rebus quas multum diligunt, sicut de primis fructibus, vel piscibus nobilibus, & similibus. Illud autem quod Dominus summe diligit sunt animæ. Sapientie 11. *Domine qui amas animas.* Quasi super omnia vero encaniam mittunt ei prædicationem. Quis ergo possit dicere, quam accepta sit talis oblatio, & cum quanto gaudio recipiat eam? Ideo dicitur in Psalmo 59. *Adducantur regi Virgines, scilicet, animas per preuentiam innocentia restitute, post eam: proxime ejus afferentur in latitia & exultatione:* quia cum magno gaudio recipiet talis oblatio. Item quilibet Prædicator est quasi legatus missus a Deo, pro negotiis suis. Ephefiorum 6. *Pro quo legatione fungor.* Et 2. Corinthiorum 5. idem. Et ideo sicut multum acceptum est mittenti, quando legatus facit fideliter negotium suum: ita & Prædicator fideliter exercens officium suum, Dominum delestat. Proverbiorum 25. *Sicut frigus nivis in die messis (quod, scilicet, refrigerat calorem laborantium) ita legatus fidelis erit, qui misit illum, animam ejus requiescere facit.* Item Prædicatores (Lucae 5. & Efrae 3.) dicuntur calcatores lignorum, & latomi, & clementarii, & simili. Ipsi enim sunt operarii, qui adficiant in cordibus humanis habitaculum Dei in Spiritu Sancto a Deo, secundum quod dicit ipse Dominus Proverbiorum 8. *Delicia meæ esse cum filiis hominum.* Si ergo artifices qui edificant pulchra palatia, adeo sunt accepti regibus propter opera sua, quod mittunt ad regiones longinquas propter eos habendos, sicut patet in legenda beati Thomæ Apostoli de rege Indorum, qui propter hoc præpositum suum longe

longe misit: quis dubitet Dominum delectari in prædicationis opere; per quam ei tam admirabile habitaculum præparat Prædicator? Item super illud verbum Job 28. *Non calcaverunt eam filii insitorum*, dicit Glossa: *In-sitores sunt Prædicatores, qui spiritualia negotia gerunt: qui auditoribus, suis prædicationibus præbent, ut ab eis fidem, & opera recipiant.* Per istam autem negotiationem animæ lucrificant, juxta illud. 1. Corinthiorum 9. *Ut plures lucrificarem, scilicet, per prædicationem, ut tangit Glossa.* Ad hanc negotiationem incitat Dominus Prædicatores, Lucæ 10. dicens: *Negotiamini dum venio.* Si autem tantum placet ei lucrum, quod gratulans servo, qui quinque talenta lucratius fuit, dixit: *Euge serve bone & fide-lis quia super paucā &c. usque ad Domini sui;* quantum ei placerat talis ne-gotiationis animas preciosissimas sibi acquirens? Item Prædicatores sunt ministri Dei, juxta illud Actuum 6. *Nos autem ministerio verbi instantes erimus:* inter varia autem ministeriorum Dei genera nullum est ita bene intelligens, sicut Prædicatorum, juxta illud Psalmi 63. *Annunciaverunt opera Dei & fa-cia ejus intellexerunt:* Quod exponit Glossa, de Prædicatoribus. Inter vero conditions, quæ ministerium reddunt acceptum, est ista præcipua, scilicet, ut bene intelligat quid sit faciendum; Proverbiorum 14. *Acceptus est regi minister intelligens.* Ex quo apparet quæ acceptum sit hoc officium Deo. Colligitur ex jam dictis, quod prædicatio sancta accepta est Deo tanquam cantus dulcissimus, tanquam jucunda venatio, tanquam sacrificium suavis-simum, tanquam strenua militia principum, tanquam oblatio encenni amabilis magnati, tanquam fidelis executio legationis mitenti, tanquam con-structio nobilis palatii regis, tanquam servitium ministri intelligentis Do-mino: non autem solum sibi, sed affinitibus sibi in curia sua. Canticorum ultimo: *Qua habitas in horis, amici auscultant te, fac me audire vocem tuam.* Glossa: *Amici, id est, Angeli, & spiritus iustorum, qui cum Deo sunt.*

C A P U T IV.

Quanti lucri sit ipsi prædicatori.

Sequitur videre, quanti lucri sit istud officium ipsi Prædicatori. Circa quod est notandum, quod isti officio debentur necessariae vitæ presentis, sicut probat Apostolus. 1. Corinthiorum 9. multis modis, dicens in fine: *Ita & Dominus ordinavit iis, qui Euangelium annunciant, de Euangelio vivere.* Non solum autem debentur Prædicatori haec necessaria, sed nobilissimo modo debentur ei. Aliqua enim genera hominum oportet habere solitudinem de necessariis vitæ: istis autem dicitur. Mathæi 6. *Nolite solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Alios etiam oportet laborare, ut in sudore vultus sui comedant panem suum: Istis au-tem dicitur Matthæi eodem capite 6.. *Respicite volatilia cœli, quod non se-runt, neque metunt, neque congregant in horrea.* Et iterum: *Confide-ate lilia*

lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem vo-bis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut unum ex istis. Quasi dicat: si aves cibum, & lilia vestimentum habent sine labore: non debetis dispidere, cum idem faciat vobis Deus, qui plus estis apud Deum quam isti. Alii etiam licet sint solliciti, & laborem pro necessariis vitæ ha-beant; tamen frequenter sunt de his valde incerti: de Prædicatoribus vero dicit Gregorius Homilia xv i. in Euangelia super illud verbum Lucæ 10. No-lite portare faculum, neque peram &c. *Prædicatori tanta debet esse in Do-mino fiducia, ut praesentis vita sumptus quamvis non provideat, tamen sibi hos non defesse certissime sciat: ne dum mens ejus occupatur ad temporalia, minus aliis provideat eterna.* Et notandum, quod ad probandum experimento veritatem hujusmodi, quod Prædicatoribus Dominus providet sine sollicitu-dine, sine labore de necessariis (quod difficile crederetur a multis) recep-itus a mundo quequivit a discipulis, Lucæ 22. idem: *Quando misi vos (scili-cet, ad prædicandum, ut dicit Glossa) sine facco, & pera, & sine cal-ceamentis, nunquid aliquid deficit vobis?* At illi dixerunt: *Nihil.* Per quod multum ista veritas confirmatur. Præterea merito Prædicatores so-lent acquirere multa bona spiritualia: Proverbiorum 11. *Et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* Glossa: *Qui inebriat auditores divino eloquio, ipse inebriabitur potu multiplicis muneris.* Et bene dicit, multiplicis: pro merito enim prædicationis datur augmentum interioris gratia. In eodem: *Anima qua benedicit (exterius prædicando interius per augmentum) impin-guabitur.* Item datur ablutio fordium, si forte contrahuntur per activum. Job 29. *Quando lavabam pedes meos butiro.* Glossa: *pedes Dei Prædicato-res non sine culpa sunt, sed lavantur butiro, quasi pinguedine boni operis mundatur colletus puluis.* Item intelligentia. Job. 38. *Quis dedit gallo in-telligentiam?* Glossa: *Galli Prædicatores sunt.* Et post: *Ipsi (sanctis Præ-dicatoribus) quis nisi ego intelligentiam dedi?* Et bene hoc conveniens est, ut sicut gallo, eo quod gallus, datur quedam intelligentia: ita & Prædi-catori, eo quod Prædicator, immo multo magis, datur intelligentia, qua in prædicatione multum est necessaria. Item eloquentia. Unde Exodi 4. dum Moyses excusaret se impedimento lingua, & loquendi: *Dixit Dominus. Quis fecit os hominis? Nonne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo.* Ex quo apparet, ipsam apertione oris ad Dei gratiam pertinere. Item dicen-dorum abundantia, Psalmus 80. *Dilata tuum & implebo illud,* scilicet, dando abundanter, quæ loquaris. Exemplum de sancto Sebastiano, (a) quo prædicante, uxor Nicofratiri vidit juvenem venientem de Cælo, & li-brum ante eum tenentem: ex cuius sermone oratio ejus descendebat. Item virtutis effectus. Psalmus 67. *Dominus dabit verbum evangelizantibus vir-tute multa.* Prædicator enim os est Domini: & ideo decet, ut qui dat voci suæ vocem virtutis, prædicanti propter nomen suum, virtutem conferat in loquendo. Item præter hoc, sunt alia dona virtutum, quæ dator mu-nerum Spiritus Sanctus dividit singulis Prædicatoribus, prout vult: alii plas-

(a) Vide hoc exemplum apud Surium in Gestis S. Sebastiani ad diem xx. Januarii To-mo 1. Pag. 439.

aliis minus. Et ideo dicitur in Psalmo secundum litteram aliquam: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa.* Et notandum, quod propter hoc Prædicatores dicuntur Cæli: quia sicut Cæli sunt ornati stellis, ita & ipsi sunt ornati virtutibus variis: Job 26. *Spiritus ejus ornavit Cælos.* Gregorius Homilia xxx. in Evangelia: *Ornamenta Cælorum sunt virtutes prædicantium.* Quæ videlicet ornamenta Paulus enumerat dicens: *Alli quidem per Spiritum Sanctum datur sermo sapientia, alli autem sermo scientia secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in uno spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.* Iustum est autem, ut eis plures gratiae conferantur quam aliis. Ipsi enim specialiter laborant pro corpore Ecclesiæ. Gratia vero quibuscumque conferantur, dantur non solum pro se, sed pro aliis. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem: Glossa: *Dona vero quæ ad meritum alicujus hominis dantur, singulariter dantur, ad utilitatem Ecclesiæ adificanda.* Si ergo aliis dantur dona propter utilitatem Ecclesiæ, quanto plura debent dari his qui sunt ad hoc specialiter deputati? Ex his patet, quomodo ex prædicatione dona spiritualia plurima acquiruntur. Præterea ex prædicatione evenire solet excitari devotio populi, quæ quandoque prorumpit ad benedictionem Prædicatorum: Proverbiorum 11. *Qui abscondit frumenta (scilicet, prædicationis, secundum Glossam) maledicetur in populis: benedictio autem super caput videntium.* Exemplum Luca 11. illius mulieris, quæ loquente, Domino ad turbas, prorumpit in benedictionem, dicens: *Beatus venter qui te portavit, & ubera qua fuxisti.* Quandoque prorumpit in orationem. Exemplum. Contigit, quandam virum valde nobilem deditum multis vanitatis mundi, per quandam Prædicatorem reduci ad cogitationem Dei & sui; & dare operam ad salutem suam operandam. Cum autem infirmatus laboraret in extremis, memor beneficij, quod consequitus fuerat per illum Prædicatorem; elevanque cor suum ad Dominum, dixit: Domine rogo te pro illo, per quem veni ad cognitionem tui. Sic enim non est dubium, quod multi auditorum rogant devote pro Prædicatore, præcipue cum & ipsi occasione prædicationis hoc soleant petere frequenter in principio, & in fine sermonis, exemplo Apostoli ad Ephesios 6. & Collosenses 4. & Thessalonices 3. Et sperandum est multum de effectu talium orationum, quando plures sint orantes: quia ut dicit authoritas, vix possibile est, multorum orationes non exaudiri. Interdum etiam ista devotio facit multos sequi Prædicatorem, sicut visum est in diebus nostris frequenter: & habetur in Evangelio de Christo, quem sequebatur turba multa propter prædicationem, etiam in deserto: undeque conveniebant ad eum. Item non solum facit sequi; sed etiam obsequi: Marci 15. *Sequebantur eum, & ministrabant ei.* Item hujusmodi devotione facit eos multum honorari: Ad Galatas 4. *Sicut Angelum Dei exceptiſt me, sicut Christum Iesum.* Nec mirum, quia duplice honore habentur Præsibteri: maxime qui laborant in verbo & doctrina, ut habetur. 1. Ad Thymotheum 5. Item facit eos nominari: 1. Machabæorum 3. *Nominatus est Judas usque ad novissimum terram: quia in omnem terram exiuit*

exiuit sonus eorum, idest, sonus de eis secundum Glossam; quæ dicit: *Sonus, idest, fama prædicationis eorum.* Item quotquot, & quantumcumque proficiunt ex verbo Prædicatoris, debent recognoscere se ejus filios, juxta illud 1. Corinthiorum 4. *In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* Felix ergo devotio, nec parvipendenda a Prædicatore: quæ ipsum facit frequenter benedici, pro eo a multis orari, quæ ipsum facit sequi, & ei obsequi: quæ ipsum honorari facit, & longe in bonum nominari, & tot & tantos se ejus filios in Christo profiteri. Porro Officium istud non solum est lucrativum Prædicatori quantum ad statum præsentem; sed, quod melius est, ad futurum in gloria. Et hoc multipliciter. Primo, quia ex hoc metitur major certitudo salutis. Confuevit enim Dominus sic se habere ad hominem in operibus pietatis, sicut seipsum habet ad alium, juxta illud Luce 6. *Dimitte, & dimittimini, date & dabitis vobis.* Et ideo bonum argumentum est, quod Prædicator qui alios salvat, quamvis ministerio, quod ipse salvetur. Et ideo dicit per Prophetam Jeremiam 15. *Si converteris (scilicet, alios), convertam te.* Secundo quia meretur majus præmium substantiale: perspicuum enim est, quod charitas quæ facit eum non solum circa se, sed circa alios laborare, ex hoc plus & plus augetur in eo. Qua quidem augmentata, necessarium est, præmium substantiale augeri. Ideo dicitur Cantorum ultimo: *Et ducenti his qui custodiunt fructus ejus, scilicet, vinea:* Glossa: *idest, Doctoribus: quia duplex premium meretur qui se tuerit, & alios lucratur.* Tertio quia præter substantiale præmium habebit ad incrementum gloriarum multas alias materias gaudiорum: Ephesiorum 1. *Ut sciat quis sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos.* Glossa: *Quoddam incrementum gloriarum habebunt summi doctores, ultra illud quod omnes communiter habebunt.* Exponitur a Magistris hoc de gloria accidentalí superaddenda substantiali. Quod si ita est de summis doctoribus (& hoc quia doctores), idem erit de omnibus doctoribus, licet secundum plus & minus. Habebit ergo quilibet Prædicator bonus hujusmodi incrementum, & multipliciter. Quod sic patet. Dicit Glossa super eodem verbo: *Inter alios erunt clarissimi fulgentes Apostoli.* Constat autem quod iste fulgor in illa gloria respondet fulgori, quem habuerint in via, cum fuerint lux mundi. Cum ergo quilibet Prædicator bonus fuerit quedam lux, juxta illud Psalmi 76. *Illuxerunt coruscaciones tuae orbis terræ.* Quod exponitur secundum Glossam de Prædicatoribus: iustum est, ut quilibet talis speciali fulgore resplendeat in patria. Et ideo dicitur Danielis capite duodecimo: *Ez qui ad Iustitiam erudiant multos, quos scilla in perpetuas aeternitates.* Item majus est facere, & docere, quam solum facere: cum ergo præmium recipiat unusquisque secundum meritum suum, iustum videtur, ut isti magnitudini in merendo in via, respondeat magnitudo remunerationis in patria. Et ideo non sine causa dicitur, Matthæi quinto: *Qui fecerit, & docuerit, hic magnum &c.* Sicut in curiis alii sunt minores, alii majores, quod est gloria: ita & in alia curia Prædicatores non erunt de minoribus, sed de majoribus. Item prima Jeannis tertio dicitur, ad gloriam electorum: *Cum apparuerit, similes ei erimus.* Si hoc ergo erit ad gloriam eorum, constat, quod quanto maior erit similitudo:

tanto major surget ex hoc gloria. Prædicatores vero assimilantur ei in excellentissimo officio juris rationabilis, scilicet, predicationis: propter quod dicunt magistri communiter, quod merentur aureolam: de qua habetur Exodus 25. in textu, & in Glossa: sicut virgines, & martyres, eo quod assimilantur ei, alii in excellentissimo actu concupiscibilis, alii in excellentissimo irascibilis. Item Prædicator est pugnare cum hoste antiquo: Apocalypsis 12. Michael, & Angeli ejus cum Dracone. Habet enim Michael Prædicatores, qui dicuntur Angeli, quia sunt sub eo in adjutorium suum contra diabolum, & exercitum ejus. Si ergo David qui pugnavit contra Goliath accessit ad tantam gloriam, ut de eo ad ejusdem laudem fieren cantiones, cum rediret de prælio, sicut habetur 1. Regum 18. quanta erit ergo gloria in patria alia Prædicatori revertenti, qui cum tanto hoste viriliter pugnavit? Item cedit ad gloriam cuilibet in euria magna, cum aliis præponitur five in sedendo, five in aliis: Prædicator vero præponitur multis in illa caelesti curia: Luke 19. Et tu esto supra decem Civitates. Glossa: Decem Civitates sunt anima per legem data ad gratiam Evangelii provenientes: quibus tunc glorificandus prepositur, cum eis pecuniam verbi Dei digne commodat. (a) Item solet ad magnam gloriam, & honorem cedere, cum aliquis intrat ad aulam regiam cum comitatu magno: Prædicator vero bonus non intrabit solus illuc, sed secum ducet quoscumque convertit. Sanctus Doctor Gregorius Papa Homilia 17. in Euangelia: Ibi Petrus cum Iudea conversa, quam post se traxit; apparebit ibi Paulus, conversum, ut ita dixerim, totum mundum ducens; ibi Andreas post se Achajam; Joannes, Asiam; Thomas Iudiam; ibi omnes Dominica gregis arietes, Deo post se subditum gregem trahent. Item summi honoris est, cum aliquis in conspectu magnæ multitudinis, & magnorum coronatur, vel coronatus apparel: ibi vero Prædicator bonus coronabitur. Canticorum 4. Veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon. Glossa: Dum Prædicatores tales convertant, crescit corona eorum, de eorum certamine. Hinc est quod Paulus dicit ad Thessalonicenses 1. Quia est corona nostra, nonne vos ante Domini? Erit ergo gloria, sicut patet ex prædictis, bono Prædicatori ex splendorie charitatis, ex magnitudine personæ, ex conformitate quam cum Christo habet, ex certamine quo cum diabolo confligit, ex prælatione qua præfertur aliis, ex societate quam secum ducet, ex corona gloriofa quam habebit. Et sic liquet lucrum hujus Officii, & quoad præsentem statum, & quoad futurum. Quod confirmat Glossa: Qui panem verbi Dei fideliter dispensat, & in presenti, & in futuro benedicatur. Benedictio enim est bonorum collatio.

C A P U T V.

Quantum sit utile specialiter hominibus.

Sequitur videre, quam utile sit illud officium hominibus. Circa quod est notandum, quod quamvis sit toti mundo necessarium (ut supra dictum est) tamen specialiter est utile omnibus hominibus, & tot modis,

quot

quot modis ipsum verbum Dei, quod per prædicationem sanctam proponitur, utile hominibus reperitur. Sciendum ergo, quod multi sunt, quorum spiritus sunt in corporibus suis, sicut mortui in speluncis. Sicut autem dominus in fine suis suscitabit corpora: ita & nunc virtute verbi sui vivificat spiritus mortuos. Unde Joannis 5. Venit hora, & nunc est quando mortui audient vocem filii Dei: & qui audierint vivent. Item sunt multi, qui non habent unde vivant spirituas liter; verbum autem Dei est quo sustentatur vita spiritualis. Unde Matthaei 4. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. Et id eo sicut pauperes non habentes de quo vivant, currunt ad eleemosynas: ita hujusmodi pauperes debent currere ad verbum Dei de quo vivant, ut in spiritu recipient illud. Item sunt multi qui cum magna diligentia querunt quotidie cibaria delectabilia: non est autem delectabilior cibus palato non infectio quam verbum Dei. Psalmus 118. Quam dulcia fauibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Item sunt multi qui propter simplicitatem errant in multis: sed prædicatio per expositionem verbi Dei instruit eos. Psalmus 118. Declaratione sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulus. Item sunt multi nihil sentientes de spiritualibus, & ducunt vitam animaliem: sed verbum Dei facit eos transire ad vitam spiritualem. Joannis 6. Verba, que ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Quod dicitur per effectum, quia ad spiritualem vitam ducunt. Item sunt multi qui in tenebris hujus seculi neesciunt tenere rectam viam: sed verbum Dei, sicut lumen de nocte, ostendit eis viam rectam. Psalmus 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Item sunt medicinalia quadam, que etiæ valeant contra alias infirmitates, non tamen contra omnes: sed verbum Dei valet contra omnem infirmitatem spiritualem. Sapientia 14. Omnipotens sermo tuus Domine, qui sanat omnia. Item sunt quidam corde duros quam faxa: sed verbum Dei frangit interdum duritiam. Hieremie 23. Nonne verba mea quasi malleus conterens petras? Item sunt quidam seci ad pietatem, & compunctionem, & ad devotionem in Deum, iuxta illud Psalmi 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi: sed verbum Dei facit eos liquefcere. Psalmus 147. Emittit verbum suum, & liquefacit ea. Item sunt multi in quibus charitas refrigerit: sed verbum Dei accedit eam. Hieremie 23. Nonne verba mea quasi ignis? qui, scilicet, accedit? Item sunt multi sicut mulier sterilis, qui nunquam concipiunt aliquid bonum propositum: sed verbum Dei facit eos concipere. E ideo dicitur Luca octavo: Semen est verbum Dei: quia ad modum seminis est initium conceptionis. Item non solum facit concipere, sed & fructum facere. Ieremia 55. Quemadmodum imber, & nix descendit, & inebriat terram, & infundit eam, & geminare eam facit: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Item quidam sunt ut vina, quæ propter debilitatem suam non inebriant: sed verbum Dei sicut vinum forte inebriat, ut patet in Sanctis, qui sic inebriati omnia præsentia tradebant oblivioni, & tracti, verberati non videbantur sentire. Hieremie 23. Fæstus sum sicut vir ebrios, & quasi homo madidus a vino a facie Domini, & a facie verborum sanctorum ejus. Item sunt multi quorum spiritus sunt adeo incarnati, quod vix possunt a carnalitate dividiri: sed verbum Dei facit hanc divisionem. Ad Hebreos

(a) In Glossa legitur: qui eis pecuniam digne Deo commendaverit;

braos 4. *Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ana-*
cipi, & pertinens usque ad divisionem animæ, ac spiritus: idest animalitatis.
 Item multum indigent multi adiutorio Dei contra tentationem diaboli: ver-
 bum autem Dei est gladius quo se homo potest defendere ab illis, sicut pat-
 tet in Domino, qui per verba sacra, Matthæi 4. se defendebat a tentatione.
 Et ad Ephesios 6. *Et gladium spiritus quod est verbum Dei.* Item verbum
 Dei est sicut sinequa forte, cuius virtute lavantur fordes contractæ in pannis.
 Joannis 15. *Vox mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis.*
 Exemplum de calatho immundo, qui immersus in aqua, mundior efficitur,
 licet nihil de aqua retineat, sicut habetur in vitis Patrum. Item multi sunt
 longe a statu sanctorum; sed verbum Dei sanctos facit eos. Joannis 17. *Pater*
sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas es. Item gratia summe necessaria
 est hominibus in vita ista: confertur autem virtute divini verbi, sicut patet in
 primitiva Ecclesia. Proverbiorum 13. *Doctrina bona dabit griam.* Item sunt
 multi in mortis animæ periculo propter gravem infirmitatem: sed verbo Dei
 liberantur. Psalmus 106. *Misit verbum suum, & sanavit eos; & eripuit eos*
de interitionibus eorum. Item sicut verbo medici salvantur corpora, ita
 verbo Dei salvantur animæ. Jacobi 1. *In mansuetudine suscipe insitum*
verbum, quod potest salvare animas vestras. Non solum autem istos effectus
 utiles hominibus habet verbum divinum, vel Dei, sed & multis aliis: pro-
 pter quod dicitur Ecclesiasticus 8. *Sermo illius potestate plenus est.* Quod dicitur
 propter multiplices effectus, quos habet, sicut lapis pretiosus valens
 ad multa.

C A P U T V I .

Quam difficile sit ad bene faciendum.

Sequitur de difficultate hujus officii: circa quod notandum est, quod
 valde difficile est bene facere officium istud: quod patet ex tribus.
 Primo ex paucitate bonorum Prædicatorum. In primitiva Ecclesia:
 pauci Prædicatores adeo fuerunt boni, quod totum mundum converterunt,
 nunc autem innumerabiles; & tamen parum proficiunt. Quare autem est
 hoc, nisi quia illi boni Prædicatores fuerunt, isti vero non sic? Signum
 autem difficultatis artis alicuius est, cum multi sunt artifices illius artis,
 pauci vero boni. Secundo ex conatu multorum ad istud officium: sunt enim
 & fuerunt multi magni in litteraturis multis, qui quamvis apposuerunt di-
 ligentiam multam, & conati sunt pro viribus ad habendam gratiam prædi-
 candi, tamen ad hoc pervenire non potuerunt. Signum autem difficultatis
 est, cum aliquis, & si aliquantulum idoneus, non potest illam addiscere.
 Tertio ex modo acquirendi: alia enim artes acquiruntur per usuacionem &
 suam factiōnem ex frequenti agere: fabricando enim fabri fimus; & cithariz-
 zando citharistæ fimus, secundum Philosphum: gratia vero prædicandi ex
 dono Dei speciali habetur. Unde Ecclesiastici 10. *In manu Dei potestas homi-*
nis; idest, prædicatoris, secundum Glossam: *Quod ideo dicitur: quia ex*
dono Dei est quod homo habeat prædictam prædicationem: quæ autem homo

ex opere suo non potest, sed aliunde, oportet venire difficultius. Porro
 causæ, quare difficile est hoc officium ad bene faciendum, sunt tres. Una est
 ex parte magistrorum: aliarum enim artium plures inveniuntur magistri, &
 qui de facili possunt haberi: hujus vero artis unicus est magister, cuius co-
 piam pauci habent, scilicet Spiritus Sanctus. Unde Dominus noluit, quod
 illi egregii Prædicatorum prædicarent, quoisque venisset Spiritus Sanctus,
 qui eos doceret omnia: *Postquam autem venit in eos, ceperunt loqui, pro-*
ut Spiritus Sanctus dabat eloq[ui] illis: Actuum 2. Alia est ex parte instru-
 menti: prædicatio enim exercetur per lingua, qua facillime errat, nisi
 a domino dirigatur: juxta illud Proverbiorum 16. *Domini est gubernare*
linguam. Sic ergo difficultius est facere aliquod opus bene cum manu
 sinistra, qua de facili errat, quam cum dextra, quæ non ita de facili
 errat: ita difficile est bene facere officium prædicationis, quia fit per
 lingua, qua de facili errat inter omnia membra. Alia est ex parte
 eorum, quæ sunt necessaria ad hoc officium laudabiliter faciendum.
 Sunt enim quamplurima, ut patet in supradicto capite: omnis autem ars
 tanto difficultius bene fit, quanto plura requiruntur ad eam faciendam. Si-
 cuit difficultius est facere picturam, in qua plures varietates colorum requiri-
 tur, quam picturam, in qua pauci requiruntur colores, ideo quia quamplu-
 rima requiruntur ad istud officium, accidit in eo difficultas. Deinde notan-
 dum, quod quia non est laus multa in faciendo aliquod officium, vel aliquod
 bonum, nisi bene fiat: propter quod dicitur Isaiae 1. *Dicite benefacere,* &
 difficultas fit in bene faciendo officium prædicationis: circa difficultia vero
 oporteat laborare: apponenda est multa cura ipsi Prædicatori, ut quantum
 in se fuerit, istud officium bene & gratis valeat exercere. Sunt autem tria,
 quæ ad hoc specialiter valent. Primum est diligens studium. Secundum est
 consideratio modi aliorum Prædicatorum. Tertium est oratio ad Deum.
 Circa primum notandum est, quod licet prædicationis gratia specialiter habeat
 ex dono Dei; tamen sapiens Prædicator debet facere quod in se est, di-
 ligenter studendo circa prædicationem faciendam, ut laudabiliter fiat. Unde
 Apocalypsis 8. *Septem Angeli, qui habebant septem tubas, preparaverunt se,*
ut tuba canerent. Glossa: *Id est universi Prædicatorum Apostolorum imitantes.*
 Et alia Glossa in Euangelio, in illud quod dicitur: *Nolite cogitare, quomodo*
aut quid loquamini. Sed Apostoli in prædicatione fuerunt privilegiati: ta-
 men ipsis, qui non sunt privilegiati ita, conceditur præmeditari. Unde Hiero-
 nymus super Ezechielam 3. capitulo super illud: *Comede volumen: Sermones*
Dei corde sunt comedendi, & diligenter attendendi, & sic ad populum
proferendi. Sed sunt quidam Prædicatorum, qui cum student ad prædicandum,
 interdum applicant studium suum circa subtilia, volentes plestere &
 texere subtilia: interdum circa nova, more Atheniensium, vacantes ad di-
 cendum nova: interdum circa sophismata, lingua suam volentes magnifi-
 cari. Sed boni Prædicatoris est magis studere circa utilia, fervorem excita-
 tantia, & recurriendo & considerando respicere quicquid minus utile reperi-
 terit, & solum utilia reservare: exemplo Apostoli qui dicit Actuum 20. *Vos*
scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, quomodo nihil subtraxerim

utilium, quomodo annunciatum vobis. Sunt alii qui student ad dicendum multa : multiplicantes , modo membra sermonum , modo distinctiones , modo authoritates , modo rationes , modo exempla , modo verba idem significantia , modo eadem multoties repetentes , modo prolixam prothematam facientes , modo idem verbum multipliciter exponentes : quæ valde vitiosa sunt in sermonibus . Sicut enim pluvia mediocris facit ad fructum terræ , sic nimia suffocat . Et sicut cibus mediocris confortat sanitatem stomacho: sic nimius subvertit stomachum . Et sicut brevitas officii divini facit ad devotionem , ita nimia prolixitas inducit soporem . Sic ergo prædicatio quæ succincta est , prolixitate redditur inutilis . Et ideo prudens Prædicator & bonus debet studere , non ut dicat multa : sed ut dicat quæ dicit sub mensura mediocri . Et cum invenerit se nimia cogitativa , debet sic refescere minus utilia : ut det tritici mensuram famelicō : non totum frumentum , quod potest habere , prout dicitur de bono dispensatore Luca 12 . Sunt alii qui ad perfruendum quod dicunt , utuntur quandoque solis rationibus , quandoque solis exemplis , quandoque solis authoritatibus : sed melius est uti quolibet istorum ad aliquid persuadendum , ut quod non movet unum , moveat aliud , quia multi sunt qui plus moventur ab uno quam ab alio . Et cum ista tria concurrunt circa idem , fit funiculus triplex , ligatus cum hamo prædicatio- nis , qui difficile rumpitur a pīse quoconque . Ex his igitur colligitur , quod bonus Prædicator , cum studeat ad prædicandum , primo debet studere circa illud quod dicturus est , ut sit utile , sicut qui invitat alios , debet cogitare , quod illud quod facit parare , sit bonum . Secundo ut de utilibus etiam præparet moderate : nec enim quicquid inventur in macello , præparari solet ho- spitibus , quantumcumque delectis , sed de melioribus aliqua moderate . Tertio , ut illud quod dicturus est , persuadeat efficaciter , sicut & cibi pari- ri solent delicate , ut libertus sumantur , & melius incorporentur . Præterea sunt aliqui , qui student multum ad proponendum thema aliquod extra- neum , sicut fecit quidam , qui prædicaturus de Apostolis Petro & Paulo , proposuit illud Numerorum 3 . *Fili Merari : Moholi , & Musi* . Solet au- tem accidere frequenter , quod hujusmodi themata extranea non possunt aptari nisi cum magna & incongrua extorsione sententiae , & ideo potius in- dicunt derisionem quam adificationem . Alii vero tantum intendunt ad proponendum thema pro præsenti die conveniens , quod neglecta interdum utilitate propter hujusmodi proprietatem , talia proponunt themata , quod in ipsis parum aut nihil utile auditoribus continetur . Hujusmodi autem homines potius dicendi sunt Cantores Ecclesiastici quam Prædicatores Christi . Cantorum enim Ecclesia est , cantare de proprietate temporis , vel festi : non habito respectu ad sententiam eorum quæ cantant , utrum conseruat auditoriis , vel non . Alii vero thema aliquod proponunt ita breve , quod in eo non continetur aliquid , nisi de unica materia : similes illis , qui hospitibus non dant nisi unum ferculum . Alii vero thema proponunt in quo multa conti- nentur : sed sunt illorum aliqua minus utilia , & nihilominus de qualibet particula ibi notata , sive sit utilitatem continens , sive non , faciunt sermonem longum : similes illi , qui volens facere cibum de bove , facit unum ferculum de

de carnibus , aliud de pelle , aliud de unguibus , & sic de qualibet parte bovis : Quod non est coqui prudentis , immo ipsius est reliq'is partibus minus bonis , solum de melioribus partibus bovis cibum preparare . Alii sunt , qui thema proponunt , in quo multa utilia continentur , sed tantum quandoque demorantur circa primum , vel duo prima , quod de aliis prosequi nihil pos- sunt : cujus contrarium fit a viris curialibus . Dant enim de multis , sed pa- rum de qualibet : & talis comeffio magis ab hominibus acceptatur . Reliq'is ergo prædictis abusivis circa thema proponendum , tale thema est diligenter studio eligendum , quod evidenter proposto conveniat , & utilita- tem convenientem auditoribus contineat , nec unicam , sed multiplicem : & si quid forte minus utile continet , illius prosequitioni parum aut nihil inten- datur . Præterea sunt quidam , qui licet non babeant sufficientem competen- tem , ad faciendum de ingenio suo sermones laudabiles , tamen non dignantur in illis studere , quæ dicta sunt ab aliis , sed solum volunt ea , quæ ipsi adinveniunt . Et isti sunt similes illis , qui nolunt ministrare panem , nisi quem ipsi conseruerunt : quamvis non sint boni pistores : cujus contrarium inveni- tur in Evangelio Matthæi 14 . Nam ibi præcepit Dominus per manus discipu- lorum ministrari panem , non quem ipsi conseruerunt , sed per alios jam con- fectum . Nota : Audivi quod Innocentius Papa , (a) sub quo celebratum est Concilium Lateranense , vir magnæ literaturæ : cum semel prædicasset in festo magno , habuit iuxta se quandam tenentem Homiliam Gregorii de festo illo : & verbo ad verbum dicebat in vulgari , quod scriptum erat ibi in latino: querens , cum non recordabatur , ab illo qui illum tenebat , sequentia . Cum autem post sermonem quereretur ab eo , quare sic fecisset , cum sufficiens esset ad alia multa dicenda , respondit , quod hoc faceret ad reprehensionem illorum , qui dicta ab aliis dicere (b) designantur . Alii sunt , qui in intel- lectu & ingenio quem habent , confidentes , neglectis Sanctorum expositioni- bus in Sacris Scripturis , suis expositionibus innituntur , secundum illud Hieronymi in Epistola 53.ad Paulinum Capite vii. (c) Designantur sacerdos quid Propheta , quid Apostoli senserint ; sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia , & ad voluntatem suam trahunt scripturam repugnantem . Ipsi sunt similes quibusdam , qui aufultantes campanas , putant eas dicere quod cogitant in corde suo . Hieronymus ibidem : *Quicquid dixerint , hoc legem*

C

Dei

(a) Fuit is Innocentius III. qui Concilium Oecumenicum Lateranense IV. celebra- vit anno MCCXV . Confuevisse aliquos cum olim Episcopos ut suas pronunciare , aliorum Homilias diserte ostendit eruditus Bernardinus Ferrarius , *De ritu sacerdotarum Ecclesie veteris concionum* , Lib. 2. cap. 14. ubi varia exempla de ea re affert . Certe S. Cyrillex Alexandrinus , qui fluerit IV. Christi Seculo , multas Graecia totius Episcopos scripsitque Homilias testatur Gennadius in Libro . *De Illustribus Ecclesie Scrip- toribus* , cap. 57. Cyrillex , inquit , *Alexandrina Ecclesie Episcopus Homilias com- posuit plurimas , qua ad declarandum in Graecis Episcopis memoria commendantur* .

(b) Queritur & de eo Chrysostomus initio lib. v. *De Sacerdotio* , quod veluti sures ha- beantur Concionatores , qui partem aliquam eorum , quæ ab aliis elaborata sunt , suis concionibus interferunt : potissimum autem de eo dolet , quod nec ipsis licet propriis suis inventis assidue uti .

(c) In contextu Hieronymi legitur : *Quæsi grande sit , & non vitiōsissimum docendi ge- nus depravare sententias , & ad voluntatem tunc*.

Dei putant. Alii sunt, qui magis student circa verborum ornamentum, quam circa sententias dicendas: similes illis qui magis curant de pulchritudine scutellæ, in qua ministrant cibaria, quam de ipsis cibis. Unde Augustinus in libro Confessionum 5. capite 6. Didicerant (*a*) sapientiam & stultitiam esse: sicut sunt cibi utiles & inutiles: verbis autem ornatis & inornatis, sicut vasis urbanis & inurbanis utrosque cibos posse ministrari. Iste ergo tribus viis circa ista tria exclusis, debet prudens Prædicator circa aliorum dicta studere in Sacris Scripturis plus Sanctorum expositionibus quam suis inniti, & in ipsis dicendis plus sententias bonas, quam verba amare. Circa secundum notandum, quod artes, quæ consistunt in operando, melius addiscuntur ostensione exempli, quam doctrina verbi. Nunquam enim bene posset aliquis in eis solis edoceri verbis, sicut edocetur visu imitationis alterius. Et ideo multum confert ad addiscendum artem prædicandi, cum considerantur modi, & varietates Prædicatorum bonorum, & etiam aliorum: ut hæc intuens, quod in aliquo irreprehensibile viderit, conetur imitari. Hinc est quod Iudicium 7. Gedeon, qui est figura boni Prædicatoris, dicit: *Quod me facere videbitis, facite.* Circa tertium notandum, quod quia conatus humanus ad nihilum est efficax sine Dei adjutorio, Prædicator super omnia recurrere debet ad orationem, ut detur ei sermo efficax ad auditorum salutem. Unde Augustinus de Doctrina Christiana libro 4. capite 30. *Si Regina Hester pro sua gentis temporali salute locutura apud Regem oravit, ut in eos ejus sermonem congruum Dominus daret: quanto magis orare debet ut tale manus accipiat, qui pro eterna hominum salute in verbo & doctrina laborat?* Ex prædictis colligitur, quod tria sunt signa quæ ostendunt officium prædicationis esse difficile. Item quod tres sunt causa, quare est difficile. Item patet tria quæ desiderantur in Prædicatore propter hujusmodi facultatem. His prædictis conditionibus de officio prædicationis notatis, patet quantum differt istud officium ab aliis quibusdam. Alia enim quædam sunt vilia: sed istud excellentissimum. Alia quædam sunt modicum necessaria: sed istud est necessarium toti mundo. Alia quædam sunt quæ Deo displicent, vel parum placent: sed istud est Deo acceptum. Alia quædam sunt, in quibus parum lucrantur illa exercentes: sed istud maximum adducit suo executori lucrum. Alia quædam sunt quæ parum conferunt hominibus: istud vero quamplurimas confert eis utilitates. Denique cum sint alia quædam facilia: istud (nec mirum, cum sit tantum) non sine magna difficultate potest exerceri laudabiliter: sed ad illud exercendum laudabiliter, difficultates occurunt.

DE

(a) Verba Augustini in Laudato Confessionum loco hæc sunt: *Nam ergo abs te didicimus, nec eo debet videri aliquid verum dici, quia eloquenter dicitur, nec eo falsum, quia incomposite sonant signa laborum; rursum nec ideo verum, quia implitus enunciatur; nec ideo falsum, quia splendidus sermo est: sed perinde esse sapientiam & stultitiam, sicut sunt cibi &c.*

DE IIS QUÆ SUNT NECESSARIA PRÆDICATORI,

P A R S II.

C A P U T VII.

De Vita Prædicatoris.



Equitur de iis quæ sunt necessaria Prædicatori: horum autem quædam sunt necessaria prædicatori quoad vitam, quædam quoad scientiam, quædam quoad loquaciam, quædam quoad meritum, quædam quoad personam, quædam quoad rationes figurarum. Circa primum notandum est, quod omni Prædicatori necessaria est vita bona. Gregorius: *Qui verbum Dei loquitur, prius videat, qualiter vivat.* Sunt autem quæ pertinent ad bonam vitam: quæ sunt Prædicatori necessaria. Unum est, conscientia sancta. Pertinet enim ad eum loqui fiducialiter: quod auferit conscientia mala. Gregorius: *Subrabit doctrina quis fiduciam, cum conscientia præpedit lingua.* Aliud est vita irreprehensibilitas. Quomodo enim alios valebit reprehendere, qui reprehensibilis existit? Ideo dicitur ad Philipenses 2. *Sine reprobationibus in medio nationis prava & perverse, verbum vite continentis: vos scilicet, qui continetis verbum vitae.* Aliud est vita austera, sicut fuit in Joanne prædicatore penitentia. 1. ad Corinthios 9. *Castigo corpus meum, & in servitutem illud redigo: ne forte cum alii prædicaverim, ipse reprobis efficiar.* Aliud est vita excellenta. Sicut enim prædicans in alto stat: ita debet esse in alto statu vita. Isaia 40. *Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas Sion.* Aliud est vita luciditas. Non enim sufficit Prædicatori ducere bonam vitam, sed debet sic lucere lux ejus coram hominibus, ut non solum verbo, sed & opere prædicet: ad Philipenses 2. *Inter quos lucetis sicut lumina in mundo, verbum vite continentis: vos scilicet, qui continetis verbum vitae.* Aliud est concordia actionum cum verbo. Hieronymus in Epistola 52. ad Nepotianum cap. 7. *Non confundant opera tua sermonem tuum; ne, cum loqueris in Ecclesia, tacitus quilibet respondat: cur ergo quæ dicas, ipse non facis?* Aliud est fama odorifera, ut sit cum Apostolo Christi bonus odor attrahens alios. 1. Machabæorum 3. *Nominatus est Iudas usque ad novissimum terræ.* Quod exponitur, secundum Glofsum, de Prædicatore.

C A P U T VIII.

De scientia Prædicatoris.

Circa scientiam Prædicatoris notandum est, quod ad Prædicatorem pertinet habere scientiam, cum habeat alios docere. Et ideo dicitur de quibusdam, 1. ad Timotheum 1. in eorum reprobationem:

Volentes esse legi Doctores; non intelligentes quæ loquuntur, nec de quibus affirmant. Multiplex autem est scientia, quæ eis est necessaria. Una est scientia fætarum Scripturarum. Cum enim omnis prædicatio debeat fieri de sacris Scripturis, juxta illud Psalmi 103. *De medio petrarum, idest, duorum Testamentorum, dabunt voces:* & hoc non possint facere Prædicatores nisi hebeant coram scientiam, necessaria est eis hujusmodi scientia. Et ideo Dominus licet vocaverit simplices ad Officium prædicationis: tamen dedit eis scientiam Scripturarum fætarum, ut patet ex eorum scriptis: in quibus auctoritates veteris testamenti frequenter allegant. Hieronymus: *Quidquid alii exercitatio & quotidiana in lege Dei meditatio tribuere solet, hoc illis Spiritus sanctus fuggerebat, & erant, juxta quod scriptum, docibile Dei.* Alia est Scientia creaturarum. Effudit enim Deus sapientiam suam super omnia opera sua: propter quod beatus Antonius dixit, creaturem esse librum. Et ex isto libro, qui sciunt ibi bene legere, eliciunt multa, quæ multum valent ad ædificationem. Hac autem scientia utens Dominus, Matthæi 6. in prædicatione dicebat: *Considerate volatilia Cœli.* Et iterum: *Considerate lilia agri.* Alia est scientia historiarum: sunt enim multæ, non solum apud fideles, sed etiam apud infideles: quæ interdum multum valent in prædicatione ad ædificationem: unde & Dominus his utens dicit Luca 11. contra indevotos ad verbum Dei: *Regina austri surget in iudicio cum viris generationis hujus, & condemnabit eos, quia venit a finibus terra audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomon hic.* Item contra impenitentes ibidem dicebat: *Viri Niniwæ &c.* Alia est scientia mandatorum Ecclesiæ; quia circa horum multa instruendi sunt homines. Actuum 15. *Perambulat Paulus Syriam & Ciliciam confirmans Ecclesiam: precipiens custodiare præcepta Apostolorum.* Alia est scientia Mysteriorum Ecclesiæ, de qua dicit Apostolus: *Esi uoverim mysteria omnia.* Plena est enim Ecclesia figuris mysticis, quæ exposte conferunt multum ad ædificationem, & ideo expedit Prædicatori ista scire. Et ideo Ecclesiastici 15. *In medio Ecclesia aperuit os ejus, idest, Prædicatoris, & adimplavit illum dominus Spiritu sapientia & intellectus.* Spiritus quidem intellectus dicitur, quo intelliguntur, quæ sub figuris latent intus: quia intelligere est quasi intus legere. Alia est scientia experimentalis. Qui enim multa sunt experti circa statum animalium, plura possunt loqui de pertinentibus ad eas. Ecclesiastici 34. *Vir in multis expertus cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum.* Alia est scientia discretionis. Hæc est enim quæ docet, quibus non est prædicandum verbum Dei, quia nec canibus, nec porcis; sed quibus est prædicandum. Item quando est prædicandum, & quomodo: quia tempus tacendi, tempus loquendi. Item quid, cui, sicut docet Gregorius in Pastorali, ponens circa hæc 36. varietates. Item ponit modum circa prolixitatem, & circa clamorem, & circa gestus dishonestos, & circa inordinationem dicendorum: & alia hujusmodi, quæ in prædicatione minus bene fiunt. Et ideo Prædicatori competit discretioni. Gregorius in iudicij: *Planta pedis eorum planta pedis vituli, at: (a) In sanctis Prædicatoribus planta pedis est vituli, scilicet, mature iuveniens & fortis & divisa,* quia

(a) Vide Gregorii Homiliam 3. in Ezechielem, in qua extat ea sententia.

quia unusquisque Prædicator & venerationem habet in maturitate, & fortitudinem in opere, & divisionem angula in discretione. Denique scientia Spiritus Sancti; & hæc est, quæ fuit in primitivis Apostoli, quæ eos docuit omnia, & secundum ejus doctrinam loquebantur. Actuum 2. *Loquebantur variis linguis Apostoli, prout Spiritus Sanctus dabant eloqui illis.* Et felix qui hanc scientiam potest habere: hæc est enim, quæ supplet imperfectionem omnium aliarum.

C A P U T I X.

De loquela Prædicatoris.

Circa loquelas ejus notandum est, quod debet habere competentem eloquentiam; ne ex linguae impedimento fiat inintelligibilis. Unde cum Moyse excusaret se de linguae impedimento, datus est ei Aaron, vir eloquens, ad loquendum pro eo Populo. Unde Exodi 4. dixit Deus ad illum: *Aaron frater tuus Levites scio quod eloquens sis &c. usque tu antem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent.* Item copiam verborum. Si enim propter prædicationem primitivis Prædicatoribus data sunt genera linguarum, ut abundant verbis ad omnes, quam indecens est, cum Prædicator habet interdum defectum in verbis, vel propter defectum memorie, vel propter defectum latinitatis, vel propter defectum vulgaris loquutionis, & hujusmodi? Et ideo dicitur e diverso, Apocalypsis 1. *Et vox ejus, scilicet, Christi, tanquam vox aquarum multarum:* quia Prædicator, qui est vox Christi, debet abundare in verbis. Item sonoritatem in voce. Multum enim perit de fructu sermonis, cum Prædicator propter vocis debilitatem non potest clare audiri. Ideo frequenter in Scriptura sacra vox Prædicatoris voci tube comparatur, quia potenter debet resonare, & clare ad modum tubæ. Osee 8. *In gutture tuo sit tuba:* quod dicitur Prædicatori. Item facilem modum loquendi; ut lucide intelligatur. Quia, sicut dicit Augustinus de doctrina Christiana, qui vix intelliguntur, vel raro, si necessitas urget, vel nunquam mittendi sunt. Ideo ad innundendum hoc dicitur Proverbiorum 1. *Doctrina prudentis facilis est.* Item mediocritatem in pronunciando, ut non nimis celeriter, nec nimis morose pronunciet. Præcipitatio enim obruit intellectum, morositas generat fastidium. Ideo dicit Seneca in Epistola 40. *Philosophi pronuntiatio, sicut & vita, debet esse composta.* *Nihil ordinatum est, quod præcipitatur & properat.* Si autem hoc in Philosopho propter mundanam laudem requiritur, quanto magis in Prædicatori propter animalium utilitatem? Item debet habere loquelas sinceram. Unde Horatius

*Quicquid præcipies, esto brevis, ut cito dicas
Percipienti animi dociles, teneantque fideles.*

Et ideo dicitur Canticorum 4. *Sicut vitta coccinea labia tua:* quod exponit Glossa de Prædicatoribus, qui sunt labia Ecclesiæ. Sicut igitur vitta restringit superfluitatem capillorum, ita & labia ista cavere debent a superflua-

proximitate verborum. Item simplicitatem sine curiositate ornatus rhetorici. Augustinus de Doctrina Christiana lib. 4. cap. 20. *Cavendum est ne dum numerus additur, pondus detrahatur.* Et vocat hic numerum, proportionem syllabarum, & metros, & colores rhetoricos. Quid autem mirum si haec dicunt Sancti, cum haec sentiant Philosophi. Seneca in Epistola 40. *Oratio qua veritati dat operam, incomposita debet esse & simplex.* Aliae artes ad ingenium pertinent, haec ad negotium cum agitur. Non querit aeger medicum eloquentem, sed illum qui sanare potest, apte de his quæ facienda sunt disserat. Hoc tale est, quale si peritus gubernator & formosus sit. Item prudenter in loquendo, diversa diversis. Gregorius in regestro. lib. 7. epistola 111. *Lingua nostra bonis sonitus sit, pravis aculeus, timidos retundat, & iratos mitiget, pigros excusat, desides hortatu succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur.* Et hoc est quod dicit Isaia 50. *Dominus dedit mihi linguam eruditam.* Item quia omnia ista parum profunt sine gratia labiorum, juxta illud Ecclesiastici 20. *Homo acharis quasi fabula vana, super omnia necessaria est gratia Prædicatori in loquendo, quæ omnia condit, juxta illud, quod dicitur de summo Prædicatore in Psalmo 44. Diffusa est gratia in labiis tuis.*

C A P U T X.

De ejus merito.

Circa meritum Prædicatoris notandum, quod ultra meritum Prædicatoris hominum operum, multum accrescit Prædicatori ad meritum ex prædicationis opere: dummodo illud laudabiliter faciat, juxta illud Matthæi 5. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno Calorum.* Sed sunt multi, qui meritum illud aut annihilant, aut minuant. Unum est quando aliquis predicat sine auctoritate. Ad Romanos 10. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Aliud est, quando prædicans est in notorio crimen. Psalmus 49. *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitiam meam, & affumis testamentum meum per os tuum?* Quod intelligitur de notorio peccatore. Aliud est, quando in prædicatione declinatur a veritate, quacumque de causa: sicut faciebant illi, de quibus dicitur Ezechielis 13. *Violabant me (qui, scilicet, sum veritas) ad populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis: ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & viviscarent animas, quæ non vivunt: mentientes populo meo credenti mendaciis.* Augustinus de Doctrina Christiana lib. 3. cap. 11. *Mensus intelligantur, minus placeant, minus moveant, vera tamen dicantur & iusta.* Aliud est, quando Prædicator non facit quod dicit, ut concordet opus cum voce. Glossa super illud Proverbiorum 3. *Circumda eas gutturi tuo.* Quod ad bene vivendum intelligit. Et ideo dicitur ad Romanos 20. *Qui ergo alium doces, te ipsum non doces? Qui prædicas non furandam, furaris?* Aliud est, quando fructus temporalis præfertur spirituali, contra Apostoli formam, qui non quærebat datum, sed fructum, Philippensem 4.

Nec

Nec quærebat bona illorum, quibus prædicabat, sed ipsos. 2. Corinthiorum 12. Gregorius autem in moralibus lib. 19. cap. 10. *A bonis Prædicatoribus non causa vietus prædicatio impeditur, sed causa prædicationis vietus accipitur: & quoties prædicantibus auditoribus necessaria conferuntur, non solum de rerum munere, sed de conferentium gaudent mercede.* Aliud est, quando non ea qua Dei sunt, sed quæ sua querit Prædicator, videlicet, nomen vel gloriam, contra formam Apostoli 2. Corinthiorum 4. *Non enim nosmetipos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum.* Gregorius super Ezechielem: *De prædicationis labore laudem transitoriam quærere, quid est aliud, quam rem magnam vili pretio venundare?* Aliud est, quando in depressione aliorum Christus prædicitur, & non ex bona voluntate, Philippiensem 1. *Quidam quidem & propter invidiam & contentionem, quidam autem propter bonam voluntatem Christum prædicant.* Aliud est, quando Prædicator per asperum modum loquendi scandalizat. Proverbiorum 15. *Lingua placabilis lignum vita (quia, scilicet fert fructum bonum): quæ autem immoderata est, conteret spiritum, scilicet, auditorum.* Aliud est, quando per indiscretiōnēm sic invehitur Prædicator contra unum vitium, quod dat occasiōnē alterius. Gregorius in Pastorali parte 3. *E diverso (a) sic prædicetur superbis humilitas, ut tamen timidis non augeatur metus: sic timidis infundatur auctoritas, ut tamen superbis non augeatur effrenatio: sic otiosis prædicetur sollicitudo operis, ut tamen inquietis immoderate nos augeatur licentia actionis: sic lenis accendatur ad zelum, ut tamen iracundus nos augeatur ad incendium: sic magnatibus persuadeatur distribuendi largitas, ut tamen prodigiis frena non laxentur: sic prodigiis prædicetur liberalitas, ut tamen magnatibus peritura rerum custodia non augeatur: sic incontinentibus laudetur conjugium, ut tamen jam continentis non revocentur ad luxuriam: sic incontinentibus laudetur virginitas corporis, ut tamen in conjugiis despœta non sit jucunditas carnis: sic prædicanda sunt bona opera, ne ex latere jubeantur & mala: sic laudanda sunt bona summa, ne despiciantur ultima: sic nutriendi sunt ultima, ne dum creduntur sufficere, nequam tendatur ad summa.* Aliud est quando Prædicatorem non præcedant signa penitentia. Hieronymus super Michæam cap. 2. (b) *An non confusione & ignominia est Jesum magistrum pauperem ac esurientem fartis prædicare corporibus? & jejuniorum doctrinam rubenti vita, tumentique ore proferre? Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed & conversationem quoque & ablinentiam.* Aliud est, cum ad prædicationem non movet charitas. 1. Corinthiorum 13. *Si linguis hominum loquar & Angelorum &c. quod, scilicet, aliis prodeat, sed seipsum consumit.* Ut ergo prædicatio non solum profit auditoribus, sed & ipsi Prædicatori sit meritoria, cavendum est Prædicatori, ne fine auctoritate prædicet, & non sit in crimen notorio, & ne declinet a veritate, & ne discordet actio sua a voce, & ne temporalia plusquam spiritualia, & non querat quæ sua sunt, sed quæ Dei,

(a) Variant aliquantum Haec verba in editis Gregorii libris, aliterque leguntur, ac apud Humbertum nostrum recitantur. (b) Paulo aliter leguntur etiam haec verba apud Hieronymum loco citato. Quæ variationes in hoc opere pallissim occurrunt.

Dei, & ne in depressione aliorum prædicet, & ne verbis stultis scandalizet auditores, & ne det occasionem aliquius mali, & ne careat signis penitentia, & ne motus ejus ad prædicandum sit fine charitate.

C A P U T XI.

De persona Prædicatoris:

Circa personam est notandum, quod debet esse sexus virilis: 1. Timothei 2. *Mulierem docere non permitto.* (a) Hujus autem ratio est quadruplex. Prima est defectus sensus, de quo non præsumitur in muliere tantum sicut in vīro. Secunda est conditio subjectionis, qua inflata est ei: Prædicator autem tenet locum excellentem. Tertia est, quia si predicaret, asperitu suo provocaret ad luxuriam, sicut dicit Glossa hic. Quarta, in memoriam stultitiae primæ mulieris, de qua Bernardus: *Semel docuit, & totum mundum subvertit.* Item non debet habere aliquam nec notabilem multum, & apparentem deformitatem corporalem: sicut enim corpore vitia removentur a ministerio Domini, ut patet Levit. 12. ita etiam removentur hujusmodi a solemnibus officiis, propter derisionem, & scandalum popolare. Distinctio 55. *Si Evangelica. 7. q. 1. Cum percussio.* Item expedit eum habere vires corporales, ut possit vigilias in studendo, clamorem in prædicando, labores in discurrendo, penuriam in indigentia, & hujusmodi multa sustinere, sicut fecerunt Apostoli. Psalmus 91. *Bene patientes erunt ut annuntient: id est, bene potentes ad sustinendum ut annuntient.* Item debet habere ætatem competentem. Gregorius in Pastorali parte 3.c. 25. *Redemptor noster cum in Cælis sit conditor, & oftenfone sua potentia semper docttor Angelorum, ante tricennale tempus in terra fieri voluit magister hominum: ut videlicet precipitatim vim saluberrimam timoris infunderet, cum ipse etiam qui labi non poterat, perfecta vita gratiam non nisi perfecta atate prædicaret.* Item debet habere aliquam prærogativam super alios, vel in officio, vel in litteratura, vel in religione, & hujusmodi: nisi forte prædicet interdum inter majores ad exercitium. Unde laici non est prædicare, quia est in statu infimo. Ista 52. *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis:* per quod innuitur, quod Prædicator debet habere aliquam altitudinem. Item non debet esse persona contemptibilis, ne ex hoc prædicatio ejus contempnatur. Gregorius: *Cujus vita despiciatur, restat ut ejus prædicatio contempnatur.*

C A P U T XII.

De figuris Prædicatoris:

Circa figuras Prædicatorum est notandum, quod in divinis Scripturis sunt quasi innumerabilia, per quae Prædicatores designantur: sicut patet in Glossa, ut ex hoc intelligent quid sit eis faciendum, & faciant

(a) Vide ejus rei varias rationes apud Raynaudum in Dissertatione De sobria alterius sexus frequentatione per sacros & religiosos homines cap. xiiii. §. ix.

ciant fructum aptum juxta species suas, hoc est, secundum similitudines suas. Dicitur Hierem. 15. *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris.* Glossa: *Separaveris, scilicet, manibus tuis: hoc autem facit Prædicator.* Unde patet, quod ipse est quasi os Domini. Item dicitur Job 29. *Lux vultus mei non cedebat in terram.* Glossa: *Lux vultus Domini non cadit in terram, quia Ecclesia clara mysteria terrenis non prædicat.* Ex quo patet, quod Prædicator dicitur vultus Domini. Item dicitur Isaia 60. *Locum pedum meorum glorificabo.* Glossa: *Prædicatores dicantur pedes Domini.* Cum igitur Prædicatores dicantur pedes Domini, & vultus Domini, & os Domini: valde cavendum est eis, ne ex ore eorum procedat aliquid, quod non deceat os Domini: & ne aliquid in eis appareat, quod non deceat vultum divinum: & ut quocumque iviterit, deferat Deum, sicut pedes deferunt illum cuius sunt. Item Prædicatores dicuntur Angeli. Apocalypsis 8. *Septem Angeli, præparaverunt se, ut tuba canerent.* Glossa: *Universitas Prædicatorum.* Proinde providendum est Prædicatori cuilibet, ne sit in eo aliquid daemoniacum, vel bestiale: immo etiam supra commercium humanae natura sic se habeat, sicut pertinet ad Angelum. Item dicuntur modo oculi, modo dentes, modo collum, modo ubera Ecclesia, & hujusmodi, sicut patet Canticorum 4. & hoc propter diversos status, qui eis competit. Unde Glossa super illud, duo ubera: *Eodem loco, Prædicatores dicuntur oculi, quia occulta prospiciunt: dentes, quia improbos corripiente, & in ventrem Ecclesie trahunt: collum, quia vitalem flatum eternam gaudia prædicando, & cibos doctrina ministrant: ubera, quia lac parvulus in Christo ministrant.* Item dicuntur Cœli: Job 26. *Spiritus ejus ornavit Cœlos.* Glossa: *id est, Prædicatores.* Et ideo curandum est Prædicatori, ut ipse tanquam Cœlum splendeat diversis ornatus virtutibus. Dicuntur etiam stellæ. Job. 9. *Stellas claudit, Glos-sa, stellas, id est, Prædicatores.* Et ideo debent sicut stellæ in nocte hujus mundi lucere super terram. Dicuntur etiam januae Cœli. Psalmus 77. *Januas Cœli aperuit.* Glossa: *Januae Cœli sunt Prædicatores: & ideo debent videre quod per eos intrent homines Cœlum, & per eos Ecclesia veniant in mundum.* Item dicuntur nubes, quia ad modum nubium debent discurrere per totum mundum: Job 37. *Nubes cuncte illustrant per circuitum.* Glossa: *Nubes Dei illustrant cuncte per circuitum: quia prædicationis luce mundi fines illuminant.* Dicuntur etiam nives: eodem loco, qui præcipit nivi ut descendat super terram. Glossa: *Aqua ducta in superiora constipatur, ut nives fiant: sed tunc nives ad terram veniant, cum sublimia corda sanctorum, que jam solida contemplatione pascantur, pro fraterna caritate ad humillima prædicationis verba descendunt.* Dicuntur etiam tonitrua. Apocalypsis 10. *Cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas.* Glossa: *tonitrua, id est, Prædicatores.* Dicuntur autem tonitrua: quia terorem divinum debeat incutere. Unde Gregorius super illud Job. 38. *& viam sonantis tonitrui.* Per tonitruum prædicatio superni terroris accipitur, quem dum percipiunt humana corda quatiantur. Item dicuntur lapides pretiosi: 3. Regum 5. *Præcepit Rex, ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi.* Glossa: *Suppositi ordines lapidum, Doctores sunt: quorum prædicatione crescit Ecclesia,*

Celestia, & ornatur virtutibus. Dicuntur etiam montes, quia sicut montes beneficia Celi, que primo recipiunt, deinde mittunt ad inferiora: ita & illi. Psalmus 7. *Suscipient montes pacem populo, & colles iustitiam:* Glossa, id est, *Predicatores.* Dicuntur etiam fontes: quia ad modum fontium emanant. Psalmus 73. *Dirupiisti fontes:* Glossa: *fontes, id est, Predicatores: ut emanarent liquorem sapientiae.* Item dicuntur aquila: quia sicut aquila volat ad cadavera, ita & ipsi ad mortuos in peccatis. Job. 39. *Ubicumque facit cadaver,* ibi statim adest *Predicator sanctorum:* ubi peccatores considerat esse, illuc anxie pervolat, ut in peccati morte jacentibus, lucem vivificationis ostendat. Dicuntur etiam gallus. Job. 38. *Quis dedit gallo intelligentiam?* Glossa: *Galli sunt Predicatores, qui inter tenebras praestant vita student venturam lacem, predicando quasi cantando nunciare.* Dicuntur etiam corvus, propter quasdam bonas proprietates. Job 39. *Quis preparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum?* Glossa: *Corvus est Predicator: a quo vagientes in nido pulli aperto ore cibum expectant.* Pro hac discretione largior copia ipsi corvo a Deo datur: non solum enim profectus, sed etiam pro eis quis nutrit, majora percipit. Iterum dicuntur canes. Isaiae 56. *Canes muti non valentes latrare.* Glossa, id est, *Predicatores:* Predicator igitur dicitur canis, & ideo sicut canis famelicus debet circuire huc & illuc, ut animas transglutiat in corpus Ecclesiae, juxta illud Psalmi 58. *Famem patientur ut canes &c.* Dicuntur etiam equus. Job 39. *Nunquid praebebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum?* Glossa: *Hoc loco equi nomine sanctus Predicator accipitur.* Nam Predicator ante fortitudinem accipit, virtus in se extinguendo: tunc pro erudiendis aliis ad vocem prædicationis venit. Dicuntur etiam boves. Job ultimo: *Mille juga boum.* Glossa: *Predicatores boves.* Et ideo debent fortiter agros excollere ad fructum, ut appareat eorum fortitudo, juxta illud Proverbiorum 14. *Ubi non sunt boves, praeseppe vacuum est, ubi aut plurima segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis.* Item isti sunt signiferi in exercitu Regis Cœlestis, portantes ejus vexillum. Isaiae 63. *Lerate signum ad populum.* Glossa: *Lerate signum Crucis, scilicet predicando passionem, & resurrectionem annunciando.* Sunt etiam nuncii illius Aflueri (qui est beatitudo nostra) Epistolas & mandata ejus per universas Provincias deferentes. Elther cap. 1. *Mixtus Rex Afluerus Epistolas per universas Provincias regni sui.* Glossa: *Per Predicatores, admonitiones, & cautions.* Sunt etiam fortes viri David: per quos fortia operabatur in Mundo. Isaiae 13. *Vocavi fortes meos in ira mea.* Glossa: *ut Paulum.* Et post: *Dominus exercitum præcepit militia belli.* Glossa: *Predicatoribus instrutis armatura populi ut omnes interficiantur erigentes se adversus scientiam Dei.* Sunt iterum perfecti viri Salomonis de dapibus in ejus mensa providentes follcite. 3. Regum 4. *Praefecti necessaria mensa Regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo:* Glossa: *Negrid deficeret in domo regis.* Ordo Predicotorum distribuendo & loquendo laborat, ut in mensa Domini abundet, unde nutrirant fideles. Sunt etiam clementarii, qui cum Esdra dant operam ad templi Dei viventis reparationem. Esdræ 3. *Dederunt pecunias latomis, & camentariis.* Glossa:

Ce-

Clementarii sunt Predicatores, qui dum eos, quos bonis operibus instruunt, copula charitatis ad invicem necunt, Quasi quadratos politosque lapides, ne ordinem compositionis deserant, camentis infusione conjungunt. Sunt etiam speculatores domus Israël, id est, Ecclesiae, ut ei annunciant, quæ prævident. Ezechielis 3. *Fili hominis speculatorum dedi te domui Israël:* Glossa: *Predicatorem, speculatorum vocat, qui stare debet in alto per vitam: ut prodeesse possit per providentiam.* Et nota: quod figura supradicta distinguntur per novem paragraphos, quorum primus pertinet ad Deum, secundus ad Angelos, tertius ad Ecclesiam, quartus ad cœlestia, quintus ad aerea, sextus ad terrestria, septimus ad volatilia, octavus ad animalia terrestria, nonnus ad humana officia. Et felix Predicator, qui figuram horum, Predicatori competentes, in se compleverit.

DE MODO ACCEDENDI AD HOC OFFICIUM

PARS III.

CAPUT XIII.

De reprehensibilibus circa accessum ad officium prædicationis:



Equitur de modo accedendi ad hoc officium. Circa quod duo sunt dicenda. Primo de reprehensibilibus circa hoc. Secundo de malis, quæ sequuntur ex hoc. Primo ergo notandum, quod accessus ad hoc officium potest esse reprehensibilis, vel ex personæ defectu, vel ex inordinato appetitu, vel ex ingerione impudenti. Circa primum notandum, quod quidam interdum volunt esse prædicatores antequam plene sint a vitiis purgati: innitentes exemplo Isaiae 6. qui dicit Dominus: *Ecce ego, mitte me.* Sed non attendunt quæ procedunt de prædicationibus eorum. Gregorius in pastorali parte 1. cap. 7. *Is qui mitti voluit ante per altaris calculum se purgatum vidit, ne non purgatus adire quisque ministeria sacra audeat.* Alii sunt, qui si forte purgati sunt, tamen non tantum reperunt plenitudinem illorum bonorum cœlestium in se, quanta necessaria est eis, antequam alii infundant: tantæ enim charitatis sunt nonnulli, per quos cœlestia fluent, ut ante infundere, quam infundi velint. Quo contra dicit Bernardus sermone 18. super Cantica: *Si sapis, concham te ex hibebis, & non canalem.* *Hic siquidem pene simul & recipis & refundis: illa vero donec impletar expectat, & sic quod superabundat, sine suo danno communicat.* Porro ista plenitudo secundum Lucam, est plenitudo Spiritus sancti. Unde Actuum 2. *Repleti sunt omnes spiritu sancto.* Et secundum Paulum, est scientia & dilectionis. Unde Romanorum 15. *Pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.* Secundum vero

D 2

viden-

videndum, est plenitudo plurimorum bonorum magis expressorum. Unde idem (a) *En quanta prius infundenda sunt, ut effundere audeamus. Primo* quidem compunctione: deinde devotio: terro paenitentiae labor: quarto pietatis opus: quinto orationis studium: sexto contemplationis otium: septimo plenitudo dilectionis. Alii sunt, qui licet habeant multa bona, tamen nondum roborati ex alto, sed adhuc habentes teneras & infirmas virtutes, aggrediventur hoc officium: & ideum dum alios juvare volunt, frequenter in se deficiunt. Legitur in Vitis Patrum, quod cum sanctus Apollonius ingressus in Eremum in anno quinto decimo, & ibidem per quatuor annos conversatus fuisset in exercitiis spiritualibus, facta est vox ad eum dicens: Apolloni per te perdam sapientiam sapientum in Aegypto. Perge ergo nunc ad loca habitabila: generabis enim mihi populum perfectum. At ille adhuc expavescens dixit: Aufer a me Domine spiritum iustitiae: ne forte elatus super fines meos, cadam ab omnibus bonis tuis. Et rursus vox divina ad eum: Mitte manum tuam ad cervices tuas, & quodcumque apprehenderis, costringe, & sub arena obrue. Quo facto, apprehendit quasi parvulum quemdam ethiopem, & continuo demerit eum sub arena, clamantem, & dicentem: Ego sum superbæ dæmon. Post hæc autem facta est ad eum vox dicens: Perge nunc. Et perrexit ad prædicandum. In qua considerandum est, quantum timendus sit accessus ad officium prædicationis, si vir tam perfectus, & tanto tempore in omni sanctitate probatus sic illud expavit. Ideo dicit Bernardus sermone 18. super cantica ambienti Prædicatori: Tu frater, cui firma satis propria salus nondum est, cui charitas adhuc aut nulla est, aut adeo tenera atque arundinea, quatenus omni flatui cedat, omni credit spiritui, omni circumferatur vento doctrina; immo cui charitas tanta est, ut ultra mandatum quidem diligas proximum tuum plusquam te ipsum, & sursum; tantilla, ut contra mandatum fervore liquefaciat, favore deficiat, perturbetur tristitia, avaricia contrabatur, protrahatur ambitione, suspicionebus inquietetur, covitatis exagitetur, caris evisceretur, honoribus cumeat, labore tabescat: tu inquam ita in propriis te ipsum sentiens, quamam dementia, quoque, aliena curare aut ambis, aut acquiscis? Ex his ergo patet, quod non purgato, vel minus plene dotato, & in bonis non bene confirmato, non est accedendum ad hoc officium. Circa secundum est notandum, quod quidam considerantes, quod officium prædicationis est quodammodo valde excellens, de quadam ambitione anhelant ad hujusmodi excellentiam. Gregorius in Pastorali parte prima cap. 1. *Dōctores videri appetunt, transcedere cateros concipiunt, primas cathedras querunt.* Non recognit isti quod diabolus Dominum astuppsit super pinaculum templi. Ubi sic dicit Glossa: *In Palaestina desuper plana erant tecta, ubi erat sedes dōctorum, unde Populo loquerentur, ubi multis cepit vana gloria honore magisterii inflatos.* Contra hos dicitur Jacobi 3. *Nolite plures magistri fieri fratres mei.* Et loquitur, secundum Glossam, magisterii, vel de magisterio prædicationis. Alii sunt qui hoc officium, quod ad salutem proximi est ordinatum, retrorquent ad finem vanæ gloriæ, vel cupiditatis terrenæ, contra quos dicit

(a) Bernardus in eodem sermone 18. super Cantica in fine.

cit Bernardus: *Velim qui bene de Deo & sentire & eloqui acceperunt, si questem estimant pietatem, si convertunt ad inanem gloriam, quod ad Dei lucra suscepserant ergoandum. Alii sunt, qui ex æmulatione non bona, ita volunt prædicare, ut alii, quamvis interdum non accipiunt similem aliis gratiam ad hoc officium. Iste sunt similes Eliud, qui volens æquiparari aliis amicis Job viris magnis, dicit Job 32. Et ego ponam potestatem meam, & ostendam scientiam meam.* Sed dicit Apostolus 1. ad Corinthios 12. *Nanquid omnes Apostoli & Glossa: Vice prædicatorum Deum, quasi dicat: Non est omnibus ista gratia data: & ideo non est pro illa æmulationem. Sic igitur patet, quod appetitus hujus officii potest esse inchoabilis, vel ex ambitione, vel ex fœi perverso, vel ex æmulatione non bona; quamvis ipsum officium in se sit laudabile. Unde super illud verbum, primas cathedras, Matthei vigesimo tertio, dicit Glossa: *Primos magistrorum sedere non vetat: sed illos arguit, qui hac habita vel non habita, indebet appetere.* Circa tertium notandum, quod sunt quidam, qui, quando ponitur eis officium prædicationis, inventur ad hoc prompti. In quorum persona loquitur Bernardus dicens: *Parum scio, immo quod est sciere videor, & tacere non possum. Promptulus ad loquendum, promptulus ad dicendum.* Quo contra dicit Gregorius de Hieremia in Pastorali parte 1. cap. 7. *Hieremias mittitur, & tamen ne mittatur, humilietur refutat, dicens: A, a, a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Alii sunt, qui non solum ad hoc prompti, immo procurant per se vel per (a) alios, directe vel indirecte, hoc sibi imponi. Contra quos est illud Mosaicum, qui se absolvit ab hoc, & alteri imponi rogavit, dicens: *Obsecro Domine mitte quem missurus es.* Et tantum incitat, quod verba Dei committi Aaron impetravit. Miras res: iste tantus a Deo electus, & induetus ad verbum suum proponendum, hoc alteri procurat imponi: & hominodici valoris hoc procurat sibi committi. Alii sunt qui indignè fertur, eam sibi non imponitur, & turbantur: in quorum persona verificatur illud Job trigeminio secundo: *Plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus ute ri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas novas disrumpit.* Quod quidem impletur in ipsis, quia propter magnam voluntatem prædicandi, quam habent, cum eam non affequuntur, turban tur interius, sicut mustum in laguncula, & interdum usque ad impatientiam exteriorum fracta laguncula. Verum quia sicut dicit Gregorius in Pastorali, *Prædicationis officium tutius declinatur quam exercetur: viri sancti & humiles nec ad hoc officium sunt proni, & alios in hoc sibi proponunt, & cum omni patientia ipso parent: licet ab alio pertrahantur interdum, quod est interdum laudabile secundum Gregorium dicentem in Pastorali parte 1. cap. 7. Ad officium prædicationis nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur.* Patet*

(a) Dolet inter alia & de eo Theophylus Raynaldus in suo Libro, *De soberia alterius sexus frequentatione per sacros & religiosos homines*, cap. 13. §. 10. quod per oras Gallicanas quisquis Oratorum sacrorum ad suggestum quodammodo nobile gesti promoverit, ut ex eo per Adveniun, aut Quadrageſimam doceat fideles, non habet meliorem aditum, quam matronarum favorem: quem proinde humilibus obsequiis aucupari, & blanda familiaritate parare, aut retinere est necesse.

Patet ex prædictis, quod, ut ad hoc officium modo debito accedatur, debet haberi sufficientia in persona, finis bonus in intentione, in assumento obedientia tractus.

C A P U T X I V.

*De malis qua sequuntur ex accessu intempestivo
ad officium prædicationis.*

Secundo notandum est, quod ex accessu intempestivo ad hoc officium ante tempus, sequuntur tria mala. Primum est, impedimentum fructus in aliis, in tempore debito: sicut accidit in pueris, qui ante tempus vacant generationi: ex hoc enim, sicut enarratur, tempore suo minus potentes sunt ad generationis fructum. Gregorius in Pastorali parte 3. admonitione 26. *Admonendi sunt quos ad prædicationis officium vel imperfectio vel atas prohibet, & tamen præcipitatio impellit: ne dum tanti officii onus sibi præcipitanter arrogant, viam subsequentem meliorationis abscondant, & cum intempestive arripiunt quod valent, perdant quod quandoque tempestive possint.* Secundum impedimentum est proprii profectus. Qui enim antequam vires habeant competentes, eas exercere conantur, inde fiunt semper debiliores. Et ideo dixit quidam in vitis Patrum: Noli docere ante tempus, alioquin omnibus diebus vita tua minoraberis in intellectu. Tertium periculum, siue impedimentum est ruina. Gregorius in Pastorali parte 3. admonitione 26. *Admonendi sunt quos ad officium prædicationis præcipitatio impellit: ut considerent quod pulli avium, si ante perfectionem pennarum volare appetant, unde in alta ire cupiant, inde in ima demerguntur. Admonendi sunt, ut considerent quod in structuris recentibus necdum solidatis, si tignorum pondus superponitur, non habitaculum sed ruina fabricatur. Admonendi sunt, ut considerent quod conceptus soboles feminae, si priusquam plene formentur, proferunt, nequaquam damnos, sed tumulos repleant.* Quia igitur tot mala sequuntur ex hujusmodi festinatione, dicit Sapiens Ecclesiastici 20. *Homo sapiens tacebit usque ad tempus: laetus autem & imprudens non servabunt tempus.* Propter hoc etiam comminatur propheta Isaías 18. dicere: *Inmatura perfectio germinabit, & præcipientur ramusculi ejus fallicibus: & qua derelicta fuerint, abscentur, excutientur, & velinguunt simul avibus montium & bestiis terra, & astate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestie terra super illum byemabunt.* Propter hoc mandat iterum Dominus prædicatoribus suis Lucæ ultimo. *Vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* Gregorius in Pastorali loco citato: *In civitate quippe sedemus, si intra mentium nostrarum claustrarum nos constringimus, ne loquendo, exterius evagemur: ut cum virtute divina perfecte induimur, tunc quasi a nobis metipsis foras etiam ad alios instruendos exeamus.*

DE EXECUTIONE HUJUS OFFICII.

P A R S IV.

C A P U T X V.

De casibus reprehensibilibus, cum quidam non prædicant.



Irca executionem prædicationis dicendum est primo de casibus specialiter reprehensibilibus, cum aliqui non prædicant. Secundo, de causis frivolis, qua quosdam retrahunt a prædicatione. Tertio, de indiscreta executione prædicationis quorundam. Quarto, de his, qua conferunt ad laudabiliter exequendum. Quinto, de his in quibus constitit haec laudabilis executio. Sexto, de causis, quare liebeatur est istud Officium exequendum ab habentibus in hoc gratiam. Circa primum notandum est, quod reprehensibile est in prelato cum non prædicat. Hoc ipso enim quod est prælatus, ad hoc tenetur. Exodi 28. *Audiatur sonus Aaron, quando ingredietur & egredietur sanctuarium in conspectu Domini: & nos moriatur.* Gregorius in Pastorali parte 2. cap. 4. *Sacerdos ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur: quia iran contrae occulti judicis exigit, si sine sonitu prædicationis incedit.* Et loquitur de sacerdotio curato. Item in bene dotato. Bernardus: *Rem profectio proximi retines tibi, si scientia & eloquentia donis pollens, verbum quod posset prodeesse multis, damnabilis ligas silentio.* Item in habente mandatum. Ezechielis 3. *Si dicente me ad impium, morte morieris, non anunciareris ei: ut avertatur a via sua impia & vivat: ipse quidem in iniuitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Item reprehensibile est, cum homines sunt parati audiri. Unde super illo verbo Matthæi 5. *Videntes Jesus turbas ascendit in montem, dicit Chrysostomus, quod Dominus videns populum paratum provocatus est ad Officium suum, scilicet, prædicationis: sicut piscator viso loco piscatorio provocatur ad piscandum.* Cujusmodi ergo piscator est, qui videt bonam pescationem, & non curat? Item cum populus non solum sit paratus, sed etiam petit. Threnorum 4. dicitur cum lamento: *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Gregorius: *Qua pena plœtendi sunt, considerent; qui cum fame verbi anima pereant, ipsi panem gratia non ministrant.* Item cum non solum peti verbum, sed est necessitas in auditoribus. Gregorius: *Quo reatu constringuntur, aplicant, qui dum peccantibus fratribus verbum prædicationis subtrahunt, morientibus mentibus vita remedii abscondunt.* Item cum spectratur de fructu verbi. Ideo dicitur, Ecclesiastici 4. *Ne retineas verbum in tempore salutis.* Item cum recipiuntur carnalia stipendia. Sicut enim seminanti spiritualia debentur carnalia: ita recipiens carnalia, ex hoc plus obligatur ad seminandum spiritualia: ideo dicitur Job. 31. *Si comedи fructus ejus*

ejus absque pecunia. Comedere est, ex Ecclesia sumptus accipere, sed eidem prædicationis pecuniam non præbere. Item cum non sit alius qui prædicet. Gravior est enim omisso prædicationis, cum non est alius qui supplexat, quam quando per alium supplexerit: sicut & de clemesynâ contingit, quando a nullo datur. Item dicitur Isaiae 41. *Egeni & pauperes quarunt aquas (scilicet, doctrinæ) & non sunt; lingua eorum siti arabit. Ego Dominus exaudiā eos: Deus Israël non dereliquerat eos.* Aperiam in supinis collibus fluminis, & in medio camporum fontes. Quasi dicat: quia non est alius qui faciat, ego faciam. Et sic faciendum est omni Prædicatori, cum quo est Deus.

C A P U T XVI.

De causis frivolis retrahentibus a Prædicatione.

Circa causas frivolas retractivas a prædicatione, est notandum, quod sunt quidam, quos a prædicatione quædam ficta dissidentia retrahit, cum se non reputant habere sufficientiam ad hoc competentem, licet habeant. Contra quos Proverbiorum 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trabuntur ad interitum, liberare non cesses. Si dixeris, vires non sufficiunt, qui inspectio est cordis, ipse intelligit, & servatorem anima tue nihil fallit. Et exponuntur, secundum Glossam, ista de Prædicatore. Alii sunt quos retrahit quedam falsa humilitas, cum se tanti Officii reputant indignos. Sed ostenditur eorum humilitatem esse falsam, cum in hoc renuent obediens. Unde Gregorius in pastorali, parte 1. capite 7. de talibus ait: *Intuendum est, quod is, qui recusavit, plene non restituit, careat tamen, ne quem superna gloria elegit, sub humiliatis specie superbe contradicat.* Alii sunt, qui amore quietis contemplativa retribuantur. Contra quos Gregorius in pastorali, parte 1. cap. 5. Sunt nonnulli, qui magnis munieribus ditati, dum solius contemplationis studiis inardescunt: patere utilitati proximorum, prædicationem refugiant: secretum quietis diligunt, secessum speculationis petunt. De quo si districte judicentur, ex tantis præcolumbâ rei sunt, quantis venientes ad publicum prodeſſe potuerunt. Alii sunt, qui timore peccatorum quorundam, qua fere inevitabiliter contrahuntur, ab actione prædicationis retrahuntur. Sed contra hos est quod dicitur Ecclesiastici 42. *Melior est iniqitas viri, quam benefacientis mulier.* Quod exponus Bernardus, vocat iniqitatem viri, quandam iniqitatem vitæ, que annexa est Prædicatori. Mulierem vero benefacientem vocat munditiam animæ quiescentis in vita contemplativa. Et bene hoc melius dicitur, idest, utilius. Nonnunquam enim est melius ut homines laborent, licet in labore pulverem contrahant, quam quod semper domini cum omni munditia residant. Alii sunt, quos retrahit quedam præparationis morosa ad hoc Officium. Ponunt enim multum temporis in colligendo quæ debent prædicare, & expectant ad quandam idoneam perfectionem, quam forte nunquam aſſequentur. Interim autem amici dormiunt,

miunt, & ignis accenditur in domo, & hostes ruunt, & propter eos evigilare differunt. Contra quos Proverbiorum 6. *Discurre, festina, suscita.* Quod exponitur, secundum Glossam, de Prædicatore. Alii sunt, quos retrahit pusillanimitas, quam habent ad hoc Officium peragendum. Sed confortat eos Dominus per Isaïam cap. 35. dicens. *Dicite, pusillanimes confortamini, & nolite timere.* Et exponitur secundum Glossam de prædicatoribus. Alii sunt, quos retrahit pigritia providendi sermonem: circa quam oportet esse sollicitum, & multum laborare frequenter. Hanc autem pigritudinem excitans Paulus in discipulo dicebat 2. Timothei 4. *Tu vero vigila, in omnibus labora: opus fac evangelista.* Quasi dicat: Propter vigilias & labores quos requirit evangelizatio, non retraharis ab evangelizatione: sed ita sustine, ut illud possis facere. Alii sunt, quos retrahit penuria quam oportet sustinere in prosœquutione prædicationis: maxime pauperes prædicatores, qui nec sumptus deferunt, nec procuraciones habent ex debito. Sed utinam attenderent isti quod dicitur de penuria, quam sustinuit Christus in prædicando: Marci 11. *Circumspectis omnibus, cum jam vespera esset hora, exiit in Bethaniam.* Circunspectis enim omnes, secundum Glossam, si quis eum recuperet hospitio. Tantæ enim paupertatis fuit, ut in tanta urbe, nullum hospitium inveniret. Quis obsecro hodie Prædicator hanc indigeniam sustineret, ut saltim in locis populosis vita necessaria non inveniret? Alii sunt, quos retrahit perversitas quorundam Reckorum Ecclesiæ, qui frequenter impedit prædicationem, quam promovere deberent: similes Scriptis & Phariseis inter Judæos, & pontificibus templorum inter gentiles, qui semper studuerunt impeditre prædicationem Christi: sicut patet ex Actibus Apostolorum, & legendis Sanctorum. Sed si hoc retraxisset primos Prædicatores, nondum esset fides Christi prædicata. Cum autem persecutio eorum non retraxerit primos Prædicatores a prædicatione, quanto minus debet modernos retrahere perversitas? Alii sunt, quos retrahit labor corporalis: sed oportet sustinere in discurrendo pedes. Sed Apostolus præter istos viarum labores, in quibus erat, quasi continue laborabat manibus. 1. ad Thessalonicenses 2. *Memores enim estis fratres laboris nostri & fatigacionis; nocte ac die operantes, ne quem velutrum gravaremus: prædicavimus in vobis Evangelium Dei.* Alii sunt, quos retrahit indevotio populi. Liberant quidem prædicant populis, vel auditoribus devotis: & indevotos, licet magis indigeant, derelinquent. Dominus tamen misit Prophetas non solum ad devotos, sed etiam ad populum duræ cervicis. Ezechielis 2. *Fili boni nis, dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te.* Alii sunt, quos retrahit malus eventus: ut cum forte aliquando expostuerint fœ ad prædicandum, & minus laudabiliter cessit eis. Sed secundum hoc, numquam ars aliqua addisceretur. Quis ergo unquam didicit loqui latine: quin prius loqueretur falsa latinitate; aut scriberet, qui non frequenter male scriberet, & sic de aliis? Sed per hujusmodi frequentes lapsus, veniatur ad artis perfectionem. Unde Philosophus: *Fabricando fabri finis.* Sic etiam usus prædicandi: licet in principiis homo frequenter cespitet in eo, ducit postmodum ad bonum modum prædicandi. Alii sunt, quos retrahit

trahit multitudo prædicatorum. Dicunt enim: quid necesse est me prædicare, cum tot sint alii Prædicatores? Sed cum sit prophetatum in Psalmo, quod in senecta uberi sint Prædicatores multi prædicaturi, quid profest hoc illi ad meritum, qui est extra numerum istum? Quid? Adjungat se illis, sicut enim qui vult esse particeps pificationis, adjungit se pectoribus: ita qui vult esse particeps meriti prædicationis, debet & idem facere si potest. Joannis ultimo *Dixit Simon Petrus: vado pîsârî.* Dicunt ei: *venimus & nos tecum.* Alii sunt, quos retrahit societas minus grata. Cum enim binos oporteat ire prædicatores, magis eligunt aliqui fructum prædicationis amittere, quam cum aliquibus ire. Sed licet scriptum sit: *Non arabis in bove & asino:* tamen pauper homo magis eligit interdum adjungere asinum bovi ad arandum, quam dimittere terram incultam. Cum ergo boves sint prædicatores secundum illud Job 24. *Bovem vidua.* Glosa: *Bos vidua,* idest, Ecclesiæ est unusquisque Prædicator: numquid non potest bubulus, qui habet reddere rationem patri familias de fructu terræ, conqueri de bove qui non vult arare cum equo vel asino, cum non habeat bovem quem possit ei dare? Hujusmodi ergo frivolis causis non obstantibus, instandum est prædicationi serventer, juxta illud 2. Timothei 4. *Prædicta verbum, in sua oportune, importune.*

C A P U T XVII.

De indiscreta prædicationis executione.

Circa indiscretam prædicationis executionem est notandum, quod sunt quidam, qui nolunt audire verbum Dei: & ipsis non est prædicandum. Ecclesiastici 32. *Vbi auditus non est, non effundas sermonem.* Alii sunt, qui, si audiunt, tamen non capiunt que dicuntur, ut stulti. Proverbiorum 18. *Non recipit stultus verba prudentia,* scilicet, intus in intellectu. Et ipsis non est etiam prædicandum. Proverbiorum 23. *In auribus insipientium ne loquaris.* Alii sunt, qui Prædicatorem mordendo dilacerant. Nec ipsis prædicandum est. Matthæi 7. *Nolite sanctum dare canibus.* Glosa. *Canes sunt qui oblectantur: & quod integrum est, dilacerant.* Alii sunt, qui doctrinam sanctam vilipendunt. Nec ipsis est prædicandum. Matthæi 7. *Nec mittatis margaritas vestras ante porcos.* Glosa: *Porci sunt qui vilipendunt, & conculeantur.* Alii sunt, qui imitatione peccatorum ita Dominum provocant, ut prædicationis gratia sint indigni. Ezechielis 3. *Linguam tuam adherere faciat palato tuo, & eris mutus, nec quæ vir objurgans, quia dominus exasperans est.* Glosa: *Domus exasperans est;* tanta amaritudinis sunt, & contra Deum contentionis, ut objurgantem audire non mereantur. Ex quo patet, quod multitudine peccatorum facit indigos esse, quod a Domino corrigantur. Alii sunt pejores his omnibus, qui doctrinam Evangelicam blasphemant: ut infideles aliqui. Et circa istos cayendum est, ne eis solemniter prædicetur. Actuum 13. *Judei contradicebant his qua a Paulo dicebantur, blasphemantes.* Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, &*

indi-

indignos vos judicatis eterna vita, ecce convertimur ad gentes. Item notandum, quod illis quibus prædicandum est, non sunt omnibus eadem prædicanda, sed diversa diversis, prout eis competit. Gregorius in pastorali, parte tertia, in Prologo. *Ut enim longe ante nos reverenda memoria Gregorius Nazianzenus edocuit, non una eademque cunctis exhortatio congruit: quia non cunctos per morum qualitas astringit.* Sæpe namque aliis officiant, quæ aliis profunt; quia & plerunque herba, quæ haec animalia enutrunt, alii occidunt: & levis fibulis equos mitigat, catulos instigat: & medicamentum quod hunc morbum immunit, alteri vires jungit: & panis, qui viam fortium raborat, parvulorum necat. Pro qualitate igitur audientium, formari debet sermo Doctorum. (a) Alter namque admonendi sunt viri, aliter feminae; aliter juvenes, aliter senes; aliter inopes, aliter locupletes; aliter laeti, aliter tristes; aliter subditi, aliter prælati; aliter servi, aliter Domini; aliter hujusmodi sapientes, aliter hebetes; aliter verecundi, aliter impudentes; aliter protervi, aliter pusillanimi; aliter impatiens, aliter patientes; aliter invidi, aliter benevoli; aliter simplices, aliter impuri; aliter incolumes, aliter ægri; aliter qui flagella metuant, & propter ea innocenter vivunt, aliter qui sic in iniurie duruerunt, ut nec per flagella corriganter; aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes; aliter pigri, aliter præcipites; aliter mansueti, aliter iracundi; aliter humiles, aliter elati; aliter pertinaces, aliter inconstantes; aliter gula dediti, aliter abstinentes; aliter qui sua misericorditer tribuant, aliter qui aliena rapiunt, nec sua largiuntur: aliter qui & ea quæ habent sua tribuant, & aliena rapere non desunt; aliter discordes, aliter pacati; aliter seminantes jurgia, aliter pacifici: aliter admonendi sunt qui sacra verba legis non recte intelligunt, aliter qui recte quidem intelligunt, sed humiliter non loquuntur; aliter qui cum prædicare digne valeant, præ nimia humilitate formidant: aliter quos a Prædicatione imperfecte vel ætas prohibent, & tamen præcipitatio impellit: aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur, aliter qui quidem quæ mundi sunt concupiscunt, sed tamen adversitatis labore fatigantur: aliter conjugis obligati, aliter a conjugii nexibus liberi: aliter ad mixtionem carnis experti, aliter ignorantes; aliter qui peccata deplorent operum, aliter qui cogitationum. Aliter qui commissa plangunt, nec tamen deserunt, aliter qui deserunt nec tamen plangunt: aliter qui illicita quæ fecerunt laudent, aliter qui accusant prava, nec tamen deserunt: alitee qui repentina concupiscentia superantur, aliter qui in culpa ex consilio ligantur: aliter qui licet minima, crebro tamen illicita factant: atque aliter qui se a parvis custodiunt, sed aliquando in gravibus demerguntur: aliter qui nec bona inchoant, aliter qui inchoata minime consumant: aliter qui mala occulte agunt, & bona publice: aliter qui bona quæ faciunt abscondunt, & tamen quibusdam factis publice mala de se opinari permittunt. Hæc Gregorius. Et item notandum, quod sunt quidam, qui nimis raro prædicant, quidam qui nimis frequenter. Utrumque est reprehensibile. Si rara est prædicatio, non sufficit: si nimia est, vilescit. Et ideo temperate est prædicatio.

dum. Illa enim pluvia utilis est, quæ nec nimis rara, nec nimis assidua. Et item notandum, quod non idem modus loquendi habendus est semper in omni prædicatione, sed est diversificandus secundum diversitates eorum, qui loquuntur, & eorum quibus, & eorum de quibus loquuntur. Alter enim decet hominem loqui parvæ auctoritatis, aliter magnæ auctoritatis. Decet enim modicæ auctoritatis semper loqui humiliter. Proverbiorum 18. *Cum obsecrationibus loquitur pauper : scilicet, ille qui est modicæ auctoritatis. Ille vero qui est magnæ auctoritatis, potest loqui rigide.* Ibidem: *Dives vero, effabuntur rigide.* Sic faciebat Joannes Baptista, qui erat dives sanctæ vite plenitudine, dicens: Matthæi 3. *Progenies viperarum &c.* Et Sanctus Stephanus, dives plenitudine Spiritus Sancti, Actuum 7. *In circuncisi corde & auribus &c.* Et Paulus, dives proestate a Deo sibi commissa, Actuum ultimo, dicit: *Bene locutus est Spiritus Sanctus per Iohannem Prophetam ad patres nostros dicens: Vade ad populum istum & dic eis: Aure audietis & non intelligetis.* Item, alter loquebatur Dominus discipulis, aliter Scribis & Pharisæis. Illis enim loquebatur dulciter, bona promittendo, Luca 6. *Beati pauperes, quia vestrum est Regnum Dei :* istis terribiliter comminando: Matthæi 23. *Va vobis Scribae & Pharisæi.* Item aliter est loquendum de peccatis hominum, aliter de bonis eorum a Deo datis. De illis enim tanquam de materia lugubri loquendum est cum passione, cum Apostolo qui dicit ad Philippenses 3. *Multi enim ambulant quos sapientiam vobis (nunc autem & flens dico) inimicis Crucis Christi : quorum finis interitus, quorum Deus wenter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapientiam.* De istis vero cum gratulatione, cum Apostolo, qui dicit primæ Corinthiorum primo: *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei qua data est vobis in Christo Iesu : quoniam in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia.* Item modo loquendum est grossè cum rudibus: modo subtilius cum sapientibus. Item modo cum audacia inter tyrannos, modo cum timore inter majores & bonos. Item modo cum fervore spiritus, modo cum temperamento prudentiæ. Item modo consolatione inter pusillanimes, modo desolatione inter præsumptuosos: ut sicut cantus variis modis formatur, ita & vox Praedicatoris. Et quia difficile est modum competentem servare, ideo orat Apostolus ad Colossenses 4. dicens: *Orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi ; (propter quod etiam viri tui sunt) ut manifestem illud ita ut oportet me loqui.* Item notandum, quod observandum est tempus opportunitas ad prædicandum. Est enim tempus tacendi, tempus loquendi, sicut dicitur Ecclesiastici 3. Non est tempus aptum ad prædicandum, cum homines propter alias occupationes non possint vacare ad audiendum verbum Dei. Vacabat enim Maria, ut audiret verbum Domini: Luke 10. Non est etiam aptum, cum homines præ dolore aliquo sunt ita absorbiti, quod non possint transferre animum ad audiendum verbum. Unde amici Job septem diebus non loquebantur ei, quia videbant dolorem ejus vehementem: Job 2. Non est iterum tempus aptum, cum homines prægravati somno non possint vigilare. Dormientibus enim non est loquendum, secundum illud Ecclesiastici 22. *Cum dor-*

dormiente loquitur qui narrat stulto sapientiam. In quo innuitur, quod dormientibus non est loquendum. Non est tempus aptum ad loquendum cum est tumultus, qui non potest sedari sine quietari. Unde Paulus, antequam loqueretur, captabat magnum silentium, Actuum 13. Non est etiam aptum, cum homines contra Praedicatorem suum turbantur. Unde propter hoc Paulus & Barnabas recesserunt a Judæis commoventibus contra eos persecutio-nes, Actuum 13. Quia ergo omni negotio tempus est & opportunitas, sicut dicitur Ecclesiastici 8. *cavendum est Praedicatori, ne prædicet, cum non est tempus ad hoc opportunum: ne prædicationis per hoc perdat effectum.* Quia sicut dicitur a Gregorio super illo verbo, *prædicta opportune, importune,* apud auditoris mentem ipse sua utilitate se destruit, si habere oportunitatem importunitas nescit. Item notandum, quod non omnis locus est idoneus ad prædicationem solemnam. Non est enim prædicandum in locis occultiis, sicut faciunt Hæretici, sed in loco publico, sicut faciebat Dominus, qui palam locutus est mundo & in occulto nihil. Non est etiam prædicandum in locis in honestis (sicut faciunt quidam prædicatoribus in foris, & in nundinis, cum homines sint ibi occupati, & circa secularia: quod cedit ad irreverentiam verbi Dei) sed in locis honestis, sicut faciebat Paulus in Synagogis, & Dominus in Templo, vel etiam in loco campestri vacuo ab omni occupatione seculari. Non est etiam prædicandum in locis periculosis hominibus, sed in talibus ubi possint convenire secure, ne contingat perditio aliquorum; sicut contigit illis qui sequebantur Theodam & Judam Galileum, Actuum 5. Ex prædictis colligitur, quod quibusdam sit prædicandum, quibusdam non. Item quod illis quibus prædicandum est, alii sunt aliis prædicanda. Et quod prædicatio debet esse ita temperata, ut nec sit nimis varia, nec nimis: & quod alius modus loquendi est habendus in diversis casibus: & quod nec omni tempore nec omni loco sit prædicandum: & quod indistre exequuntur hoc officium qui prædicant quibus non est prædicandum, vel que non sunt prædicanda, vel non quantum est prædicandum vel qualiter vel quare, vel ubi non est prædicandum. Et ideo interest Praedicatori ad hoc quod hoc officium discrete exequatur, ut attendat super quibus prædicat, & quæ, & quantum, & qualiter, & quare, & quando, & ubi, &c.

C A P U T X V I I I .

De his quæ conferunt ad exequendum hoc officium laudabiliter.

Circa ea quæ conferunt ad exequendum hoc officium laudabiliter, notandum, quod ad hoc valet multum libertas ab occupationibus. Hinc est, quod Apostoli posuerunt alios ad ministrandum mensis, ut ipsi liberius vacarent prædicationi, dicens: Actuum 6. *Non est equum nos relinquare verbum Dei, & ministrare mensis.* Dominus quoque discipulo volenti vacare sepulture paternæ, dixit: Luke 9. *Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade & annuncia Regnum Dei.* Paulus autem propter hoc dimi-

dimit officium baptizandi , dicens : 1. Corinthiorum 1. *Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.* Si autem tales viri tam pia officia dimis-
serunt, ut liberius prædicationi vacarent, quanto magis sunt relinquentia omnes aliae occupationes a Prædicatoribus , ut habeant (velut Abraham) verna-
culos expeditos? Item, traquillitas a perturbatione. Perturbation enim mentis
multum impedit prædicationem . Gregorius in Ezechiele Homilia 12. *Loqui de Deo quiete valde & libera mentis est.* Tunc namque lingua bene dirigitur
in sermone, cum secure sensus erat in tranquillitate . Item, collectio omnium
quæ in studiis secularibus inveniuntur utilia ad ædificationem, sicut accident in
illis qui vult ædificare: colligit enim ex diversis quod ad ædificium suum vale-
re potest . 2. Paralipomenon 20. *Venit Josaphat & omnis populus cum eo ad*
derrabend spolia mortuorum. Glossa: Beati Doctores, cum turba fidelium col-
ligunt de spoliis hostium, quicquid de Physica, Ethica, Logica, loquendo,
scribendo, docendo, utiliter ediderunt, & in usum totius Ecclesie conver-
tunt: ut quod illi inutiliter possederunt, fideles utiliter ad salutem animarum
possident. Item, confirmatio omnium quæ dicuntur per factorum librorum
doctrinam . Gregorius: *Qui ad verae prædicationis verba se preparat, necesse*
est ut causarum origines a Iacris paginis sumat, ut quod loquitur, a divine au-
thoritatis fundamento revocet, atque in eo fundamentum sue locutionis firmet. Item admixtio orationis propria . Virtute enim orationis si prædicatio effi-
caciō . Augustinus de Doctrina Christiana lib. 4. cap. 15. *Agat eloquens*
quantum potest, cum bona, & iusta, & sancta dicit, ut intelligenter, &
libenter, ut obedienter: & hoc se posse, si potuerit pietate orationis, magis
quam oratorum facilitate, non dubitet sic orando pro se, & pro illis quos al-
loquitur est: si orator antequam doct̄. Item imprestitio orationum alienarum. Unde Paulus tantus Prædicator in hoc confidens dicebat: 2. ad Thes-
alonenses 3. Fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificetur
ubique, sicut & apud vos. Item quietis retentio: sicut enim in mundi aetio-
nibus homines interdum quiescent, ut fortius postea operentur; sic expedie-
dit prædicatorem interdum quiescere ab hujusmodi actione, ut resumptis vi-
ribus post inchoationem hoc officium fortius exequatur. Unde operarii Sa-
lomonis qui caedebant ligna in Libano, per quos designantur secundum Glos-
fam Prædicatores, duobus mensibus quiescebant, & in tertio operabantur . Item valet ad hoc, ut in hujusmodi quiete non sectetur otium, sed vacet ali-
quibus, ut est lectio, studium, meditatio, qua postmodum conseruant ad prædicandum . Gregorius: *Prædicatores quieti contemplantes addiscant quod*
occupati erga proximos refundunt. Item valet ad hoc cautela circa pericula
peccatorum, que contingunt in prædicationis prosecutione . Sicut enim non
est laudans pescator maritimus, qui præ amore pescandi non cavit mari
tempestatem, & alia pericula, ita stulte prosecutur prædicationem, qui
pericula peccatorum incurrit ex zelo alios lucrandi: & ideo dicitur Mat-
thæi 16. *Quid prodest homini, si lucretur universum mundum &c.* Item di-
scussio sui post prædicationis exercitum . Debet enim sapiens Prædicator
post prædicationis regressum, ad se redire, & quæ contigerunt subtiliter con-
siderare, ut absterget sordes, si quas contraxit, & reparat dissipata: sicut
via-

viator etiam fotulares abstergit, & reparat, cum venit ad hospitium, ut post-
modum melius vadat . Unde Ezechielis 3. *Ingredere & includere in medio*
domus tua. Gregorius ibidem: *Ex campo Propheta ad domum reducitur, ut*
is qui ex Deo loquitur, postquam pro utilitate proximorum loquendo foras
exierit, ex humilitate semper ad discutienda cordis sui secreta revocetur. Item censura tacendi . Ezechielis 3. *Veni ad transmigrationem, & sedi ubi illi*
sedebant, & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum: cum autem per-
transiissent septem dies, factum est verbum Domini ad me. Gregorius ibidem:
Missus ad prædicandum fuerat, & tamen septem diebus sedens tacebat, quia
ille veraciter novit loqui, qui prius bene tacere didicerit: quas enim quod-
dam nutrimentum verbi est censura silentii. Item sanctitas animæ . Eccle-
siastici 37. *Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quantum septem cir-*
cunceptores sedentes in excelso ad speculum. Gregorius: *Plus valet ad*
prædicandum sancti amoris constantia, quam exercitus sermonis scientia. Item consideratio præcedens: *ille enim laudabile opus facit, qui præmedita-*
tur ante diligenter, quid & qualiter sit ei faciendum. Et sic est faciendum
Prædicatori . 2. Edixit 2. Egreditus sum per portam vallis nocte, & considera-
bam murum Hierusalem dissipatum, & portas ejus consumptas igni: & tran-
sivi ad portam fontis &c. Beda in Glossa: diversa destructa urbis loca lu-
strando pervagatur, & singula quomodo debeant reparari solite scrutatur.
Doctorum quoque spiritualium est, sapius noctu surgere & soleri indagine
statum Ecclesie, quiescentibus ceteris, inspicere, ut vigilanter inquirant quo-
modo ea, que vitiorum bellis fordidata vel dejecta sunt, corrigant & erigant.

C A P U T X I X.

De his in quibus consitit hac executio laudabilis.

Cerca aliud notandum, quod hac laudabilis executio in his consistit, vi-
delicet ut libentius prædicetur ubi est major necessitas . Quid enim
prodest assidue prædicare religiosis, benignis, & hujusmodi perfo-
nis que non multum indigent, & relinquent illos qui magis indigent? Ideo
dicit Dominus, Matthæi 9. *Non est opus valentibus medico, sed male haben-*
tibus. Item ut libentius prædictetur ubi non est prædicatum per alios, quam
ubi frequenter prædicatur . Quis enim hortulanus dimittit rigare partem
horti aridam, & rigat semper bene rigatum? Ad Romanos 15. *Prædicavi*
Evangelium hoc, non ubi nominatum est Christus, sed (sicut scriptum est)
quibus non est annunciatum de eo, videbunt, & qui non audierunt intel-
ligent. Item ut non negligantur loca parum populosa, sicut faciunt illi,
qui nolunt prædicare nisi in urbibus & magnis villis . Contra quos dicitur
de Salvatore, Marci 6. *Circuibat castella, idest, parva castra in circuitu*
docens. Item ut non pertranseat aliquis locus, in quo non prædictetur,
exemplo Domini, de quo dicitur Matthæi 4. *Circuibat Jesus totam Galileam*
docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangeliū regni. Item, ut non
prætermittatur aliquod genus hominum, cui non prædictetur: Matthæi ulti-
mo.

mo. *Prædictate Euangelium omni creature.* Item ut præferantur illi, de quibus speratur fructus, obduratis relisiti, sicut fecerunt Apostoli reliquantes Iudeos obstinatos & transuentes ad gentes: *Actuum 13.* Et ad hoc invitans Dominus discipulos dicit: *Ioannis 4.* *Levate oculos vestros, & vide te regiones, quoniam alba sunt jam ad meum.* Quasi dicat, quia parvae sunt, ite ad metendum. Item ut ubi crescit malitia, validius per prædicationem occurrit. Gregorius in homilia: *Cam malorum perversitas crevit, non solum frangi prædicatio non debet, sed augeri.* Hac omnia supradicta sumpta sunt ex parte eorum quibus prædicatur. Sunt autem & alia ex parte prædicantis, scilicet, ut ipse non det aliquam occasionem, ut prædicationis eius impeditur, sicut faciunt qui incaute turbant Clerum, populum, vel aliqua hujus modi faciunt propter qua impeditur interdum cursus prædicationis sua. Contra quos 1. ad Corinthios 9. *Omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangeliu Dei.* Item, ut non de facilis retrahatur a prædicatione, sicut faciunt illi, qui propter modicam turbationem, vel difficultatem, qua occurrit, dimittunt predicare. Contra quos 2. ad Timotheum 4. *Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos & mortuos, per adventum ipsius & regnum ejus, prædicta verbum, in tua opportunitate & importunitate.* Item, ut non solum voce, sed se toto prædictet, sicut Joannes, qui propter hoc dictus est vox, quia totus loquebatur, *Isaia 40.* Sicut in numismate metallum & figura & pondus requiritur, ita in omni Doctore Ecclesiastico, quid sequatur, quid doceat, quomodo vivat. Per qualitatem igitur metalli doctrina: per figuram, similitudo Patrum: per pondus, humilitas designatur. Qui igitur ab his discrepaverit, non metallum, sed terra erit: ideo dicitur, quod non bene resonavit ut metallum, sed quasi nihil ut terra. Item, ut continuet prædicationem. Sicut enim pluvia unius diei parum prodet in terra multum arida, nisi continuetur: ita parum prodest unus, vel pauci sermones. Ideo contra hoc dicitur de Domino: *Luca 20.* *Erat quotidianus docens in templo.* Item ut Prædicatori adjungat singulariter admonitiones tempore & loco, sicut faciebat Paulus dicens: *Actorum 20. docerem vos publice & per domos:* Et post: *per triennium nocte & die non cessavi, cum lacrimis monens unumquemque vestrum.* Item ut fideliter annunciet mandata domini sicut fidelis nuncius, cuius præcise est mandatum acceptum nunciare: *Hieremia 1.* *Quocunque mandavero tibi, loqueris.* Quid autem mirum, si hoc observat verus Prædicator, cum & Balaam dicat de se, Numerorum 22. *Si dederit mihi Balac plenum dominum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus vel minus loquar.* Item, ut ferventer exequatur hoc officium sicut faciebat Apollo ille, de quo *Actuum 18.* dicitur: *Iudeus autem quidam Apollo nomine, vir eloquens devenerit Ephesum potens in scripturis: hic erat doctus viam Domini & fervens spiritu loquebatur, & decebat diligenter ea quæ sunt Iesu.* Item ut fiducialiter dicat veritatem, præcipe inter sceleratos, sicut Apostoli, qui cum fiducia loquebantur inter Iudeos verbum Dei, Micheæ 3. *Repletus sum fortitudine Spiritus Domini, iudicio, & virtute, ut annunciem Jacob scelus suum, & Iraæl peccatum suum.* Item, ut temperetur modus loquendi, ne asperitas of-

fensionem inducat auditorum, sit monitio sine asperitate, exhortatio sine offensione. Item ut sollicitudo debita circa hoc officium exequendum adhibeatur: hec est enim sine qua pauca beneficiunt. 2. ad Timotheum 2. *Sollicite autem cura te ipsum probabilem exhibere Deo: idest, ad honorem Dei, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.*

C A P U T X X.

Quare hoc officium ab his, qui habent gratiam in hoc, est libenter faciendum.

Circa ultimum notandum est, inter spiritualia exercitia, circa quæ viri spirituales solent se exercere, libentius debent exercitari circa prædicationem illi, qui in hoc habent gratiam; & hoc propter tria. Habet enim hoc exercitium quasdam prærogativas supra alia. Sunt enim quidam, qui circa afflictionem carnis se exercitant jejunis, & abstinentiis, asperitate vestium, vigiliis, & hujusmodi carnem asligendo, sed hujusmodi exercitatio secundum Apostolum 1. Timothei 4. *ad modicum utilis est: prædictio vero valet quam multum, sicut ostensum est supra cap. 6.* Præterea quis potest plene describere quantas afflictiones sustinet pauper Prædicator animarum, & zelator in sollicitudine providendi, in discursu labore, in indigentia multorum, in anxietate proficiendi, & hujusmodi? Et ideo comparatur mulieri parturienti, cuius sunt dolores inastimabiles. Ad Galatas 4. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Dixit quidam, qui de ordine Cisterciensi transferat ad Frates Prædicatores, quod plus mali sustinerat quibusdam paucis diebus, quibus fuerat in via, quam omnibus diebus quibus in ordine primo fuerat. Præferendum est ideo prædicationis exercitium jejunis & aliis afflictionibus corporis, cum hoc afflictiones secum graves habeat, & ultra hoc ad proximos fructum multum. Sunt alii, qui circa animæ opera corporalia se libenter exercitant, sed prædicatio vertitur circa pietatem animarum pereuntium: & ideo præminet illis operibus, quantum animæ corporibus. Ideo dicit Dominus *Luca 9.* volenti sepelire patrem suum: *Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade & annuncia Regnum Dei.* Si autem juxta hoc mandatum sepultura patris, quod est inter pœnitencia opera misericordia, postponenda est prædicationi, quanto magis præminet prædicatio aliis omnibus operibus misericordia corporalibus? Gregorius: *Plus est verbi pabulo in vitam perpetuam mentem reficere, quam ventrem moritura carnis pane terreno satiare.* Sunt alii, qui plus vacant orationibus sanctis, pro se & aliis orantes: sed prædicatio hujusmodi orationibus præfertur, quia oratio peccatoris non prodest aliis, prædications vero malorum, coram Deoque valde pravorum, multoties aliis profunt, sicut propheta Balaam profuit, & adhuc prodest, & proderit sine fine. 1. Corinthiorum 13. *Si charitatem non habeam, factus sum sicut as forans, aut cymbalam tinniens: quod scilicet aliis prodest, & sibi nocet.* Alii sunt, qui libenter vacant lectionibus factis: sed si hujusmodi studium non dirigitur ad doctrinam prædicationis, quæ utilitas in illo?

Ecclesiastici 20. *Sapientia abscondita, & thesaurus invisus, qua utilitas in utriusque?* Ideo dicit Apostolus 1. Timothei 4. *Attende lectio[n]em, exhortationem, & doctrinam.* Premitit lectio[n]em, & subdit doctrinam: quia hic finis suus debet esse. Finis autem melior debet esse his, quæ sunt ad finem. Alii sunt, qui ex quadam devotione sancta frequenter sacras missas celebrant, sed licet hoc sacramentum utile sit toti Ecclesiæ, tamen multis propter indignitatem eorum, vertitur in magnum periculum. Si enim *qui indigne manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit*, sicut dicitur 1. Corinthiorum 2. quanto magis qui conficit indigne? Non tamen sic de prædicacione. Potest enim fieri sine peccato a peccatore: dummodo non sit notorius peccator. Sunt alii, qui libenter vacant confessionibus audiendis, sed prædicatio in hoc præcellit, quia per confessionem audientiam simul & semel proficit multis. Unde prædicante Petro apposita sunt animæ circiter tria millia numero credentium. Actuum 2. Et alia die quinque millia. Actuum 4. Alii sunt, qui libenter baptismis, extremae unctionis, confirmationis, consecrationi virginum, ordinandis Clericis & hujusmodi sacris Ecclesiasticis conferendis vacant. Sed haec non profunt multis sine vera cognitione, & bona voluntate, quæ duo consert prædicatio. Job ultimo: *Auditu auris audiri te: scilicet, in prædicacione: nunc autem oculus meus videt te: & hoc quantum ad primum. Idcirco ipse me reprehendo &c.* Et hoc quantum ad secundum: haec autem profunt sine Sacramentis illis, & ideo præferenda est prædicatio illis exercitiis. Sunt autem alii, qui libenter interfunt laudibus divinis frequentando Ecclesiam in Officiis divinis: sed in Officiis illis laici non intelligent quid dicatur: in prædicacione vero intelligent quæ dicuntur, & ideo per prædicacionem clarus & apertus laudatur Deus. Et idem prædicatio antonomastico dicitur laudatio divina. In Psalmo 72. ubi secundum unam literam dicit: *Ut annuncient omnes prædicaciones tuas in portis filia Sion:* secundum aliam literam dicit: *omnes laudationes tuas.* Patet ex iam dictis, quantas prærogationes habeat super alijs exercitia spiritualia. Præterea ejus excellentiam commendant exempla. Christus enim existens in hoc mundo non celebravit nisi unam Missam, scilicet, in die Conæ: confessiones non legitur audisse: Sacra[m]enta raro & pauca ministrait: laudibus divinis canonics non multum intendit: similiter de omnibus supradictis, nisi de oratione & prædicacione. Prædicacioni vero postquam incepit prædicare, & plus etiam quam orationi, legitur impendisse totam vitam suam. Item excellentissimus Apostolus gratias agit Deo 1. Corinthiorum 1. quod paucos baptizavit, dicens, se non misum baptizare, sed ut evangelizaret. Similiter non legitur tantum vacasse alijs exercitio spirituali sicut prædicacioni. Nam de ista dicitur Romanorum 15. quod ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverit Evangelium Christi, & deinde venerit ad occidentales partes. Item Apostoli & discipulij Domini quid alia fecerunt in universo, nisi plus prædicare quam aliis intendere? Marci ultimo: *Illi autem profetti predicaverunt ubique.* Habemus enim exemplum a Christo super hoc, & ab Apostolo, immo ab omnibus aliis Apostolis, & discipulis Domini. Denique Dominus hoc

specialiter videtur velle. Hoc enim tamquam rem valde acceptam in recessu suo ultimo præcepit, Marci ultimo: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creature.* Item hujusmodi exequutioni specialem retributionem, scilicet, aureolam reservandam ordinavit. De qua habetur Exodi 25. in Glossa. Item propter hoc laudabiliter exequendum, summa maligna fecit. Propter hoc enim idiotis altissimam scientiam subito infudit. Propter hoc omnium linguarum genera eisdem dedit; propter hoc potestatem faciendi miracula eisdem contulit, ut per haec sermonem eorum confirmaret. Ex his enim patet, quantum plus istud Officium, quam alia, placet ei. Quia igitur tot habet prærogativas, & tam magna exempla, & tam acceptum est Deo hujusmodi exercitium, non immortio p[ro]p[ter] omnibus aliis est isti a viris spiritualibus, & ad hoc sufficientibus vacandum, immo eis incumbit. Corinthiorum 9. *V[er]e mibi, si non evangelizavero: necessitas mibi incumbit.*

DE DEFECTU SEU SUBTRACTIONE HUJUS OFFICII P A R S V. C A P U T X X I.

De causis subtractionis Prædicationis.



Ire subtractionem prædicationis notandum est primo de causis hujusmodi subtractionis. Secundo de subtrahentibus se a prædicacione. Tertio de damno hujusmodi subtractionis. Circa primum notandum, quod prædicatio quandoque subtrahitur ex causis soli Dei notis. Unde super illud, Lucæ 10. *V[er]e tibi Corozaim, v[er]e tibi &c.* dicit Glossa: *Quare predicandum sit non credituris, & non prædicandum credituris, non sit ille, qui omnia novit.* Quandoque ex procuratione diabolica. Apocalypsis 7. *Post h[oc] vidi quatuor Angelos tenentes quatuor ventos terre, ne flarent super terram, nec super mare, nec super ullam arborē.* Glossa: *Diabolus nititur detinere prædicacionem in omni loco per satellites suos.* Nunquid enim non sunt satellites sui scribæ & pharisei inter Judæos, & pontifices templorum inter Paganos, & Machometani inter Saracenos: qui omnes fecerunt hoc quandoque propter bonum auditorum. Actuum 16. *Vetati sunt spiritu sancto loqui verbum in Asia.* Glossa: *Dominus qui novit corda, beneficij gratia Doctorem removit ab Asia: ne detur sanctum canibus, & cor iniquum de contemptu prædicacione gravius judicetur.* Aliquando propter culpam auditorum. Ezechielis 3. *Adhædere faciam linguam tuam palato tuo; quia domus exasperans est.* Glossa: *Aliquando pro virtute auditorum subtrahitur verbum prædicationis.* Aliquando subtrahitur ex defectu prælatorum. Trenorum 4. *Parvuli petierunt patrem, & non erat qui frangeret eis:* scilicet, nec sacerdos, nec Archidiaconus, nec Episcopus. Et hoc, vel quia nesciunt, vel quia occupati alii vihoribus, prædicacioni vacare nequeunt: vel quia zelo salutis animarum ca-

rentes, de hoc non curant. Interdum ex eorum impedimento. Sunt enim multi prælati, qui non solum non prædicant, sed etiam ne alii, qui hoc laudabilius possunt facere, ne faciant, prohibent. Sapientia 18. *Inclusos filios tuos custodiebat, per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari.* Includuntur siquidem predicatores, cum non permittuntur libere prædicare. Interdum ex curiositate humana: ut cum homines veniunt ad sermones, non animo proficiendi in opere, sed solum animo audiendi. Exemplum in Vitis Patrum. Venerunt quidam fratres ab abbate Felicem, cum quibusdam secularibus requirentibus verbum aliquod ædificationis: qui cum diu stetissent, ait: Fratres modo non est verbum. Quando enim ad senes veniunt homines, qui nolunt facere quod audiunt, auferunt Deus gratiam a sensibus, nec inveniunt, quid loquantur.

C A P U T XXII.

De subtrahentibus se a prædicationis Officio.

Circa secundum notandum, quod quidam subtrahunt se a prædicatione ex procuratione diabolica. Non enim vult diabolus, quod sibi audiant prædicationem Christi, ne trahantur ad ipsum. Sic Machometus eadem de causa ordinavit in lege sua, ne Saraceni audirent prædicationem de Christo. Joannis 8. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis, sed, scilicet, ex diabolo patre,* ut dicitur in eodem. Alii vero, ex segnitate humana, nolentes laborare vel modicum pro sermone audiendo. Sed contra hos *surget regina Austria in iudicio, quæ venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis,* Lucas 11. Alii ex superbia designantes altitudinem suam humiliare cum popularibus & simplicibus ad pedes prædicantium. Sed iste contemptus Prædicatorum Dei transit in ipsum Dominum. Lucas 10. *Qui vos spemnit, me spemnit.* Alii ex verecundia. Conscii enim peccatorum multorum, de quibus sepe fit mentio in sermonibus, ut est usura, fornicatio, & hujusmodi, timere ibi notari de ipsis, & ideo non veniunt. Joannis 3. *omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.* Alii ex occupatione seculari. Quo contra Martha occupata, Maria sedens fecit pedes Domini, audiebat verbum illius, & a Domino commendata est, Lucas 10. Alii ex quadam sapientia fatua. Dicunt enim apud se, quod melius est eis non cognoscere facienda, quam cognita non facere. Sed non attendunt miferi, quod ignorantia affectata non excusat peccatum. Propter quod dicit Paulus. 1. Corinthiorum 14. *Si quis ignorat, ignorabitur.* Alii ex timore benefaciendi. Timent enim, ne inspiraretur eis bona voluntas in sermone, si illuc irent. Ipsi sunt similes aspidi surda, & abturanti aures suas, ut non exaudiatur voces incantantium, & venefici incantantis sapienter; ne amittant vim veneni, sicut dicitur in Psalmo 57. Alii ex fastidio. Fastidiunt enim frequentiam sermonum, quæ est mensa animi, cum non fastidiant mensam corporalem quotidianam. Quo contra, Amos 8. *Ecco dies veniant, dicit Dominus: & mittam famem in terram:* non famem panis, nec famam aquæ: sed audiendi verbum Dei. In hoc exprimitur, quid vocatur famæ.

Alii

Alii ex obstinata malitia, sicut Pharisæi & legisperiti obduraverint se contra Christum, ne ejus discipuli, & auditores essent. Zacharia 7. *Cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem.* Alii ex desperatione proficiendi: quando jam multoties experti sunt, quod nihil proficerunt in sermonibus. Sed verbum Dei vix est sine fructu aliquo, vel sensibili, vel insensibili, vel statim, vel in futuro. Isaiae 55. *Verbum quod egredietur de ore meo, non revertetur ad me vacuum.* Vx autem omnibus ipsis. Sunt enim maledicti. Hieremias 11. *Maledictus vir, qui non audierit verba pasti hujus.*

C A P U T XXIII.

De damno subtrahentis prædicationis.

Circa tertium notandum est, quod ex defectu prædicationis relinquunt infidelitas. Propter hoc enim multæ nationes adhuc remanent in antiquis erroribus. Romanorum 10. *Quomodo credent ei, quem non audierunt?* *Quomodo autem audiunt sine prædicante?* Item error in via morum: propter hoc enim multi errant circa agenda, nescientes quid licet & quid non. Et ideo per vias malorum operum incedunt: quia non sunt illuminati per prædicationem circa ista. Sapientia 5. dicunt damnati: *Erravimus a via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis:* idest, quia lumen iustitiae non luxit nobis. Quid autem est lumen iustitiae, nisi prædicatio, quæ ostendit quid sit iustum, & quid sit iniustum? Item ignorantia sui. Verbum enim prædicationis est sicut speculum, sicut dicitur Jacobi 1. in quo cognoscit se ipsum. Et ideo multi non cognoscunt se, in quo statu sint, quo periculo, quo defectu, & hujusmodi: quia non audierunt prædicationem. Item ex occulta estimatione rerum. Doctrina enim scientia prædicationis docet quantum prævaleant spiritualia corporalibus, quantum æterna temporalibus, quantum cœlestia terrenis, & similia: & frequenter qui non habent hujusmodi doctrinam, errant circa rerum valorem. Ideo dicitur, Proverbiorum 19. *Ne cesses fili mi audire doctrinam, ne ignores sermones scientia.* Sermones scientia sunt, quando de qualibet re soit quis dicere quantum valet. Item sterilitas bonorum. Sicut enim ex carientia pluvia defiscatur terra, & frumentum non proferi: ita deficiente prædicatione, homines fructum bonorum operum non producunt. Proverbiorum 19. *Vbi non est scientia animæ, non est bonus.* Scientia animæ siquidem est doctrina prædicationis. Nam circa animam vertitur hujusmodi scientia: cum alia scientia circa alia versentur. Item germinatio malorum. Sicut enim deficientes pluvia, terra non solum non profert fructum bonum, sed & multiplicantur spinæ, & tribuli, & herbae maleæ: ita prædicatione deficiente, increscunt mala. Osee 4. *Non est scientia Dei, (que scilicet, per prædicationem habetur) in terra.* Et ideo statim additur ibidem: *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium innundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Item devastatio hostium. Ubi enim non exclamatur, facilius irruunt. Ideo dicitur e verso Osee 8. *In gutture tuo sit tuba.* Glossa: *Aperta prædicatio.* Et subdit causam dicens: *Quasi aquila super domum Domini: scilicet, diabolus, qui*

qui est quasi aquila propinquus & paratus ad invadendum domum Domini. Item obdormitio in periculis. Sicut enim Jonas in periculo magno dormiebat sopore gravi in fentia navis , ita & multi non evigilarent, ut de se cogitarent , nisi prædicatio eos evigilaret: sicut & ipsum evigilavit gubernator dicens ei: *Quid tu sopore deprimeris? Surge invoca Deum tuum.* Gregorius: *Sabili occultoque Dei iudicio a quorundam mentibus prædicatio sancta subtrahitur, quia fascitari per gratiam non merentur.*

DE EFFECTU HUJUS OFFICII.

P A R S VI. C A P U T XXIV.

De prædicatione infructuosa.



Irra Officium prædicationis notandum est , quod prædicatione interdum nullum fructum affert , interdum adducit fructus malos per occasionem , interdum non omnino malos , sed nec multum bonos , interdum fructus optimos . Hoc autem ultimum provenit ex anditu verbi Dei devoto , & ex verbi impletione . Et ideo dicendum est hic . 1. De infruituositate prædicationis . 2. De malis fructibus ejus . 3. De fructibus minus bonis . 4. De fructibus optimis . 5. De auditu verbi Dei . 6. De impletione verbi audiū . Circa primum notandum est , interdum prædications multorum nullum fructum afferre . Nec mirum , cum quidem hoc contigerit in prædicatione Salvatoris , juxta illud quod dicitur , Joannis 8. *Sermo meus non capit in vobis.* Ubi dicit Glossa , quod sermo est sicut hamus . Tunc igitur sermo non capit , quando nec luxuriam , nec avaritiam , & sic de aliis , non ejicit de cordibus auditorum : sicut hamus dicitur non capere , quando nullum pīsem ejicit de aqua . Porro hujusmodi infruituositas interdum accidit ex vitio auditorum . Sunt enim quidam sicut terra mala , quæ quantumcumque excolatur , nunquam fert fructum . Interdum ex defectu Prædicatoris : sicut enim agricola industriosus per diligentiam suam terram bonam nimis facit fructiferam , & e contrario ex defectu qui est in agricola , quæ bona est non fert fructum : ita ex defectu Prædicatoris perit fructus interdum in auditoribus . Proverbiorum 24. *Per agrum hominis pigri transvi , & ecce totum repleverant urticae: scilicet , propter pigritiam ejus.* Interdum ex inefficacia verbi . Sunt enim aliqui , qui proponunt interdum orationes , vel autoritates , vel exempla ita ignota , quod quasi nullius sunt efficacia . Et ideo nihil boni afferunt in auditoribus , sicut semen putridum non potest fructus producere . Quo contra dicit Seneca : *Non est opus multis , sed adficativis.* Interdum ex carentia gratiae divinae . Sicut enim semen seminatum non fructificat sine pluvia , vel sole : ita prædicatio

non

non proficit in mentibus auditorum , si non adsit gratia Spiritus Sancti . Gregorius: *Nisi Spiritus Sanctus assistat mentibus auditorum, otiosus est sermo dolorum.* Et iterum . *Per vocem instruitur , quando mens per spiritum inungitur.* Interdum ex infidelis inimici . Sicut enim avibus colligentibus granis feminata non sequitur fructus : ita diabolus tollit verbum , & perit fructus . Lucæ 8. *Hi sunt qui audiunt; deinde venit diabolus , & tollit verbum de corde eorum , ne credentes salvi fiant.* Patet ergo , quod prædicacionem esse sine fructu , quandoque contingit ex parte auditorum , quandoque ex parte Prædicatoris , quandoque ex parte verbi prædicati , quandoque ex parte carentia gratiae , quandoque ex parte hostis antiqui . Notandum alio modo , quod sunt decem , quæ solent fructum ejus impeditre . Primum est cordis duritia . Sunt enim quidam , qui habent cor diabolicum induratum , ut lapis , sicut tangitur in Job . Et ideo sicut semen super lapidem non proficit , ita prædicatio in his . Ideo dicitur et diverso in Psalmo 94. *Hodie si vocem ejus audieritis , nolite obdurare corda vestra.* Secundum est , stultitia . Stultus enim non capit quod dicitur : & ideo non proficit in eo verbum , sicut semen in terra , quæ illud non capit . Ideo dicitur Ecclesiastici 22. *Cum dormiente loquitur , qui narrat fatua sapientiam:* quia sic non capit eam , sicut nec dormiens . Tertium est abundantia malitiae : sicut & abundantia veprium impedit fructum novalis nisi primo purgetur . Ideo dicitur Jacobi 1. *Ajacentes abundantiam malitiam :* cum mansuetudine suscipite insitum verbum . Quasi dicat . Non proficeret verbum , nisi prius abjeceretur hujusmodi abundantia . Quartum est importunitas . Cum enim omni negotio tempus fit & opportunitas , Ecclesiastici 8. ideo cum non observatur opportunitas , non proficit prædicatio , sicut nec semen tali tempore potest seminari . Ideo dicitur Ecclesiastici 20. *Ex ore fatui reprohabitur parabola: quia non dicit eam in tempore suo.* Quintum est animalitas . Sicut enim aliqua terra ad hordeum , vel milium , & hujusmodi grossa serenda , est apta , & non ad frumentum : ita homines animales inepti sunt ad spiritualia , quæ per prædicacionem seruntur . 1. Corinthiorum 2. *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei:* *stultitia enim est illi.* Si autem non percipit , quomodo potest in illis proficere ? Sextum est oblitio . Obliviosus enim est quasi vas perforatum , quod non retinet aquam . Ecclesiastici 21. *Cor fatui quasi vas perforatum: omnem sapientiam non tenebit.* Si autem non tenet , quomodo ex illa proficiet ? Septimum est : fastidium verbi . Gregorius in homilia 15. in Euangelio : *Cibis enim meatis est sermo Dei:* & quasi acceptus cibus stomacho languebo rejicitur , quando auditus sermo in ventre memoria non tenetur . Sed quisquis alimenta non retinet , profecto vita desperatur . Octavum est occupatio secularis . Luca 8. *A sollicitudinibus vita suffocantur , & non afferant fructum.* Nonum est inobedientia circa verbum . Augustinus de Doctrina Christiana lib. 4. cap. 27. *Sicut homines obedienter non audiunt illum qui se ipsum non audit:* & verbum quod eis predicatur , simul cum Prædicatore condemnant . Decimum est extraneitas a Deo , in qua multi sunt . Joannis 10. *Oves meæ vocem meam audiunt , & sequuntur me.* Et in eodem : *Alienum autem non sequuntur , quia non uoverunt vocem alienorum.*

C A P U T XXV.

De fructibus malis prædicationis.

Circa secundum notandum est, quod interdum aliqui, licet audiant verbum Dei, tamen non faciunt. Quod dicitur Ezechielis 33. *Sedet coram te populus meus, & audiant sermones tuos, & non facient eos.* Et sic relinquuntur eis malum inobedientia. Interdum vero non bene credunt quae dicuntur, aut de peccatis futuris, aut de praemissis, aut hujusmodi. Psalmo 105. *Non erediderunt verbo ejus: & murmuraverunt in tabernaculis suis:* dicentes, scilicet, quomodo hoc vel illud potest esse? Et relinquuntur eis malum incredulitatis. Interdum vero dispicunt quae dicuntur. Ecclesiastici 21. *Verbum sapiens audiovit luxuriosus, & displicebit illi.* Et sic relinquuntur malum dispernitio boni. Interdum contemnuntur quae dicuntur. 2. Paralipomenon ultimo: *Parvipendebant sermones Domini.* Et Proverbiorum 1. *Sapientiam arque doctrinam fulti despiciunt.* Et sic relinquuntur contemptus verbi Domini. Interdum vero vertuntur in derisum ea quae dicuntur. 2. Paralipomenon ultimo: *Subannabant nuncios Dei, illudebantque prophetis.* Et sic relinquuntur malum derisionis servorum Dei. Interdum vero sit odiosus prædicatores contra hominum voluntates. 2. Regum ultimo: *Ego odi eum, quia non prophetat mibi bonum sed malum.* Micheas filius Iesla. Et sic relinquuntur malum odii in diligendo. Interdum vero aliqui non solum non audiunt hujusmodi prædicatores, sed graviter persequuntur, ut patet in Apostolis, & Judæis. Matthæi 23. *Ecce ego misso ad vos prophetas &c.* Et post: *persequemini de civitate in civitatem.* Ita sunt zizania superseminata, Matthæi 13. *Domine nonne bonus semen seminaisti in agro tuo?* unde igitur habet zizania? Eo ait illis: *Inimicus homo hoc fecit.* Et post: *Colligate primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Item ista sunt spinæ & tribuli terræ: qua terra super se veniente imbreb bibens, proferens autem & spinas, & tribulos, reproba est, & maledicta proxima: cuius consummatio in combustionem erit. Hebræorum 6. Item illi homines sunt illa vinea, quam excolens Dominus diligenter, expectavit dulcedinem vini, & ministrat ei amaritudinem. Deuteronomii 32. *Viva eorum una fellis &c.* Sed timendum est quod sequitur: *Nonne hac condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore.

C A P U T XXVI.

De fructibus minus bonis prædicationis.

Circa tertium notandum, quod interdum aliquis fert fructus aliquos, qui licet sint boni, tamen sunt minus salutares. Horum unus est intelligentia. Psalmo 118. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.* Sed quid prodest intellectus bonus non facienti? Ja-

cobi 4.

cobi 4. *Scienti benefacere, & non facienti, peccatum est illi.* Et alius est delectatio. Sunt enim aliqui, qui cum magna deleatione audiunt verbum Dei, sicut auditur dulcis cantus, Ezechielis 33. *Et es eis quasi carmen musicum:* quod suavi dulcique sono canitur. Sed improperatur quibusdam talibus cum ad tales dulcedinem cantuum non movent pedes. Unde Matthæi 11. *Cecinimus vobis, & non saltatis.* Quia non sufficit illud sine hoc. Et ideo in Psalmo 31. *Letamini,* scilicet in corde: *& exultate, hoc est, extra saltate per iustitiam.* Alius est commotio. Sunt enim aliqui, qui in predicatione moventur interdum, vel ad compunctionem, sicut illi de quibus dicitur, Actuum 2. *His auditis compuncti sunt corde:* vel ad timorem, sicut Felix, qui audito Paulo tremefactus est. Actuum 24. vel ad aliquam bonam sollicitudinem, vel ad aliquem affectum alium. Psalmus 76. *Illuxerunt corruscations tua orbi terra,* (scilicet, prædicationes tuae): *commota est & contremuit terra.* Sed hoc non prodest quibusdam, quia statim post sermonem refrigescent, sicut olla fervens elongata ab igne. Sola vero hujusmodi commotio non sufficit ad salutem. 3. Regum 19. *Non in commotione Dominus.* Et notandum, quod isti tres fructus prædicti sunt in corde secundum tres vires. Alius est judicium: sciunt enim multi optime judicare, dicentes: Bene dixit, male dixit, nimis fuit longus sermo, nimis brevis, nimis subtilis, nimis grossus, & hujusmodi: juxta illud Job. 12. *Nonne auris verba dijudicat?* Quid autem sunt hujusmodi verba? Nonne paleæ? Qui ergo nihil aliud reportant de sermone, sunt quasi campus, in quo nihil inventur de tritico, sed solum paleæ. Sed dicitur Hieremie 23. *Quid palea ad triticum, dicit Dominus?* id est, quid valet palea in comparatione ad triticum? Alius commendatio prædicantis. Quod quidam faciunt ad modum illius mulieris, qui loquente Jesu ad turbas, extollens vocem de turba dixit: *Beatus wenter, qui te portavit, & ubera que suxisti.* Lucæ 11. Sed hoc parum valet sine verbi impletione: dixit enim ei Jesus consequenter: *Qui nimo beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud,* Luca 11. Alius est, scientia docendi: ad hoc enim aliqui audiunt liberter sermones, ut addiscant & ipsi alias docere: sed quia hoc parum valet illi, qui se primo non docet, dicit Apostolus, Romanorum 2. *Qui alias doces, te ipsum non doceas.* Porro isti alii tres fructus sunt in verbo solum, & ideo parum valent: *quia non in sermone regnum Dei est, sed in virtute,* ut dicit Apostolus, 1. Corinthiorum 14. Alius est conceptio boni propositi. Ideo enim dicitur verbum Dei semen, quia facit concepire ut semen. Sed sunt multi qui hujusmodi conceptum nunquam pariunt; & ideo parum prodest eorum conceptio. Propter quod dicitur 4. Regum 19. *Venerunt filii usque ad partum, & vires non habet parturiens.* Alius est consilii requisitio. Ad hoc enim proficit sermo in aliquibus, ut requirant consilium de salute sua: unde Actuum 2. Compuncti in sermone Petri dixerunt ad Petrum, & ad alios Apostolos. *Quid faciemus viri fratres?* Sed sunt multi, qui eti consilium requirant, tamen non faciunt: & ideo parum prodest eis: sicut infirmo parum prodest consilium medici non servatum, Proverbiorum 1. *Tunc invocabunt me, & non exaudiam.* Et postea: *nec non acquerent consilio meo.* Alius est inceptio boni.

boni. Sed sunt quidam, qui non perseverant, *Lucæ 8.* *Nim supra petram :*
hi sunt, qui ad tempus credunt, & in tempore tribulationis recedunt, &
ideo non perducuntur ad salutem, quam sola perseverantia apprehendit.
Isti autem tres ultimi fructus sunt circa opus, vel conceptum, vel consilium,
vel inchoatum.

C A P U T XXVII.

De fructibus optimis prædicationis.

Circa quartum notandum est, quod decem sunt fructus prædicationis
valde boni, qui quandoque ex ea sequuntur. Primus est conversio
infidelium ad fidem, sicut patet in prædicatione Apostolorum, &
discipulorum Christi, qui totum mundum converterunt ad Christum. Actuum
11. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Crenæi, qui cum introissent
Antiochiam, loquebantur ad Græcos, annunciantes Dominum Jesum, &
erat manus Domini cum eis, multisque numerus credentium conversus est ad
Dominum. Secundus penitentia malorum virorum: *Lucæ 11.* *Viri Ninivitæ*
pénitentiam egerunt ad prædicationem Jona. Tertius est humiliatio
mundanorum. Multi enim de superbia feculi humiliati sunt ad humilem vitam
propter auditum verbi Dei. 3. *Regum 21.* *Cum audisset Achab sermones istos,*
scidit vestimenta sua & operuit cilicio carnem suam : jejunavitque, & dormi-
vit in sacco, & ambulavit demissæ capite. Quartus est confessio peccatorum.
Multi enim propter ea quæ audiunt in sermonibus, moventur ad confitendum
quæ nunquam fuerant confessi. *Matthæi 3.* *Tunc (prædicante, scilicet, Joanne)*
exibat ad eum Ierosolima, & omnis Iudea, & omnis regio circa Jordanem
&c. confitentes peccata sua. Quintus est receptio spiritus sancti. Multi enim
in sermonibus recipiunt Spiritum Sanctum, *Actuum 10.* *Aduic loquente Petro*
verba hæc, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Sextus
est sanctificatio a peccatis. Habet enim verbum Dei potestatem sanctificandi;
juxta illud Joannis 17. *Sanctifica eos in veritate : sermo tuus veritas*
est. Et Joannis 15. *Fam vos mundi eis propter sermonem, quem locutus sum*
vobis. Septimus est augmentatio corporis Christi mystici. Quia per prædi-
cationem adjuncti sunt ei multi. Actuum 2. *Et apostole sunt in die illa ani-*
ma circiter tria millia, scilicet, ad prædicationem Petri. Octavus est libe-
ratio præde diaboli. *Job 29.* *De dentibus illius auferem prædam.* Quod
exponitur de præda Diaboli, quæ eripitur per prædicationem. Nonus est
delectatio Angelorum. Delectantur enim, cum audiunt, per prædicationem
Christi gloriam dilatari. Canticorum ultimo, dicit Christus in hortis: *Quæ*
habitas in hortis, amici asculant te. Glossa: *ideſt Angeli.* In quo inau-
titur, quod delectantur in hujusmodi auditu. Decimus est effugatio diabolici
exercitus. Ad prædicationem enim effugatus est diabolus cum exercitu vi-
torum, de multis provinciis, de multis civitatibus, de multis castris,
de multis cordibus. *Judicum 7.* *Inſistebant trecenti viri bucinantes personæ*
, immixtus Dominus gladium in omnibus castris ; & mutua se cede-
reuncabant fugientes. Quod exponitur de prædicatoribus Trinitatis.

C A P U T XXVIII.

De auditu verbi Dei.

Circa quintum notandum est primo, quare verbum Dei libenter est
audiendum. Secundo, qualiter est audiendum. Porro ad audiendum
verbum Dei, debet movere magnitudo loquentis. Libentius enim
audiatur persona quanto major est, vel auctoritate, vel sapientia, vel aliis
hujusmodi. Verba autem sacra non sunt tradita ab homine sicut verba alia-
rum scientiarum, sed ab ipso Deo inspirante. Et ideo dicit Dominus, *Lucæ*
10. *Prædicatoribus : Qui vos audiri, me audiri. Quia sunt os ejus, verba*
eius proferentes. Ad audiendum autem hac de causa verba sua, dicebant
Prophetæ in fine verborum: *dicit Dominus.* Quasi dicerent: Ideo debetis
audire, quia non sunt haec verba mea, sed Domini. Item magnitudo mate-
ria, de qua est verbum Dei. Non est enim verbum Dei de materia modica,
vel vili, sed de magna valde. Et hoc solet libentius audiri: Ideo dicit Sa-
piens Proverbiorum 8. *Audite, quoniam de rebus magnis loquuntura sum.* Item
utilitas verbi. Verba enim Juris profunt ad res temporales, verba Medicorum
ad corporum sanitatem, verba Philosophorum ad veritates sciendas;
sed ista profunt ad salutem. Et ideo si auditur libenter documentum, quod
confert salutem corpori, quanto magis ista, quæ valent ad salutem animæ.
Et ideo dicitur Jacobi 1. *In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod*
poteſt salvare animas vestras. Item situs aurium corporalium. Non enim
sunt in homine versus terram, ut in pecudibus sed sursum in capite. Quasi
dicat: natura ad hoc eas sic posuit, ut sint paratae ad audiendi verba lu-
perna. Ideo dicitur *Lucæ 8.* *Qui habet aures audiendi, (id est, ad audiendū*
verbum Dei factas) *audiat.* Item instinctus naturæ. Naturaliter enim
Agnus, & pullus perdicis, & pullus gallinæ, currunt ad vocem matris;
& sic in multis animalibus. Et ideo similiter faciendum est homini, ad vocem
sui Creatoris & Salvatoris. Ideo dicitur, Joannis 8. *Qui ex Deo est, verba*
Dei audit. Item frequenter exhortationum Scripturarum. Quis enim
posset numerare, quoties scriptum est in Salomone, in David, in Prophetis,
& in aliis libris Scripturarum sacrarum, *audi, audite?* Item beatus Jacobus
nullum excusans ab hoc, dicit sic: *Sit omnis homo velox ad audiendum.*
Jacobi 1. Item exempla primitivæ Ecclesiæ: in qua ad sermones Joannis &
Christi etiam in deserto, undique concurrebant: sicut patet Matthæi 3. &
Joannis 6. Si autem sic faciebant Judæi, quanto magis debent facere Chris-
tiani? Item gratia specialis, quæ in hoc aliquibus exhibetur, *Psalmo 147.*
Qui annunciat verbum suum Jacob. Et post: *Nos fecit taliter omni na-*
tioni. Vix autem talem gratiam repellenti: ex hoc enim se judicat vita aeterna
indignum. Actuum 13. *Quoniam repellitis illud, indiget vos judicatis*
aeterna vita. Item salaryum hujusmodi Doctoris. In aliis enim scholis da-
tur salaryum magistro a scholaribus: hic autem e contrario & non modicam.
Quis enim dicere posset, quot & quanta dat Dominus suis auditoribus?

Ideo dicit Sapientia æterna, Proverbiorum 8. *Beatus qui audit me: Et qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostii mei.* Sunt autem fores ejus Prædicatores, & postes ostii sui sacra Scriptura. Quia tot ergo rationes pro audiendo verbo Dei sunt, libenter audiendum est. Unde dicitur Hieremia 22. *Terra, terra, terra, audi sermonem Domini.* Circa modum audiendi verbum Dei notandum, quod sunt quidam, qui quando percipiunt, quod debeat apud eos fieri prædictio, tristantur, cum deberent gaudere, Psalmus 118. *Labor ego super eloquia tua, sicut qui inventi spolia multa.* Aliqui ante completionem sermonis recedunt, juxta illud Zachariae 7. *Noluerunt attendere: averterunt scapulas, recedentes:* & ideo ammitunt quandoque indulgentias: quandoque orationes, que fiunt in fine: quandoque quod melius est de sermone, quod interdum in fine servatur: quandoque intelligentiam, quia magis dependet illa a fine quam a principio. Perseverandum est ergo in sermone usque ad completionem: quia *melior est finis orationis* idest, loquutionis proposita, *quam principium*, Ecclesiastæ cap. 7. Sicut in quolibet opere bono melior est consummatio, quam inchoatio. Alii sunt, qui modo sedentes, modo stantes, modo egredientes, modo redeuentes sic negligentes sunt in audiendo, quod non apponunt aliquam curam, ut stando prope, vel in loco apto, & hujusmodi, possit audire quæ dicuntur. Contra quos dicit Augustinus Homilia 27. lib. 5. Homiliarum. *Non minus reus erit qui verbum negligenter audierit, quam qui sua negligentia corpus Christi in terra cadere permisit.* Alii sunt, qui tumultum faciunt: cum e contrario requiratur ibi silentium auditorum. 2. Efræ 8. *Levitæ silentium faciebant in populo ad audiendam legem:* & Actuum 13. *Surgens Paulus & manu silentium indicens, ait: Viri Israëlite & qui times Deum audite.* Alii sunt qui alias inquietant, modo intrando in turbam, modo exeundo, modo modis aliis molestando. Contra quod Ecclesiastici 5. *Esto mansuetus ad audiendum verbum.* Quod ideo dicitur, quia sicut animal mansuetum non inquietat aliud animal mordendo, vel percutiendo, vel aliter: sic debet se habere quilibet in sermone, ut bene & pacifice audatur. Alii sunt, qui hora sermonis orantes, vel legentes, vel in alio hujusmodi occupati non possunt attendere ad ea quæ dicuntur. Contra quod, verbum Dei est attente audiendum, juxta illud Psalmi 77. *Attendite popule meus legem meam: hoc est, attente audite.* Actuum 8. *Intendebant autem scribæ his, quæ a Philippo dicebantur, unanimiter audientes.* Alii sunt, qui cum fastidio audiunt. Quo contra, avide & cum esurie est audiendum. Actuum 17. *Nobiliores eorum qui sunt Thessalonica, qui suscepserunt verbum Dei cum omni avitate.* Alii sunt quibus facile vertitur verbum Dei in tedium propter prolixitatem sermonis. Quo contra dicitur de Iudeis. 2. Efræ 8. *Legit Esdras de mane usque ad medium diem in conspectu virorum & mulierum, & sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librum.* Grandis res, quod tam prolixo sermone nullus est atteditatus. Hoc ergo exemplo habenda est longanimitas in audiendo. Alii sunt, qui in sermone de facili incurvant ad impatientiam, propter aliqua, quæ tunc dicuntur minus eis placenta. Sed e contrario patientia est eis necessaria in talibus. Unde Actuum 26.

dixit

dixit Paulus ad Agrippam: *Obsecro patienter me audias.* Alii sunt, qui nullum signum devotionis ostendunt in audiendo verbum Dei. *Quo contra* legitur de Maria, *quod fedens fecus pedes Domini audiebat verbum illius.* Bernardus: *Devotè est verbum Dei suscipiendum, & audiendum.* Ut ergo debitus modus servetur in audiendo verbum Domini, suscipiendum est cum gaudio, veniendum est cum festinatione, perseverandum usque ad completionem, audiendum est diligenter, silenter, pacifice, attente, avide, longanimiter, patienter, & devote.

C A P U T X X I X.

De impletione verbi Dei auditii.

Cerca sextum notandum, quod ex solo auditu sine impletione verbi, sequuntur multa mala in auditore. Ucum est, conversio boni in malum. Agnitus enim justitiae, qua in se est bona, convertitur talibus in malum. 2. Petri 2. *Melius erat illis non agnosceret viam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo,* quod illis traditum est sancto mandato. Aliud est aggravatio peccati. Qui enim scit, & non facit, magis reus est, quam si nesciret, & non ficeret. Luca 12. *Servus qui cognovit voluntatem Domini sui, & non se preparavit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis.* Cur nisi quia plus offendit? Aliud est abominatio. Magis est enim abominabilis, qui cognoscens fordes in se, non abstergit, quam si nesciret. Talis autem est iste, Jacobi 1. *Si quis auditor est verbi, & non factus est hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis sua in speculo.* Considerabit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit. Aliud est fatuus operationis. Matthæi 7. *Affecit domum suam supra petram: & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & cecidit, fuitque ruina ejus magna.* Aliud est desperatio vita, sicut in habente abominationem stomachi. Psalmus 106. *Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquaverunt usque ad portas mortis.* Gregorius: *Cibus mentis est sermo Dei: qui autem alimenta non retinet, hujusmodi vita desperatur profectio.* Aliud est condemnatio coram Deo. Joannis 12. *Si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non judico eum.* Et post: *Sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die: idest, erit occasio damnationis.* Ideo dicitur Matthæi 5. *Esto conscientis adversario tuo (scilicet, verbo Dei, quod adversatur voluntati humana) cito dum es in via cum eo, ne forte tradat te adversarius judicii, & judex tradat te ministro, & in carcerem mittatis.* Item notandum, quod ex completione verbi auditii sequuntur multa bona: & unum est discipulus Christi. Non enim solus auditus facit esse discipulum hujus magistrorum, sicut apud alios magistros fit, sed impletione verbi Dei fit. Joannis 8. *Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis.* Aliud est amicitia ejusdem: quod plus est, Joannis 14. *Qui habet mandata mea (scilicet, prædicationem sibi traditam), & servat ea, ille est, qui dilit me.* Aliud est fraternitas ipsius; quod maximum est, Lucæ 8. *Fratres*

mei

mei bi sunt, qui verbum Dei audiant & faciant. Aliud est benedictio Dei: Hebreorum 6. Terra enim saepe venientem super se bibens imbre & generans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo. Aliud est justificatio. Ad Romanos 2. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed sectatores legis justificabuntur. Aliud est beatitudo. Lucæ 2. Beati qui audiant verbum Dei, & custodiunt illud. Quia ergo tot mala sequuntur ex solo auditu verbi Dei sine impletione, & tot bona ex impletione verbi Dei auditi, dandum est omne opus ad implendum verbum auditum.

C A P U T XXX.

De significatione discursus Prædicatoris in Scripturis.

Circa annexa prædicationi, sciendum est, quod ista sunt novem, scilicet, discursus per modum conversationis inter homines: colloquitiones familiares: hospitatio apud extraneos: occupationes circa aliqua negotia hominum: aquifatio consiliorum: auditus confessionum: prothematia materia sermonum seu collationum. Circa discursum Prædicatorum notandum est, quod significatus est in Scripturis. Sunt tamen aliqui pigni ad hoc, & ideo sunt ad hoc incitandi. Aliqui vero circa hujusmodi discursum committunt aliqua reprehensibilia: & ideo sunt reprehendendi. Aliqui vero in hoc se habent laudabiliter, & ideo comendandi. Dicendum est primo de hujusmodi significazione. Secundo de incitamentis ad hujusmodi discursum. Tertio de reprehensibilibus circa hoc. Quarto de laudibus circa istud Officium. Circa primum notandum est, quod hujusmodi discursus significatus est per discursum nubium, quæ modo versus Orientem, modo versus Occidentem, modo ad Austrum, modo ad Aquilonem discurrent, ad magnificenter Creatoris. Deuteronomii 33. *Magnificentia ejus discurrent nubes.* Glossa: *prædicando.* Item per discursum fulgoris. Exodi 9. *Dominus dedit discurrentia fulgura super terram.* Gregorius: *Discurrent fulgura, cum Prædicatores miraculis coruscant, & superna reverentia auditorum verba transfigunt.* Item per discursum animalium Sanctorum, quæ oftensa sunt Ezechielii euntia, & revertentia, quæ significant Prædicatores. Ezechielis 1. *Hac erat visio discurrentis: id est, discurrentium.* Item per equorum discursum robustorum: de quibus Zachariæ 6. *Qui qui erant robustissimi, exierunt, & quarebant ire, & discurrente per omnem terram.* Qui siquidem sunt Prædicatores secundum Glossam super illud Job 39. *Nunquid præbebis equo fortitudinem?* Item per discursum nunciorum. Esther 8. *Missa sunt litteræ per veredarios, (a) qui per omnes provincias discurrentes, veteres litteras novis nunciis prævenirent.* Quod exponit Glossa de Prædicatoribus. Item per discursum militum. De quibus habetur, 2. Machabæorum 5. *Contigit autem per universam Ierosolymorum Civitatem, videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes auratas stolas habentes & hastas.* (b)

Quod

(a) In textu legitur: *& hastis, quasi cohortes, armatos.*

(b) Veredarii dicitur sunt a veredis, quibus uenuntur Principum tabellarii, qui mutatis per stationes equis, quam velocissime discurrent.

Quod ideo dicitur in mysterium: quia hujusmodi Prædicatores toto poenitentia tempore discurrent per Ecclesiam.

C A P U T XXXI.

De incitamentis Prædicatoris ad discurrendum.

Circa secundum notandum est, quod licet Prædicatores frequenter in Scriptura dicantur pedes, eo quod eorum est discurrere causa prædicationis: tamen sunt quidam, qui ex pigritia quadam, vel aliis de causis minus bonis (de quibus supra dictum est in titulo de causis frivolis retrahitibus a prædicatione cap. 16.) tardi sunt ad exequendum prædicacionem: & ideo sunt ad hoc incitandi. Sunt autem multa, quæ ad hoc incitare valent. Primum est, Sacra Scriptura admonitio Proverbiorum 6. *Discurre, festina, suscita amicum tuum.* Secundum est, exempla excellenta. Ipsa enim Christus postquam incepit prædicare, non habuit domum, in qua reclinaret caput, sed circumibat per Castella, & Civitates, & per totam Galileam prædicans: ut dicunt Euangelia Matthæi 4. Marci 6. Ipsa enim Apostoli non leguntur habuisse proprias mansiones, vel habitationes in quibus morarentur: sed euntes in mundum universum predicabant ubique, Marci ultimo. Quales ergo Prædicatores sunt, qui semper quiescere volunt in dominis, vel in calbris suis. Tertium est simulatio adversariorum. Pharisæi autem circumueunt mare, & aridam, ut faciant unum proselytum. Matthæi 23. Hæretici cum periculo corporis non cessant per domos, & villas discurrere, ut pervertant animas, sicut significatum est in discursu vulpium Samsonis. Judicium 15. *Ipsæ enim Diabolus tamquam Leo rugiens circuit querens quem devoret.* Petri 5. Magna verecundia: ihi discurrent in damnationem animalium, & Prædicatores quidam nolunt movere pedes pro salute animalium. Quartum est consideratio propriae Officii. Non enim est Officium Prædicatoris stare, sed ire. Joannis 15. *Pasui vos, ut eatis.* Quintum est necessitas hominum. Solent enim homines currere ad subventionem proximis, cum instat periculum. Ideo dicitur Ioseph 18. Angelis in figura Prædicatorum. *Ite Angeli velocius ad gentem corrullam, & dilaceratam.* Sextum est magna voluntas mittentis. Dominus enim adeo voluit Prædicatores ire, quod propter persecutiones noluit eis parcere hoc. Unde Lucæ 10. dicit: *Ite, ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.* Septimum est provocatio secularium negotiatorum. Ipsa adeo sunt ardentes ad lucrum, quod non cessant multi eorum tota tempore vita suæ circuire per mundum pro lucris augendis. Et sic etiam fecere Apostoli, per diversas Provincias discurrentes pro lucro animalium. Quid ergo dicent in die judicii, cum requiretur ab eis lucrum, quibus dictum est: *Negotiamini dum venio:* Luca 10. & ipsi sicut servus piger ligant, & abscondunt pecuniam Domini sui, nec discurrent ad lucrandum aliquid de ea? Gregorius super prædicto verbo: *Ecce venit, de negotio nostro lucrum querit: Quale lucrum de negotiatione nostra monstrabimus?* Ibi Petrus cum Iudea conversa, quam post se traxit, apparebit: ibi

ibi Paulus (ut ita dixerim) mundum ducet : ibi Andreas post se Achajam : Joannes Afam : Thomas Indianum : in conspectu sui Iudicis conversas ducent. Quid nos miseri tunc dictari sumus, qui ad Dominum nostrum post negotium vacui erimus ?

C A P U T X X X I I .

De reprehensibilibus circa discursum Prædicatoris.

Circa tertium notandum est, quod sunt quidam Prædicatores, qui ex sola levitate sunt faciles ad discurrendum. De quo Hieremias 14. *Hec dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos.* Et hoc est reprehensibile. Unde sequitur : *& Dominu non placuit. Quis sicut, ut dicitur supra, argumentum bona mentis est secum confondere, & secum morari : ita a contrario sensu, contrarium est signum contrarii. Alii discurrent, ut fugant disciplinam claustrum, sicut pueri fugiunt.* Genesis 16. Agar affligente eam Sarai, quæ significat religionem, fugam iniit. Sed dixit ei Angelus : *Revertere ad Dominum tuum, & humiliare sub manu illius.* Alii causa ventris, cum tenuem vietum habent in claustro, sicut canis : de quibus dicitur in Psalmo 58. *Famem patientur ut canes, & circuibunt Civitatem.* Iste sunt similes Goliardis (*a*), qui eadem de causa discurrunt per domos diversas. Contra quod dicit Dominus discipulis suis, Lucæ 10. *Nolite transire de domo in domum, scilicet, causa comeditionis.* Unde præmitit : *in eadem domo manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt.* Alii sunt propter amicitiam carnalem volentes frequenter visitare, modo istos, modo illos amicos carnales. Contra quod legitur in Vitis Patrum, quod Frater quidam noluit videre matrem suam, quæ venerat ad eum. Sed mandavit ei, ut sufficeret ei, quia in alio seculo videret eum. Sed dixit Psalmus 44. *Obliviscere populum tuum, & dominum patris tuu.* Quomodo igitur visitandi sunt frequenter, quos obliuisci debemus ? Alii propter negotia secularia, ut sunt testamenta, & hujusmodi. Contra quod dicitur, 2. Timothei 2. *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus : ut ei placeat, cui se probavit.* Alii ex curiositate volentes videre modo istos, modo illos : & auscultare quadam, & audire ad eos impertinentia. Similes mulieribus, de quibus dicitur, 1. Timothei 5. *Otiosa discunt circuire domos, non solum otiosa, sed & verbosa, & curiosa : loquentes quæ non oportet.* Iste sunt de genere Monachorum illorum, quos Beatus Benedictus vocat girovagos, & summe detestatur. Alii ex indiscreta Prælatorum missione, qui nimis paucis Subditos faciunt discurrere : & quandoque in daunum eorum non modicum. Hieremias 50. *Greci perditus factus est populus meus. Pauperes eorum seduxerunt eos ; fecerunt que vagari in montibus. De monte in collem transferunt, obliiti sunt cubilis sui.* Alii (quod pejus est) præter missionem obedientiam discurrunt, ubi non mittuntur. Hieremias 23. *Non mittebam prophetas : & ipsi currebant.* Quandoque etiam præter formam sue professionis equitantes, vel pecuniam deferri facientes, & similia. Contra quod, Matthæi 10. præcepit ne

quid

(a) Vide quæ de hac voce infra dicemus.

quid tollerent in via, neque etiam virgam. Quandoque infructuose, frumentum nullum facientes in via. Contra quod Joannis 15. *Possit vos, ut eatis, & fructum afferatis.* Postremo notandum, quod ex nimietate discursus Prædicatoris, religiosi sequuntur tria mala. Primum est, fastidium hominum. Nimetas enim fastidium generare solet. Ideo dicitur, Proverbiorum 25. *Subtrahere pedem tuum de domo proximi tui ; ne quando satiatus oderit te.* Secundum est, damnum proprium spirituale. Difficile enim est diu inter seculares commorari, sine aliqua sui deterioratione. Seneca : *Quoties inter homines fuji, minus homo redii.* Tertium est vilipendio sui status. Ea enim, de quibus major habetur copia, solent minus appretiari. Ideo dicitur : Luca 4. *Nemo Propheta acceptus est in patria sua : in qua, scilicet, est conversatus, & frequentius visus :* & ideo hujusmodi nimetas, etiam si sit discursus rationabilis, est cavenda.

C A P U T X X X I I I .

De laudabili discursu Prædicatoris.

Circa quartum notandum est, quod ad hoc ut discursus Prædicatoris sit laudabilis, septem requiruntur. Primum est, ut ad hoc habeat aptitudinem. Non enim quilibet ad hoc est aptus. Propter quod dicitur : *Luce ultime : Vos autem sedete in Civitate, quousque induamini virute ex alto.* Secundum est intentio fructus spiritualis, secundum illud Romanorum 1. *Obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos.* Desidero enim videre vos, ut aliquid impetrari vobis gratia spiritualis. Tertium est, ut condiatur obedientia bono. Unde Ieremia, licet haberet voluntatem eundi, tamen petit hoc sibi imponi, dicens : *Ecce ego, mitte me.* Ieremia 6. Quartum est, ut cautelam circa diligenter habeat. Facile enim amittit viator bona, quæ habet secum, vel per hostes, vel per casum, vel aliis multis modis, nisi sit cautus. Ideo dicitur : Ephesorum 5. *Vide et quomodo caute ambuletis.* Quintum est, ut ubique, five in via, five in domo, five cum paucis, five cum multis, intendat fructum facere. Psalmus 125. *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua,* scilicet, non solum stando, sed eundo. Sextum est, ut laborem viae temperet. Quidam enim tantas dietas faciunt, quod dum veniunt ad hospitium, nec celebrare, nec horas reverenter dicere, nec prædicare, nec alia hujusmodi facere possunt ; sed solum quiescere habent, pra nimis fatigione. Contra quos dicitur, Ezechielis 1. de sanctis animalibus, quæ Prædicatores designant : *Planta pedis eorum quasi planta pedis vitali : scilicet, qui incedit mature.* Septimum est, ut iter suum continuis muniat orationibus : exemplo David, qui frequenter facit hujusmodi orationes. Psalmus 5. *Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam.* Et ideo solent religiosi viri dicere speciales orationes quotidie pro itinere, in quo sunt constituti.

C A P U T XXXIV.

Quare praedicatori est necessaria bona conversatio.

Circa conversationem Praedicatoris inter homines, notandum est primo: quare necessaria est bona conversatio inter homines. Secundo, in quibus consistit. Tertio, quae sunt, quae valent ad eam habendam. Circa primum notandum est, quod ad Praedicatorem pertinet, ut ita vivat, quod non solum in verbis, sed etiam in operibus ejus glorificetur Deus, juxta illud quod dictum est primis Praedicatoribus: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in celis est.* Matthæi 5. Hoc autem confert bona conversatio. 1. Petri 2. Conversationem vestram inter Gentes habentes bonam: ut in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificant Deum. Item Praedicatorum interest, procurare salutem aliorum modis, quibus possunt: quandoque vero melius procuratur per bonam conversationem, quam per verba. 1. Petri 3. *Mulieres subditæ sint viris suis, ut & si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucrificant.* Si autem tam efficax est sola bona conversatio in muliere, quanto magis erit efficax in Praedicatore, adjuncta verbo? Item ad ipsos pertinet, juvare infirmos non solum sermonibus, vel orationibus, sed & meritis. Hac autem consistunt in bona conversatione: & ideo per illam juvantur infirmi frequenter. Ecclesiastici 38. *Ipsi vero Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum, & sanitatem, propter conversationem illorum.* Quod exponitur de medicis tam corporalibus, quam spiritualibus. Item, debent honorare ministerium suum, exemplo Apostoli, qui dicit ad Romanos 11. *Quandiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministrum meum honorificabo.* Hoc autem fit per bonam conversationem. Propter quod dicitur: 2. Corinthiorum 6. *Nemini dantes ullam offenditionem, ut non vituperetur ministerium nostrum.* Glossa: *Ministerium Apostolatus.* Quod utique vituperaretur, si nos hoc faceremus, idest, si quod verbo docemus, operis exemplo non exhiberemus. Item ipsorum est, adversarios confutare in facie. Ad quod valet sancta conversatio. 1. Petri 3. *Cum modestia, & timore, conscientiam habentes bonam, ut in eo quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniant vestram bonam in Christo conversationem.* Non solum autem confutare in facie, sed & eorum ora obstruere. Ad quod valet eadem conversatio. 1. Petri 2. *Sic est voluntas Dei, ut beneficentes obmutescere faciat imprudentium hominum ignorantiam.* Non solum autem ora eorum obstruere, sed & corda eorum reprimere. Quod fit etiam per sanctam conversationem. Ad Titum 2. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprobenibile; ut ut quis ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.* Patet etiam ex iam dictis, quod bona conversatio valet ad Dei glorificationem, ad animarum salutem, ad adju-

vandum animos infirmos, ad honorandum officium prædicationis, ad refendum adversariis. Hac omnia pertinent ad officium Praedicatoris. Et primo liquet, quod necessaria est ei bona conversatio inter homines.

C A P U T XXXV.

In quibus consistit hac bona conversatio.

Circa secundum notandum est, quod multa sunt, in quibus consistit bonitas conversationis Praedicatoris inter homines. Primo in hoc, quod fit bona coram Deo. Alioquin totum quicquid exterius præveniretur effet Hypocritis. De hoc Paulus Actuum 23. *Ego omni conscientia bona conversatus sum ante Deum.* Secundo, quod non sit solum bona in occulto coram Deo in conscientia, sed in publico coram hominibus. 1. Timothei 4. *Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate.* Tertio, quod non solum sit bona secundum quid, sed simpliciter, idest, quoad omnia. Hebreorum ultimo: *In omnibus bene volentes conversari.* Et quoad omnes. Romanorum 12. *Providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Et ubique. 2. Corinthiorum 1. *In gratia Dei conversati sumus in hoc mundo.* Non solum in parte una, sed continue. Actuum 23. *In omni conscientia bona conversatus sum apud Deum, usque in hodiernum diem.* Ideo dicitur: 1. Petri 1. *Et ipsi in omni conversatione Sancti sitis.* In omni, scilicet, quo ad omnia, & quo ad omnes, & in omni loco, & in omni tempore. Quartto, quod fit matura. Non enim decet Praedicatorem aliquid puerile, vel levitatis habere in moribus. Gregorius: *Non facile prædictatio Praedicatoris accipitur, si levis in moribus esse videatur.* Quinto quod fit firma. Sunt enim aliqui boni, quando non miscentur malis. Psalmus 105. *Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum.* Quo contra dicitur Jeremiæ 15. *Convertentur ipsi ad te, & tu non converteris ad eos.* Sexto, quod fit fructuosa. Non enim convenit, quod Praedicator unquam otiosus apud eos, inter quos conversatur, appareat: sed semper debet aliqui fructui vacare, exemplo Pauli, qui dicit Actuum 20. *Per triennium non cessavi nocte, dieque cum labrymis monens unumquemque vestrum.* Septimo quod sic accepta sit amabilis. Tobie ultimo: *Omnis cognatio ejus, & omnis generatio ejus in bona vita, & sancta conversatione permanxit: ita ut accepti essent tam Deo, quam hominibus, & sanctis habitantibus in terra.* Porro ad hujusmodi faciunt multa. Unum prudentia in verbis. Ecclesiastici 20. *Sapiens in verbis se ipsum amabilem facit.* Aliud est mansuetudo. Ecclesiastici 3. *Fili, in mansuetudine opera tua perfice:* & super hominum gloriam diligenter. Aliud est conformitas in moribus. Propter quod Paulus cum omnibus se conformabat, prout rationabiliter poterat. Ecclesiastici 13. *Omne animal diligit simile sibi.* Aliud est obsequium in negotiis. Unde sapiens: *Obsequium amicos parat.* Unde Pauli 1. ad Corinthios 10. *Per omnia omnibus placebo: quarens, non quod mibi utile est, sed quod multis.* Quasi dicat: Propter

hujusmodi obsequium placeo . Aliud est humilitas in conversatione . Ecclesiastici 10. *Olibilis est Deo , & hominibus superbia.* Ex quo relinquitur a contrario sensu, quod humilitas est amabilis hominibus . Aliud est pietas in compassione . Hoc enim multum acceptat quilibet, quando invenit hominem sibi compatiens . Ecclesiastici 44. *Et conservavit illi homines misericordia ingenientes gratiam in oculis omnis carnis.* Aliud est evidentia virtutis . Tanta enim vis virtutis est, quod in quocumque appetit manifeste, facit eum amari . Sic enim dicitur de Beato Sebastiano, quem Deus gratia sua perfruerat : neceſſe erat, ut ab omnibus amaretur . Tullius de amicitia : *Nihil est virtute amabilis: nihil quod magis alliciat ad diligen- dum.*

C A P U T XXXVI.

De his, quæ valent ad habendam hujusmodi conversationem .

Circa tertium notandum, quod quia scire quoniam bona conversatio est necessaria Prædicatori: & scire etiam in quibus consistit, parum prodest non habenti eam: ideo videndum est de his, quæ valent ad habendam . Horum autem unum est consideratio boni exemplaris: sicut patet in pictore, qui ad bonum exemplar, cum id habet præ oculis, melius pingit . Proverbiorum 24. *Exemplo didici disciplinam.* O quam bonum exemplum dedit filius Dei: de quo Bernardus: *O bone Iesu, quam dulciter cum hominibus converfatus es.* Quam bonum Apostolus dedit, qui seniores presbyteris congregatis in Christo, Actuum 20. dicit ita: *Vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobissem per omne tempus fuerim, serviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, qua mihi acciderunt ex infidis iudorum: quomodo nihil subtraevimus utilium, quo minus annunciarer vobis, & docerem vos publice, & per domos.* Aliud est instructio, sicut patet in novitio, qui ad instructiōnem magistri fit facere, quæ pertinent ad disciplinam, quæ ante facere nesciebat . Circa hoc autem instruit idem Apostolus Prædicatorem dicens: 1. Timothei 3. *Hec tibi seribo, fili Timothee, sperans me venire ad te cito: si autem tardavero, ut scias quomodo oportet te in domo Dei converfari, quæ est Ecclesia Dei vivi.* Aliud est mandatum, sicut patet in servo, cui dicit Dominus: *Hoc fac, & facit.* Circa hoc autem dat cito mandatum Prædicatori, dicens ad Titum 2. *In omnibus te ipsum proba exemplum honorum operum, in doctrina, in integritate.* Aliud est sapientia . Hæc enim doctet hominem bene conversari in medio prava, & perversa nationis . Jacobi 3. *Quis sapiens, & disciplinatus inter vos. Ofendat ex bona conversatione operacionem suam in mansuetudinem sapientiam.* Aliud est studioſitas, sicut patet in muliere, quæ ad habendam pulchritudinem, ornatum multum apponit studium: Et eodem modo Viri sancti debent facere ad habendam pulchram conversationem . Ecclesiastici 44. *Pulchritudinis studium habentes: id est pulchra conversationis.* Dicitur hoc de Viris sanctis . Aliud est conatus . Difficile enim est inter fortes ambulare, & immaculatum se custodiare . Et ideo magna

cura

cura est circa hoc apponenda . Et ideo Beatus Petrus loquens de virtutibus, quæ pertinent ad bonam conversationem, dicit: *Vos autem (2. Petri 1.) curam omnem sub inferentes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternalitatis, in amore autem fraternalitatis charitatem.* Aliud est mutatio mala confunditudo: sicut deponunt veteres vestes, qui novis volunt indui ad ornatum . Ephesiorum 4. *Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem.* Et post: *Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis.* Aliud est diligentia circa custodiā sui ipsius . De facilis enim amittitur bonum inter malos, nisi diligenter custodiatur, sicut vestis in malis officiis . Ideo dicitur Apocalypsis 16. *Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet: & videant turpidassem ejus.* Hujusmodi vestimenta sunt exterior conversatio . Aliud est, frequens immunditiarum contrariarum ablutio, sicut fit de vestibus; quæ sordidatæ lavantur . Unde qui aliiquid immundorum tetigerat, lavare vestimenta sua præcipiebatur . Per quæ significatur exterior conversatio . Et ideo Viri sancti vitam suam considerant, & de ea querunt ab aliis: & quod malum inveniunt confessione, & contritione, & correptione abstergent .

C A P U T XXXVII.

Contra Prædicatores, qui extra prædicationem non habent verba adiutoria.

Circa colloquitiones familiares Prædicatori notandum, quod sunt quidam Prædicatores ita taciturni, quod quasi nunquam dicunt aliqua adiutoria in familiari loquutione cum hominibus . Et hoc est reprehensibile . Alii sunt, qui, quod pejus est, afflunt verbis incautis ad modum secularium . Alii vero sunt, qui medium tenentes, nec nimium tacentes, nec incaute loquentes, afflunt verbis adiutoriis . Et hoc laudabile . Circa primos, notandum est, quod hujusmodi exemplum non habent a Domino Iesu Christo . Ipse enim non solum in publicis Prædicationibus, sed etiam in familiaribus loquutionibus affluebat verbis adiutoriis . Quandoque in via, & hoc modo ambulando, Luca ultimo: *Incipiens a Moyse, & omnibus Prophetis, interpetrabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.* Hoc autem factum est in via ambulando . Unde dicunt post: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret scripturas?* Modo quietendo in ipsa via . Joannis 4. *Iesus fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.* Et sequuntur multa bona verba, quæ ibi cum muliere samaritana loquutis est . Item in via se concomitantibus . Matthæi 8. *Sequentibus se dixit: Amen dico vobis: Non inveni tantam fidem in Israël.* Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abram, & Iacob, & Jacob, in Regno Celorum &c. Modo sibi occurribus, Lucæ 17. dixit leprosis sibi occurribus: *Ite*—
q[ui]en-

ostendite vos Sacerdosibus. Item in hospitiis : modo ante convivium , dum parabatur convivium , ut patet in Maria , quæ sedens ad pedes ejus , audiebat verbum illius , dum Martha parabat , Lucæ 10. Modo in ipso convivio . Lucæ 14. Dicebat autem & ad invitatos parabolam , attendens quomodo primos accusitus eligent , dicens ad illos : Cum invitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco &c. Modo post convivium , ut patet Joannis 13. in sermone , quem fecit discipulis post Cœnam . Item quandoque de nocte , ut patet in verbis , quæ habuit cum Nicodemo , Joannis 3. Quandoque de die , ut patet in verbis , quæ habuit cum Nathanaële , Joannis 1. Item quandoque discipulis suis ; ut patet frequenter in Evangelio . Quandoque adversariis , Lucæ 14. Respondens Iesus ad Legisperitos , & Pharisæos &c. Item non solum ante Passionem , juxta illud : Hæc sunt verba , que loquutus sum vobis , cum adhuc essem vobis , Lucæ ultimo ; sed post resurrectionem . Actuum 1. Per dies quadraginta apparetis eis , & loquens de regno Dei. Præterea , non solum Christus , sed etiam egregius Prædictor reliquit hujusmodi exemplum , qui dixit Actuum 20. Per triennium die ac nocte non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrum . Habetur ergo exemplum a Christo , & a summo Prædicatore post Christum de his familiaribus loquutionibus adiutoriis . Item a quolibet Sacerdote sic est faciendum . Unde Gregorius in Homilia in Evangelio 17. ad Sacerdotes sic dicit . Quiquis ad vos se adjunxerit , ex lingua vestra sale cordiatur . Cum lascivientem , & lubricum quempiam videmus , admonendus est , ut coniugio refrenare studeat iniuriam suam : quatenus per hoc , quod licet , disfatur superare , quod non licet . Cum conjugatum videmus , admonendus est , ut si exerceat curam seculi , ne postponat amorem Dei : sic placeat voluntati conjugis , ut non displiceat conditori . Cum clericum videmus , admonendus est , quatenus sic vivat , ut exemplum vita secularibus praebeat : ne si quid in illo juste reprehenditur , ex ejus virtute ipsa Religionis nostra affirmatio gravetur . Cum monachum videmus , admonendus est , ut reverentiam habitus sui in acta , in loquutione , in cogitatione sua semper circunspiciat , ut ea quæ mundi sunt , perfette deserat , & quod ostendit humanis oculis habitu , hoc ante Dei oculos moribus praetendat . Iste itaque qui iam sanctus est , admoneatur ut crescat : ille verum qui adhuc iniquus est , admoneatur , ut se corrigat : quatenus qui quis se ad Sacerdotem junxit , sale sermonis illius conditus recedat . Hec Gregorius . Præterea non solum Sacerdotibus est hoc mandatum , sed etiam cuiilibet Christiano . Unde summus Papa Petrus , 1. Petri 4. Si quis loquitur , quasi sermones Dei . Et Summus Doctor , Ephesiorum 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat , sed si quis bonus est ad adiacionem fidei , ut det gratiam audi entibus . Quid ergo debent facere circa hoc Prædictatores , quorum est docere : cum quilibet Sacerdos , immo quilibet Christianus , de hoc habeat mandatum ? Item notandum , quod colloquio specialis de bono frequenter fructuosis est , quam sermo communis , & hoc duabus de causis . Una est , quia in ea suadetur homini de magis sibi necessariis , sicut medicus de magis competentibus loquitur infirmo in domo sua , quam in loquitione communis in scholis . Et sic facere doce-

docemur , Ecclesiastici 37. ubi dicitur . Cum viro irreligioso tracta de sanctitate , & cum injusto de justitia , & cum muliere de his , quæ amulatur : cum timido de bello , cum negotiato de trajectione , cum emptore de venditione , cum viro livido de gratiis agendis , cum impio de pietate , cum inbonesto de honestate , cum operario agrario de omni opere , cum operario annuali , de consummatione anni , cum servo pigro de multa operatione . Alia est , quia hujusmodi verba altius insiguntur frequenter , sicut sagitta directa in aliquem , frequentius insigitur in illum . Tobiae 4. dixit pater ad filium , loquens ei familiariter : Audi fili mi verba oris mei , & ea in corde tuo quasi fundamentum (quod , scilicet , profunda jacitur) construe . Quibus auditis , respondens filius dixit : Omnia quacumque præcepisti mibi , faciam pater . Quis obsecro unquam dixit tale de omnibus auditis in sermone communis ? Item notandum , quod hujusmodi sermones valent ad famam sic loquentis . Maximum enim argumentum est , quod homo Deum multum habet in corde , cum de ipso libenter , & frequenter loquitur . Unde Gregorius : Apud omnes homines corda pensantur ex verbis . Et Isidorus : Mores hominum pandit lingua , & qualis sermo ostenditur , talis animis comprobatur : Hieronymus : Hujuscemodi homines , qui de Deo frequenter , & ubique loquantur , solent boni , & sancti homines reputari . Item valent ad meritum . Quia sicut operarius qui laborat manibus , quanto frequentius applicat manus ad opus , tanto plus lucratr ; ita Prædictor quanto frequentius uitit lingua in bonum , non solum in communis sermone , sed etiam in singularibus stationibus plus meretur . Ideo dicitur Ecclesiastici ultimo : Dedit mihi Dominus mercedem meam , & in lingua ipsa laudabo eum . Sequitur ergo ex hujusmodi loquutionibus utilitas propria Prædictoris , & quoad famam , & quoad meritum . Patet ergo ex iam dictis , quod sunt quatuor , quæ movere debent Prædictorem ad affluendum verbis adiutoriis in familiaribus loquutionibus : videlicet , exemplorum majorum fundamenta & minorum fructus ad proximos , & utilitas propria .

CAPUT XXXVIII.

Contra Prædictatores , qui in familiaribus locutionibus loquuntur vanus ad modum secularium .

Contra secundos est notandum , quod quidam Prædictatores sui status immemores , in colloquioibus familiaribus affluunt verbis vanis . Et impletur in ipsis illud Psalmi 40. Et si ingrediebatur ut videret , vanus loquebatur . Et post . Egrediebatur foras , & loquebatur in idipsum . Quia si ingrediuntur claustrum ad contemplandum , referunt rumores forinsecus vanos fratribus : & si egrediuntur , idem faciunt cum secularibus . Porro hoc solet accidere quandoque ex infinita diabolico : liberenter enim procurat diabolus , ut os quod Dei laudes personat , & salutem animarum procurat , per verba hujusmodi vilescat , & fiat alii in malum exemplum . Chrysostomus super Matthæum : Orans sermo vanus qui dicitur , immundo spiritu dictante profertur . Quan-

Quandoque ex cordis vanitate, lingua enim non educit de corde, nisi quod invenit intus: lingua enim vana loquens, vani cordis est indicum. Ifidorus: *Sermo vanus, vani cordis est index.* Quandoque ex inconsideratione. Multi enim non præmeditantur quae loquuntur; sed quicquid venit ad os, statim proferunt: & ideo frequenter afflunt vanis verbis. Exemplum in Vitis Patrum, ubi dicitur, quod duo Fratres ibant ad visitandum beatum Antonium: cum autem in via essent, adjunctus est eis quidam senex volens ire ad eum. Cum autem essent in via illi Fratres loquebantur multa in via. Et cum venissent ad beatum Antonium, dixit Fratribus illis: Bonum sicutum habuistis in itinere senem istum? Et responderunt: Bonum. Iterum dixit seni: Bonos sicos habuisti itineris Fratres istos? At ille dixit: Boni sunt quidem, sed habitatio eorum non habet iannam: quicunque ingreditur, soluit asinum. Hoc autem dixit, quia quicquid veniebat eis ad os, loquebantur. Contra quos dicit de viro justo Ambrosius: *Sermo primo veniat ad limam, quam ad lingam.* Quandoque ex inopia bonorum verborum. Propter hoc enim vana loquuntur, quia non habent in prompta aliud quod loquuntur. Sed in hoc casu melius esset tacere cuilibet, ut ex hoc si stultus esset, sapiens reputaretur. Ecclesiastici 20. *Est autem tacens non habens sensum loquelle.* Quandoque ex longo consortio cum hominibus vaniloquis. Ex hoc enim accidit, quod addiscunt linguam eorum, & suam obliviscuntur, licet sit melior: sicut facit Gallicus comorans inter homines alterius linguae: linguam suam pro parte oblitivisceatur, & aliam addiscit. 2. Nehemias ultimo: *Fili Iudeorum quorundam ex media parte loquebantur Azotice, & nechiebant loqui iudeice, & loquebantur juxta linguam populi, & populi.* Et hoc propter uxorem patrum, quae erant illius linguae. Quandoque propter defectum statera. Sicut accidit in domo, in qua non datur vinum, vel annona ad mensuram: tunc enim nimis effunditur inutiliter. *Ita vir stultus, qui non moderat in flatera verba sua, effundit superflua verba.* Gregorius. Sunt enim multæ rationes, quare Prædicatores debent cavere ab his verbis. Ipsi enim sunt os Dei, juxta illud. *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris.* Jeremias 15. Quod exponit de Prædicatore. Valde autem indecens est, quod os Domini proferat hujusmodi verba. Item os Prædicatoris est fons, unde egreditur dulcis aqua sapientia. Unde contra naturam est, ut inde egrediatur amaritudo verbi secularis. Jacobi 3. *Nunquid de eodem foramine fons emanat dulcem, & amaram aquam?* Item os Prædicatoris consecratum est ad divina. Unde magis cavere debet a secularibus verbis. Quod enim consecratum est Deo, non debet in usus seculares redigi. Bernardus: *Os tuum conjectasti Evangelio: ad nugas jam aperire illicitum est, affuse cere sacrilegium.* Item boni Prædicatores non sunt de hoc mundo, sicut Christus non fuit de mundo, sed defusus sunt, sicut & Christus. Et ideo quando vadunt per mundum, non debent dimittere linguam suam cælestem propter linguam mundi, sicut Gallicus quocumque vadit, & non de facilis dimittit linguam suam propter aliam, propter nobilitatem sue lingue, & patriæ sua. Joannis 3. *Qui de terra est, de terra loquitur.* Et post: *Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur, non mundi.* Item pueri in scholis, quibus posita est lex loquendi, & non Romantum, quando

incident etiam casualiter in verbum Romantum, statim puniuntur cum secula in confusione suam: quanto magis digni sunt confusione, & pena, illi quorum interest loqui utilia, quaodo loquuntur vana? Matthæi 12. *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.* Quanto magis prædicatores? Item dicit Bernardus de Sacerdote: *Sacerdotis labia custodiunt scientiam: & tegem de ore ejus requirent.* Non nugas, aut fabulas. Quanto magis hoc requiriatur ab eo, qui est Sacerdos, & Prædicator, ut nugas, vel fabulas, ejus os non proferat? Item legitur in Vitis Patrum, quod duæ sorores uxores duorum fratum habitantium in eadem domo dixerunt adiuvicem, quod de ore earum non egredetur verbum secularie usque ad mortem. Magna verecundia. Mulieres, quibus non decet prædicare, se cauent a verbis secularibus: & Prædicatores verbis secularibus fè infundunt? Item dicit Idorus de summo bono: In ore Christiani, vani sermones esse non debent. Nam sicut malos mores colloquia bona corrumpunt, ita bonos mores colloquia prava. Si autem hujusmodi corruptio sic commendanda est cuilibet Christiano, quanto magis Prædicatori, cuius est verbis alias adificare? Item seculares si loquuntur secularia, habent qualcumque excusationem, quia non noverrunt Scripturas, in quibus continentur utilia ad loquendum: Prædicatores vero, qui Scripturas noverrunt, non hujusmodi excusationem habent. Ambrosius: Non mediocre periculum est, cum habeas tanta eloqua Dei, & opera, qua fecit in Genesi, Exodo, Levitico, Numerorum, Deuteronomii, & Iesu Nave, & Judicum, Esdræ, Regum, & in Evangelio, & in Actibus Apostolorum: si, illis prætermisso, loquaris, quæ seculi sunt, & audias, quæ seculi sunt intente. Gregorius in dialogis: *Loquendo cum secularibus, fit ut ab otiosis ad noxiam, a levibus ad graviora veniamus:* & os nostrum ab omnipotente Deo tanto minus exaudiatur in prece, quanto amplius inquinatur ita locutione. Ex quo apparet, quantum damnum sit Prædicatori hujusmodi verbis affluenti, qui pro utilitate aliorum discurrat: cum ex hoc cassæ fiant ejus orationes, ad quas recurrere debet post prædicationis laborem.

C A P U T X X X I X .

De Prædicatoribus, quibus cura est babere verba adificatoria.

Circa tertios notandum est, quod Prædicatores, qui in locutionibus privatis intendunt alios verbis adificare, multa debent considerare. Gregorius: *Pensare debet Doctor, quid loquitur, cui loquitur, quando loquitur, & quantum loquitur.* Et additum: *& qualiter loquitur.* Porro considerant quid loquitur: notandum est, quod in hujusmodi locutionibus quandoque dicenda sunt verba sancta: quandoque exempla bona aliqua recitanda: quandoque etiam verba secularia referenda. Sed circa verba sancta hujusmodi attendendum est, ne passim qualibet proferantur, sed solum valde notabilia, & quoad claritatem, ut bene intelligantur, & quoad amabilem materiam, ut libenter audiantur, & quoad utilitatem, ut confe-

conferantur . Circa exempla vero attendendum est , ut sint competentis authoritatis , ne contemnatur : & verisimilia , ut credantur : & aliquam utilitatem continentia , ne inutiliter proferantur . Circa verba vero secularia (si quando dicantur , propter quandam cum hominibus conformitatem) tamen cavendum est , ne talia dicantur , quæ sunt longe a verbis Dei , iuxta illud , 1. Petri 4. *Si quis loquitur , quasi sermones Dei.* Et hujusmodi etiam rara dicantur . Et cum dicantur , aliqua spiritualis utilitas adisceatur eisdem . Consideranti vero cui loquitur , notandum , quod sunt quidam quibus hujusmodi verba non sunt loquenda , vel dicenda , sicut dictum est supra in Titulo de indiscreta prædicationis executione , cap. 17. *Qui busdam vero & si sit loquendum , non tamē a quolibet.* Non enim decet , quod quilibet modice authoritatis , vel gratiæ , majoribus sic loquatur : iuxta illud Ecclesiastici 32. *In medio magnatorum loqui non præsumas , & ubi sunt senes , non multum loquaris.* Quidam vero sunt , quibus omnes habentes sensum loquela , loqui possunt , sicut sunt simplices , & minores , & laici . In consideratione vero quando loquitur , cavendum est , quod non loquatur omnibus hominibus , nisi quando sunt sobri : qui in tali statu viget ratio ad intelligendum . Et quando sunt liberi ab occupationibus . Non enim Dominus loquebatur Marthæ occupatae , sed Mariae vacanti . Et quando sunt parati . Quia ubi non est auditus , non est sermo effundendus . Ideo Dominus loqui volens Phariseo , paravit sibi primo audientem , prædicens ei : *Simoz bæbo tibi aliquid dicere.* Et ille : *Muzifer dic.* Tunc autem maxime verba hujusmodi in medium sunt preferenda , quando caute , & liberenter possint per hujusmodi verba , secularia , & mala verba interrumpi . In consideratione vero quantitatis locutionis videndum est , ne nimis continue , vel nimis multa , vel nimis prolixa loquatur , ne fastidium generetur . Tunc ergo erit modus in quantitate , & moderatus , quando interpolate , & pauca numero , & brevia proferuntur . In consideratione vero modi loquendi , notandum , quod varius modus est habendus , secundum varietatem personarum iuxta doctrinam Pauli . 1. ad Timotheum 5. *Seniorem non increpaveris , sed obsecra , ut patrem : juvenes , ut fratres : anas , ut matres : juvenulas , ut frvores in omni cæstitate.* Item quandoque loquendum est ad partem secreto , quandoque coram aliis secundum doctrinam Salvatoris . Item quandoque pauca , & brevia , quandoque diffusius secundum conditiones personarum , & materias de quibus est sermo . Sunt & alia multa de ista materia , supra in Titulo 17. de indiscreta prædicationis executione .

C A P U T X L.

De his , quæ requiruntur circa hospitalitatem pauperum
Prædicatorum .

Circa hospitalitatem pauperum Prædicatorum , est notandum , quod sunt quidam qui ex minore fiducia de Deo , quando discurrent , sunt nimis solliciti de hospitio , in quo habeant necessaria . In quorum re- prehensione

prehensione dicit Dominus , Lucæ 22. *Quando misi vos sine sacculo , & pera , & calceamentis , nunquid aliquid defuit vobis ? At illi dixerunt : Nihil.* Alii sunt , qui non solum circa hoc sunt solliciti , sed propter hoc declinant interdum loca , in quibus majorem fructum facerent , declinantes mala hospitia , & sestantes bona . Et hoc est contra exemplum Salvatoris , qui frequenter prædicabat in Jerusalem , ubi tamen cum prædicasset , propter defestum hospitiis oportebat cum redire circa noctem , & ire in Bethaniam causa hospitiis , sicut patet Matthæi 21. in textu , & in Glossa finali : Alii sunt , qui pejus facientes , propter hujusmodi dissidentiam portant aliquam provisionem sibi interdictam . Contra quod dicitur Lucæ 9. *Nihil tuleritis in via , neque peram , neque pecuniam , neque panem.* Alii sunt , qui nimis cauti circa hospitiis conditions animadvertendas , quandoque declinant ad personas infames , vel suspicetas . Contra quod dicitur Matthæi 10. *In quacumque Civitatem , vel Castellum intraveritis , interrogate , quis in ea dignus sit.* Glossa : *Testimonio vicinorum eligendus est hospes , ne ejus infamia Prædicator laceratur.* Alii sunt , qui multas superfluitates in cibis , & potibus , vel procurant , vel susinent pro se fieri : quod est valde indecens in pauperibus Christi . Contra quod dicitur Lucæ 10. *Edenies , & bibentes , quæ apud illos sunt.* Quasi dicat : Sufficiant vobis quæ sunt in domo , ita ut propter vos nihil extra queratur . Alii sunt , qui in hospitiis signa sanctitatis parva , aut nulla ostendentes , non relinquunt de se aliquam bonam famam . Quæ contra dicit hospita Heliæ ad virum suum de Heliæo 4. *Animadverto , quod vir Dei sanctus est iste , qui pertransit per nos frequenter.* Eo vide quantum ex hoc fuit angmentata in ea devotione : nam sequitur : *Faciamus ei cœnaculum parvum , & ponamus in eo lectulum , & mensam , & sellam , & candelabrum , ut cum venerit ad nos , maneat ibi.* Alii sunt , qui ab hospitiis multa beneficia recipentes , tamen ingrati nihil eis rependunt . Quo contra legitur de Viris sanctis , quod valde grati exiterunt hospitiis suis , pro eis orantes apud Deum , & apud homines . Exemplum Heliæ , qui pro filio viduae hospite sua , clamavit 3. Regum 17. *Domine Deus meus , etiamne vidua , apud quam ego utcumque suscitior , affixisti , ut interficeres filium ejus.* Et ad preces ejus suscitatus est . Item exemplum de Heliæo . Dixit enim , 4. Regum 4. hospite sua , sedule ministranti . *Quid vis , ut faciam tibi ? Nunquid habes negotium , & vis ut loquar Regi , sive Principi militie ?* Qua respondente , se carere filiis , filium impetravit : & eundem postea suscitatus defunctum . Item exemplum de Paulo , qui dicit Romanorum ultimo : *Commendo vobis Pheben sororem nostram , quæ est in ministerio Ecclesiæ , quæ est Cencbris , ut eam suscipiantis in Domino digne sanctis , & afflati sibi in quocumque negotio vestri indigerit : etenim ipsa astitit multis , & mihi ipsi . Ita multe , secundum Glossam , erat nobilissima , & suscepit bat Ecclesiæ , quæ erat Cencbris , & venerat Romam pro quibusdam negotiis ; & ideo Paulus gratus eos pro ea sic rogabat .* Alii sunt , qui contra eos , qui eis negant hospitia , permitto quandoque prorumpunt in obloquitiones , & alia mala verba . De quibus Lucæ 9. *Ipsæ faciem suam firmavit , ut iret in Jerusalem . Et misit nuncios ante conspectum suum , & euntentes intraverunt*

in Civitatem Samaritanorum, ut pararent illi, & non receperunt eum: quia facies ejus erat eunis in Ierusalem. Cum vidissent autem discipuli ejus Jacobus, & Joannes, dixerunt: Domine vis dicamus, ut ignis descendat de Calo, & consumat illos? Sed notandum, quod Dominus compescuit illos statim. Unde sequitur: Ex conversus increpavimus illos, dicens: Nesciis cajus spiritus es sis. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare. Ex prædictis colligitur, quod ad bonum Prædicatorem Christi pauperem non pertinet multum esse sollicitum de hospitio: nec propter hoc loca apta fructui declinare, vel provisionem portare: suspecta cavere hospitia: ubique paucis esse contentum: bonam famam post se in hospitio relinquere: a gravamine hospitium cavere; hospitibus non esse ingratum, negantibus hospitium non indignari.

C A P U T X L I .

De occupationibus Prædicatoris circa negotia secularia.

Circa occupationes Prædicatorum circa negotia secularia hujusmodi notandum, quod sunt quidam Prædicatores, qui ita adeo hoc refugiant, quod etiam in piis negotiis non juvent auditores suos: similes struthioni, qui de pullis suis non curat. Verum hoc exemplum non habetur a Domino? Ipse enim compassus sic fuit turbæ sequenti sermones suos, quod pavit eos in deserto miraculose, ne deficerent in via, Joannis 6. Auditoribus suis etiam conferebat sanitatem, & alia beneficia multa. Actuum 10. Qui pertransit beneficiendo, & sanando omnes oppresos a Diabolo. Paulus etiam modo scribebat pro conversis ad fidem, Romanorum ultimo. Et 1. Corinthiorum ultimo. Modo faciebat collectas pro eis, sicut patet 1. Corinthiorum ultimo. Et 2. Corinthiorum 9. Modo ex compassione sic erat sollicitus pro eis, quod dicit 2. Corinthiorum 2. Prater ea, qua extrinsecus sunt, instantia quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Apostoli etiam in primitiva Ecclesia sic curabant de his, qui convertebantur, quod hominibus necessaria ministrabant, ut patet in Actibus Apostolorum. Præterea tanta est Hæreticis cura de auditoribus suis, quod non cessant discurrere, & congregare cleemosynas, ut de ipsis suffident credentes suos pauperes, & allicant alios socios suos ad credendum eisdem. Quanto magis pertinet hoc opus pium ad nos Prædicatores? Præterea super illud. 1. Petri 5. Providentes non coacte, sed spontane. Et super illud 1. Petri 5. Pascite qui in vobis est, gregem Dei. Providentes, dicit Glossa, de omnibus necessariis. Patet ex iam dictis, quod pertinet ad bonum Prædicatorem, non ita se abstrahere a negotiis auditorum, sed pro loco, & tempore in piis negotiis, & in necessitate juvare eisdem. Unde Gregorius in Pastorali, Parte 2. cap. 7. Quidam sic fibimet vacare ad spiritualia appetant, ut rebus exterioribus nullatenus occupentur. Qui cum curare corporalia funditus negligunt, subditorum necessitatibus minime concurrunt. Quorum nimis prædicatio plerumque despiciuntur, quia dum delinquentium facta corripiant, sed tamen

eis

dis necessaria vita presentis non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur. Egentis etenim mentem doctrina sermo non penetrat, si hunc apud ejus animum manus misericordia non commendat. Tunc autem verbi semen facile germinat, quando hoc in audientis peccatore pietas prædicantis rigat. Alii sunt, qui e contrario circa negotia hominum nimis implicantur, modo circa negotia amicorum, modo circa curam mulierum, modo circa quoscumque sibi occurrentes: de quibus Gregorius in Pastorali Parte 2. Cap. 7. Nonnulli velut oblitii quod fratribus animorum causa prælati sunt, rito cordis adiutori secularibus curris inferunt: has, cum adsint, se agere exultant. Ad has etiam, cum defantur diebus, ac noctibus cogitationis turbidae astibus anhelant. Cumque ab his, cefante forsan oportunitate, quieti sunt, ipsa deterius sua quiete fatigantur. Voluptatem namque censem, si actionibus deprimitur; laborem depitant, si in terrenis negotiis non laborant. Et notandum, quod hujusmodi occupationi in Prædicatore paupere, & religioso sequuntur tria mala. Primum est damnatio status sui. Quod deplorans Hieremias secundum Gregorium, ubi supra Trenorum 4. Quomodo obscuratum est aurum, & mutatus est color optimus. Dispersi sunt lapides sanctuariori in capite omnium platearum. Gregorius: Aurum obscuratur, cum terrenis actibus sanctuariori vita polluitur. Color optimus commutatur, cum quorundam, qui degere religiose credebantur, astimatio ante acta minuitur. Nam cum quilibet post sanctuariorum habitum terrenis se actibus in serie, quasi colore permutato ante humanos oculos ejus reverentia despectu palefacit. Sanctuariori quoque lapides in plateas disperguntur, cum causarum secularium foras lata itinera expetunt hi, qui ad ornatum Ecclesie interius mysteriis quasi in secretis sanctuariorum vacare debuerunt. Secundum est delectatio Diaboli. Hujusmodi enim secularies occupationes sunt quasi retia. Et quando Diabolus Prædicatorem, quem multum persecuitur, inventit illaqueatum in hujusmodi occupationibus, facilius capit eum, & deservit in eum, sicut venator in feram, quam invenit in retibus. Job 18. Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis ejus ambulat. Tenebitur planta illius laqueo, & exardebet contra eum sitis: id est, Diabolus, secundum Glossam, qui sitis dicitur, quia sitis vitam hominis. Tertium est, impedimentum prædications. Hujusmodi enim occupationes impediunt sic occupatum a prædicatione. Quod cavendum est Prædicatori. Ideo dicitur, Lucæ 10. Nolite portare peram. Gregorius: Quid per peram, nisi onera seculi? Qui ergo prædications officium suscipit, dignum est, ut onus secularium non portet: ne dum hoc colla ejus deprimit, ad prædicandum celestia non insurgat. Nota, quod Dominus, ne impediretur prædicatio, prohibuit discipulum a sepulture patris, dicens Lucæ 9. Sine, ut mortui sepietant mortuos suos: tu autem vade, & annuncia Regnum Dei. Item propter hoc idem, noluit, ut discipuli aliquem salutarent in via, dicens: Lucæ 10. Neminem salutaveritis per viam. Prædicatori neminein salutare per viam conceditur, ut cum quanta festinatione iter prædications peragi debeat, ostendatur. Item propter hoc voluit, ut de necessariis vita curam non haberemus sollicitam, dicens: Lucæ 10. Nolite portare sacculum. Glossa Gregorii: Ne dum mens eorum occupatur ad temporalia, minus aliis provideat

eter-

eterna. Si ergo sepultura patris, salutatio in via, provisio necessariorum, sunt dimittenda propter officium prædicationis, quanto magis secularia? Patet ergo, quod propter sui status honorem, & propter hostis infidias, & propter prædicationis impedimentum, cavendum est Prædicatori ab hujusmodi occupationibus. Ad hoc etiam facit, quod Jethro Gentilis reprehendit Moysen super nimia occupatione super negotia populi, Exodi 18. Si autem ille, qui curam habebat super hoc reprehensus fuit, quanto magis Prædicatori hujusmodi cura carent? Gregorius in Pastorali, Parte 2. cap. 7. *Moyses Jethro alienigena reprobatione judicatur, quod terrenis populorum negotiis stulto labore deserviat: cuius & consilium mox præbetur, ut pro se alios ad iurria dirimenda constituat, & ipse liberius ad erudiendos populos spiritualium arcana cognoscat.* Hinc etiam est, quod Paulus Apostolus viros aptos ad spiritualia nolens occupare circa hujusmodi negotia, dicit: 1. Corinthiorum 6. *Secularia judicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum.* Gregorius: *Ut ipsi videlicet dispensationibus terrenis inserviant, quos dona spiritualia non exornant.* Hinc est etiam, quod Salvator voluit summos, & primos Prædicatores omnes pauperes, ne per occupationem circa negotia temporalia intellectus eorum obfucaretur. Gregorius ubi supra: *A subditis vero inferiora gerenda sunt, a rectoribus summa cogitanda: ut scilicet, oculum qui providentis gressibus præcuniet, cura pulveris non obscurere.* In quo notandum est, quod qui non sunt Prædicatores circa propria temporalia in aliquo occupari, non multum acceptant, quod circa aliena temporalia nimis occupentur. Quia ergo reprehensibile est in Prædicatori, & a negotiis se omnino abstrahere, vel in illis se nimis immersere, dicit Gregorius, ubi supra: *Sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in interiorum occupatione non relinquens: ne aut exterioribus deditus occupatus ab intimis corrut, aut solis interioribus occupatus, qua foris debet proximus non impendat.* Hinc est, quod dicitur Ezechielis 44. *Sacerdotes caput suum non radent, neque comam nutrient, sed tondentes attondeant capita sua.* Gregorius, ubi supra: *Sacerdotes recte, & caput prohibentur radere, & comam nutritre: ut cogitatione carnis de via subditorum, nec a se fundit amputent, nec rursum ad cresendum nimis relaxent: sed tondentes capita sua tondeant: ut & curæ temporalis solicitudinis, & quantum necesse est provideant, & tamen rescentur citius, ne immoderatus excrescant.* Circa hoc ergo tenendum est medium. Ad quod tenendum debet Prædicator cavere, ne unquam occupet se circa negotia secularia, nec occupetur circa negotia carnalia carnalium amicorum, sed circa talia, quæ Dominum sappiant, ut sunt opera pietatis, ut sunt tractatus pacis, intercessio pro misericordibus personis, consilium dare simplicibus. Inde est, quod Paulus interdicens Timotheo circa negotia temporalia occupationem, incitat eum dicens: 1. Timothei 4. *Exerce autem te ipsum ad pietatem.* Item ipsum est cavere ab offensionis hominum, ne impediatur fructus animalium, exemplo Pauli, qui per omnia omnibus placebat. 1. Corinthiorum 10. *Debet cavere odiosas occupationes; ut sunt compromissorum receptio, inquisitiones, visitationes, & huius-*

& hujusmodi judicialia: in quibus frequenter oportet multos offendere. Unde Dominus cuidam dicenti sibi, ut diceret fratri suo, ut cum eo dividaret hereditatem, respondit: *Homo, quis me constituit judicem, aut divisorem super vos?* Lucas 12. Si ergo judex vivorum & mortuorum factus Prædicator, hujusmodi judiciale occupationem sic renuit, quanto magis alii quicumque pauperes Prædicatores debent hoc facere? Item, sunt quedam negotia periculosa, quæ incertos eventus habent, ut promotio ad dignitates, beneficia Ecclesiastica, afflisteret magnatibus in consilio, & similia. Hoc debet similiter evitare Prædicator sapiens, ne dum aliis velit prodefe, se ipsum perdat: *Quid enim prodest homini, si universum mundum lacretur, anima vero sua derrimentum patiatur?* Matthaei 16. Item sunt quedam, quæ sunt nimis prolixa, ut executio testamentorum, cura personarum aliquarum, obligatio per provisiones ad aliqua facienda, & similia. Et hæc carvenda sunt Prædicatori, qui semper debet se servare liberum ad suum officium exequendum. Propter quod signanter dicit Apostolus: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.* 2. Timothei 2. Implicatio enim est sic intrare, quod non possit homo exire cum voluerit. Item hujusmodi negotia, si quandoque assumuntur, potius sunt assumenta ex necessitate, quam ex amore. Gregorius in Pastorali: *Secularia negotia aliquando ex compassione toleranda sunt, nunquam vero ex amore requirenda.*

C A P U T X L I I .

De consiliis Prædicatorum.

Circa consilia danda a Prædicatoribus notandum est, quod frequenter debet accidere, quod homines veniant ad Prædicatores causa consiliorum. Unde Lucas 3. dicitur, quod turbæ, & publicani, & milites, venerunt ad Joannem prædicantem in deserto, querentes ab eo, quid faciemus? Et Lucas 18. dicitur, quod quidam accedens ad Dominum Jesum, dixit ei: *Magister bone, quid faciens vitam aeternam possidebo?* Item Actuum 2. dicitur, quod predicante Petro, auditis verbis ejus, compuncti sunt corde, & dixerunt Petro, & ad reliquos Apostolos: *Quid faciemus viri fratres?* Sed notandum, quod quidam accedebant ad Dominum non cum bono animo, sed animo tentandi. Matthaei 19. *Accesserunt ad Jesum Pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa?* Et dicunt iterum ei Pharisæi tentando: *Licet dare censam Casari, an non?* Et Lucas 10. *Quidam legisperitus surrexit tentans eum, & dixit: Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo?* Verum Dominus circa tales caute se habuit, & cognoscendo eorum astutias, ut revera cognosceret illas, & prudenter responderet, sicut patet in eisdem capitulis: dans in hoc exemplum futuris Prædicatoribus, ut similiter se haberent ad tales. Alii sunt, qui interdum querunt consilia de temporalibus, quod etiam non est negandum, cum pietas hoc requirit ab eis, qui neverunt in talibus. Exemplum in Joseph, qui dedit consilium Pharaoni de congregandis fructibus pro-

communi bono terræ , Genesij 41. Alii sunt , qui quandoque requirunt consilia de carnali necessitate , ut infirmi . Quod etiam non est negandum ab eis , qui in talibus neverunt , exemplo Pauli , qui consuluit Timotheo , modo vino uti propter stomachum , & frequentes infirmitates , 1. Timothei 5. Alii sunt , qui , quod melius est , requirunt interdum consilia de pertinentibus ad animam , & ejus salutem : & circa hoc cum majori diligentia est Prædicatori vacandum : quia ex his si bona , vel mala fuerint , falso , vel damnatio dependet . Verum sunt aliqui , qui dant interdum mala consilia de pertinentibus ad salutem . Et hoc quandoque ex ignorantia . Et ideo a sapientibus semper sunt querenda consilia , & non a fatis , ne erretur propter eorum ignorantiam . Ecclesiastici 8. *Cum fatuis consilium non habeas.* Quandoque ex pusillanimitate , non audent dicere quandoque quibusdam magnatibus in consiliis veritatem : dissimiles valde Joanni Baptista , qui dicebat audiacter Herodi : *Non licet tibi habere uxorem fratris tui* , Marci 6. Quandoque etiam propter adulacionem . *Quidam enim placere volentes quibusdam* , loquuntur eis placentia circa restituções , & hujusmodi , qua gravia sunt : similes profecto illis , de quibus dicitur : Ezechielis 13. *Ve qui considunt pulvillo sub omni cubito manus : & faciunt cervicalia sub capite universa catenis ad capiendas animas.* Quod secundum expositorem , moraliter exponitur de adulantibus peccatoribus in malis suis . Quia sicut pulvillus , & cervical valent ad requiescendum , ita peccatores propter hujusmodi adulaciones , quiescent in malis suis . Quandoque propter falsam pietatem : sicut faciunt illi , qui compatientes quibusdam pauperibus , dant eis fiduciam , quod non oporteat eos omnia vendere propter restituções , & familia . Contra quod dicitur , Exodi 23. *Papperis non misereberis in iudicio.* Quandoque propter cupiditatem : sicut faciunt illi sacerdotes , qui de eis , de quibus debent fieri restituções , faciunt missas celebrari , vel fieri anniversaria , ut haec ad eos deveniant . Ezechielis 13. dicitur de eis : *Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei , & fragmen panis , ut interficerent animas , qua non moriuntur , & vivificant animas , qua non vivunt , mentientes populo.* Quandoque propter favorem hominum habendum : sicut faciunt illi , qui dicuntur facere bonum forum de penitentiis , ut plures ad eos concurvant . Iste sunt similes Absalonii , qui omnes venientes ad judicium dicebat habere caufam bonam , ut post se populum traheret , 2. Regum 15. Porro ex hujusmodi malis consiliis sequuntur multa mala . Unum est , decipitio sic consultorum . Confidunt enim in hujusmodi consiliis , & sic decipiuntur : quia propter hoc non excusat , quin eis imputetur , si faciant ea . Ecclesiastici 27. *Facienti consilium nequissimum , super ipsum devolvetur.* Ideo dicitur in eodem lib. cap. 37. *A consiliario malo serva animam tuam.* Aliud est damnificatio aliorum multorum . Interdum enim consilium malum datum alicui , nocet aliis multis , sicut patet in Roboano , qui ad consilium malum juvenum , populum , multum gravare studebat : unde multa mala fecuta sunt in toto Regno Israël , ut patet , 3. Regum 12. Sic etiam ex malo consilio dato alicui magnati circa Regnum terræ sue , multa mala sequuntur in subditis suis . Aliud est propria damnificatio sic consulentis . Non enim excusat male

male consulens circa salutem animæ , sicut nec medicus male consulens circa salutem corporis , & ignoranter : quando quidem cum caco , quem ipse cœsus dicit consulendo , cadet in foveam . Ideo dicitur secundo Paralipomenon cap. 19. *Quocunque judicaveritis , in vos redundabit.* Aliud est periculum prælatorum . Vertitur enim in periculum animarum eorum , cum tales ponunt circa animas consulendas , qui non habent adhuc competentem sufficientiam . Ideo Mathatias non dedit quemlibet de filiis suis pro consiliario , sed probatum , & sufficientem , dicens : 1. Machabæorum cap. 2. *Simon frater vester , scio quod vtr consilii est : ipsum audire semper.* Deuteronomii cap. 16. *Judices , & Magistros consitutes : scilicet , tales judices , qui sunt , vel reputari possunt magistri.* Aliud est confusio consulentis . Sic enim redundat in confusione Ecclesiæ alicujus , vel collegii , vel religionis , cum habet malos consiliarios circa animarum salutem : ideo Dominus in consolationem Ecclesiæ destituta bonis consiliariis dicit : Isaïæ 1. *Restituam Judicetos , ut fuerunt prius , & consiliarios tuos , scitæ antiquitus : idest , ut fuerunt in statu primitiva Ecclesiæ.* Aliud est scandalum finale . Liceat enim aliquanto tempore lateant hujusmodi mali consiliarii animarum , tamen interdum denudantur , & venit ad notitiam Prelatorum , & majorum , eorum insipientia : & sequuntur inde mala scandala , & turbationes . Job. 12. *Adducit consiliarios in stultum suum.* Quod exponitur secundum Glofham de quibusdam malis Prædicatoribus . Deinde notandum , quod ad evitandum hujusmodi periculum animarum circa consilia , sciendum est circa restituções , circa simoniam , circa censoriam Ecclesiasticam , circa irregularitates , & dispensationes in eis , circa vota , circa matrimonia , circa juramenta , & promissa : quoniam circa hoc maxime , & periculose difficultates occurserunt . Et sunt horum duo prima de jure naturali , alia de jure positivo inducta . Unum vero ab hominis voluntate inductum est circa Deum , secundum ab eodem circa hominem : aliud vero ab eodem circa utrumque . Item ad idem vitandum , reservandi sunt casus difficiles , cum occurrent , majoribus & sapientioribus : sicut dicit Moyses Deuteronomii cap. 1. *Si difficile vobis aliquid visum fuerit , referre ad me , & ego audiam.* Item aliquando differenda est responsio , ut interdum deliberetur melius , & consilium habeatur : exemplo Job 29. qui dicit : *Causam quam nesciebam , diligenter invigilabam.* Item quandoque sub quadam difficultate , quasi non habebatur potestas in hujusmodi casu , vel alia occasione hujusmodi dimittenda est responsio . Melius est enim nullam consilium dare , quam incertis incerta proferre . Ecclesiastici 5. *Si est tibi intellectus , responde proximo tuo : si autem , si manus tua super os tuum.* Ex prædictis colligitur , quomodo querantur consilia a Prædicatoribus . Item circa que danda sunt consilia ab eisdem . Item ex quibus causis interdum dant mala consilia circa animarum salutem . Item quanta mala sequantur ex hujusmodi consiliis pravis . Item de remedis contra ita prava consilia . (a)

(a) Fusa de Consiliariis agit Vir Clarissimus Joannes Busus Societas Jesu Theologus in suo celebri Opusculo posthumo , *De statibus bominum.*

C A P U T X L I I I .

De auditu confessionum a Prædicatoribus.

Circa audientiam confessionum a Prædicatoribus est notandum, quod multi in prædicatione commoti, solent interdum libenter venire ad confitendum Prædicatori: sed sunt aliqui Prædicatores, qui omnino refugunt confessiones audire, quamvis ad hoc habeant competentem sufficientiam. Illi sunt similes agricolæ, qui libenter seminat, & nihil vult mettere. Per prædicationem enim seminatur, per confessionem vero colligitur fructus. *Quo contra, Isaia 37. Seminate, & metite.* Alii sunt, qui licet confessiones audiunt, tamen nolunt audire nisi aliquarum personarum specialiter. Sed sicut auditorium forensis dicitur esse commune, ita & auditorium in foro anima. Deuteronomi 1. *Nulla erit distantia personarum: ita parvum audietis, ut magnum.* Alii sunt, qui licet multos, & diversos audiunt pro tempore, tamen in audiendo præferunt quandoque personas minus peccatarices, minus indigentes magis indigentibus. Contra quod est illud Matthœi 9. *Non veni vocare justos, sed peccatores ad penitentiam.* Dicitur, quod cum quidam joculator esset in quadam Ecclesia in Quadragesima, & observaret venientes ad confessionem ad quendam bonum virum: vidi, quod ipse primo recipiebat juvenculas ad confessionem, repellens vetulas cum se ingerebant. *Quo viro rediens cepit clamare per vicos, & plateas:* vetulae non habent animas: vetulae non habent animas. Cum autem super hoc fuisse delatus Episcopo Civitatis quasi hereticus, & accusatus coram eo, & requisitus fuisse, si ista dixisset: respondit constanter, quod sic, & quod paratus erat probare hoc. Data super hoc audientia, dixit: Domine, vos notis bene tales sacerdotem, quod sit bonus homo, & bonus Clericus? *Quo concessio, dixit:* Vidi oculis meis, quod non vult recipere vetulas ad confessionem, quando audit confessiones, sed solum juvenculas. Constat igitur, quod si haberent animas, magis indigerent confessionem, quam juvencula, qua minus vixerunt, & minus peccaverunt. Ex hoc ergo, quod ipse, & bonus homo, & bonus Clericus non vult audiire vetulas: relinquit, quod vetulae non habent animas. *Quo dicto, verbum est verbum ejus in risum.* Et vere non solum est risus, sed derisus, quando pueri innocentes, & juvenculae, & hujusmodi, qui non multum indigent, præferuntur peccatoribus magnis in confessione, cum non sit opus valentibus medicis, sed male habentibus, Matthœi 9. Alii sunt, qui quamvis minus personati, vel minus firmi contra tentationes, vel minus sufficietes insensu, vel natura, non timentes pericula scandalorum, vel tentationes, quæ oriuntur ex his, quæ in confessione audiuntur, vel consiliorum, quæ oportet dare in confessione, audacter se exponunt ad confessiones audiendas omnium, induciti quandoque curiositate audiendi secretum hominum: quandoque amore standi cum hominibus, quia vix secum stare possunt: quandoque zelo animalium, qui habent, sed non secundum scientiam; quia dum alios nituntur trahere ad salutem, cum ipsis interdum pereunt: sicut qui

qui naufraganti interdum vult succurrere periclitanti, ponens se cum illo in periculo, periit cum illo: Ecclesiastici 3. *Qui amat periculum in illo peribit.* Alii sunt, qui tanta zelotipia ligati sunt cum personis confitentibus sibi, quod non possunt æquo animo portare, quod aliis confiteantur, quamvis certum sit, quod expediat multoties, quod infirmus multis medicis suam infirmitatem ostendat. Non sic fecit Salvator, sed leprosos ab eo petentes misericordiam, misit ad alios, dicens eis: *Luca 1. Itz, & ostendite vos sacerdotibus.* Alii sunt, qui auditum confessionum vertunt ad quæstum: magis attendendo interdum ad fructum temporalem, qui inde sequitur, quam ad animalium salutem. *Quo contra dicit Apolonus Philippiensem 4. Non quia quaro datum, sed requiro fructum.* Et 2. Corinthiorum 12. *Non queror quo vestra sunt, sed vos.* Alii sunt, qui occasione confessionum tantas contrahunt familiaritates cum mulieribus aliquibus interdum, quod se ipsis maculant, & religionem turpiter infamant. *Quod quani grave sit,* ostendit Augustinus, dicens: *Pejus est quam contumelia, continentiam duce-re criminorum, & infamem facere sanctimoniam: blasphemiam ingerit religioni, & continentiam bonum frustra interioris laborioso agone custodit, qui forinsecus offici, & infamat.* Alii sunt, qui circa confessionis officium minus instruti, aut instructiones super hoc traditas non curantes, frequenter male se habent in exequendo hoc officium: quandoque in requirendo, quandoque in absolvendo, quandoque in consulendo, quandoque in multis aliis, de quibus habetur copiose in Tractatu de Officiis Ordinis, capite ultimo. Cum tamen non sit virtus, vel ars laudabilis in faciendo aliquid, sed in benefaciendo, juxta quod dicitur Marci cap. 7. *Bene omnia fecit.* Ex prædictis colligitur, quod ad Prædicatorem, si sit sufficienter idoneus ad confessiones audiendas, pertinet, quod eas libenter audiat, & in audiendo personas non accipiat, magis indigentes minus indigentibus præferat. Reprehensibile est autem, quod minus sufficiens ad eas audiendas sit magis pronus. Item confitentes, si aliis confiteantur, non graviter ferat: confessionum audientiam ad quæstum non vertat: vel carum occasione nimias mulierum familiaritates non contrahat: vel in exequendo minus bonum se habeat?

C A P U T X L I V .

De Prothematibus.

Circa prothematata notandum, quod quandoque non oportet prothema aliquod, vel orationem sermoni præmittere: sicut in capitulo reli-giosorum, qui ex usu habent sermones apud se slos familiares. Ali quando vero sufficit solum occasionem a prædicationem petente præmittere, sicut in parochiis, in quibus fiunt sermones frequenter. Quandoque vero præponenda sunt prothematata sermoni: ut quando sunt sermones valde solemnes, vel quando expectatur auditorum multitudo, quæ nondum venit, vel quando sit ex improvviso, ut ante sermonem innotescat causa sermonis. Porro circa prothematata providendum est, ut sit tam breve, quod fastidium non generet, ne

ne sermo totus vertatur in tedium, si primo proposita fastidiosa fuerint. Item, quod sit tam gratiosum, quod auditores reddat attentos, & benevolos, & dociles, sicut faciunt authores in poomis librorum. Item quod semper in-fine prothematicis, devote (a) petantur orationes ab auditoribus, pro habenda gratia in sermone, exemplo Pauli, qui dicit: 2.Thessalonicensium 3. *Fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificetur.* Notandum, quod prothema quandoque sumitur a persona prædicantis, ut quando aliquis gratius Prædictor de Ordine Prædicatorum, vel Minorum vult prædicare in aliqua parochia, in qua est ignotus ipse, & status Ordinis sui: exponit a principio statum suum, & Ordinis sui, ne forte credatur esse quæstuariorum Prædictor, dicens illud Pauli. 2.Corinthiorum 12. *Non quero qua vestra sunt, sed vos.* Vel quando insufficientiam suam cognoscens, ipsam pretendit explicare exemplo: Hieremæ. 1. *A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Vel quando necessitatem, quam habet prædicandi ratione officii prædicacionis, vel obedientiæ, exponit, dicens illud, 1. Corinthiorum cap.9. *Nam est evangelizavero, non est mibi gloria, necessitas enim mibi incumbit. Vix enim mibi est, si non evangelizavero.* Et similia. Quandoque vero sumitur ab iis, quibus prædicatur, quando Prædictor proponit thema per quod ostendit diversitates auditorum: in quorum multis perit prædicatio, vel in multis proficit secundum illam Salvatoris parabolam, Luca 8. *Exiit, qui seminat &c.* Vel cum bonis auditoribus bona promittit, malis vero mala minatur, juxta illud, Hebraeorum 6. *Terra enim sapientem super se bibens imbre, &c.* Et multa hujusmodi. Quandoque sumitur a materia, de qua prædicatur, sicut cum prædicatur de aliqua re alta, & profunda, ut est Trinitas, vel Incarnationis, Sacramentum corporis Christi, & hujusmodi, proponitur verbum, per quod peccatum, ut detur intellectus ad loquendum de his, exemplo Pauli, qui dixit, ad Colosenses 4. *Orantes simul & pro nobis, ut Deus operiat nobis opium sermonis ad loquendum Mysterium Christi.* Vel cum prædicatur de re laudanda, ut de Sanctis, qui laudandi sunt ad Dei gloriam, ad ipsorum honorem, ad hominum utilitatem, proponitur verbum pertinens ad eorum laudem: juxta illud, Ecclesiastici 44. *Laudem eorum annunciat Ecclesia.* Vel cum prædicatur de re multum utili ad salutem, ut est penitentia, proponitur verbum, per quod incitantur auditores ad audiendum libenter hujusmodi Prædicatorem, juxta illud Jacobi 1. *In mansuetudine suscipe infinitum*

(a) Preces ad Deum factas a Concionatoriis initio concionis, & inter ipsam etiam concionem, præfertim cum difficilior locus aliquis effet tractandus, docet nos eruditus Bernardinus Ferrarius lib.1. *De ritu sacrorum Ecclesie veteris concionum*, cap. XXIII. Auditorum etiam preces ad Deum ab ipso Concionatore postularas aliquando inter concionandum, idem Autoc. variis S. Augustini locis alatiss ostendit. Porro sive primus S. Viuentius Ferrearius Ordinis Prædicatorum, qui initio Seculi XV, quo ipse floruit, eam consuetudinem invenierit, ut initio Concionis Salutatio Angelica recitaretur, variis quidem Auctores affirmant. Ipse enim singulis sermonibus suis ea premittit verba: *Salutetur Beata Virgo.* Curtandem ea in Ecclesiastum consuetudo in-vesta fuerit, exponit Carolus Regius in suo Otore Christiano sic dicens: *arbitror esse recente institutum, & indecum proper hæresis in Beataam Virginem extortas cum ipsa sit, que omnes hæresis interrimere queat.*

tum verbum, quod potest salvare animas vestras. Quandoque sumitur a verbo proposito pro themate; ut cum est difficile ad intelligendum, proponitur verbum, per quod petitur Spiritus Sanctus, ut eodem spiritu expona-tur, quo fuerat editum, juxta illud Sapientia 9. *Sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & misericordiam Spiritum Sanctum tuum de altissimis.* Vel cum est de magna materiâ, proponitur verbum, per quod ratione magnitudinis hujusmodi mutantur auditores ad diligenter audiendum, juxta illud Proverbiorum 8. *Audite me, quoniam de rebus magnis loquutura sum &c.* Vel cum ostenditur magnitudo loquentis. In quolibet enim verbo di-vine Scripturae non loquitur homo, sed Deus, quæ Spiritu Sancto inspirante loquuti sunt sancti Dei. Propter quod dicebant frequenter Prophetæ: *Audi-tes verbum Dei.* Quasi dicant: Ideo debetis audire, quia Dominus est, qui loquitur. Et hujusmodi multa. Quandoque sumitur a tempore, in quo fit prædicatio, sicut in adventu ostenditur, quod justum est prædicare de-pertinentibus ad illum, cum de illo prophetaverunt omnes Prophetæ, juxta illud Actuum 3. *Omnes Prophetæ a Samuel, & deinceps qui loquuti sunt, annunciarerunt dies istos.* Vel cum in Quadragesima, quod est tempus poenitentia, ostenditur, quod justum est prædicare de poenitentia, cum Joannes, & Salvator exemplum hujus temporis, de hoc primo, & principaliter prædicaverunt. Vel cum in tempore Paschali ostenditur, quod dignum est, quod illo tempore taceat lingua carnis, quo tempore caro surrexit authoris, sicut dicit Gregorius, & similia. Quandoque sumitur a conditione prædicati-onis, ut cum ostenditur, quod debet tendere ad effectum, juxta illud, 2.Corinthiorum 2. *Non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei.* Quod fit, quando non queritur fructus, sed voluntas. Vel cum ostenditur, quod debet esse facilis, juxta illud Proverbiorum 14. *Doctrina pru-dentium facilis.* Vel cum ostenditur, quod debet esse brevis, juxta illud, Canticorum 4. *Sicut vita coccinea labia tua.* Et similia. Sic ergo patet, quod prothematica sunt præponenda sermoni quandoque, quandoque vero non: item qualia debent esse: item a quibus sumenda sunt diversimode.





DE ERUDITIONE RELIGIOSORUM PRÆDICATORUM LIBER SECUNDUS,

In duos tractatus divisus, in quo de modo prompte cedendi sermones ad omne Hominum, & negotiorum genus pertractatur.

Tractatus I. ad omne hominum genus.

LIBRI SCOPUS.

IRCA Materias Sermonum, five Collationum, nota quod interdum multis difficultibus est inventire Materias utiles, & laudabiles, de quibus fiat Sermo, quam, inventa materia, de ipsa sermonem contexere. Et ideo expedit, quod Prædicator semper habeat in promptu Materias ad prædicandum, vel conferendum de Deo, five ad omne genus hominum, five in omni diversitate negotiorum, five secundum variationem temporum, five secundum varietatem omnium Festorum. Porro diversitates hominum, quibus prædicare contingit, possunt assignari, ut assignantur in Tabula hujus tractatus.

1. Ad omnes Homines.

Omnis homo est exhortandus, ut caveat a malo, & faciat bonum, ut possit pervenire ad cœlestem habitationem, ad quam perpetue inhabitandam creatus est. Sicut aliquis, qui tendit ad locum aliquem, declinare debet a via mala, & incedere per bonam, ut possit pervenire ad locum

Liber II. Tractatus I.

cum destinatum. Hic est multa materia loquendi de malo opere cavendo, & de bono opere faciendo, & de felicitate habitationis. Thema, Psalmo 36. Declina a malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi. Item aliter. Omnis homo, cum sit dotatus prærogativa rationis, debet uti ipsa, ad discernendum inter bonum, & malum, inter bona præsentia, & futura, inter mala præsentia, & futura, inter bona corporis, & animæ, inter Creatorem, & creaturam, & similia, ut & quod melius est, eligat. Item cum sit animal mansuetum natura, debet esse pronus ad misericordiam. Item cum sit redditus rationem in die iudicii, debet summe caverre, ne ipsum in vita præsenti in aliquo offendat. Et hic est multa materia loquendi de eligendis ab homine, & hoc quantum ad se: & de misericordia quo ad proximum, & de sollicitudine, quam debet habere circa Deum suum. Thema, Michæl 6. *Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te, utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicite ambulare cum Deo tuo.* Item aliter. Deo tanquam summo Domino omnia debetur timor ab omni homine, juxta illud Malachiæ 1. *Si Dominus omnium ego sum, ubi est timor meus?* Similiter obedientia. Lucas 6. *Quid vocaris me Domine, Domine; & non facitis, que dico vobis?* Non est autem aliquis adeo magnus, qui excipiatur ab ipsis. Et hic est multa materia loquendi de timore Dei, & obedientia debita Deo, & de universalis subjectione omnipotens hominum ad ipsum. Thema, Ecclesiastici ultimo: *Time Deum, & mandata ejus observa: hoc est omnis homo.*

II. Ad omnem populum Christianum.

IN Scripturis divinis fit mentio de triplici populo, scilicet Judaico, qui dicitur circumcisus, & hic licet aliquando fuerit bonus, tamen postmodum est reprobatus. De Gentili, qui dicitur præputium, & hic numquam fuit bonus, nec erit. De Christiano, qui semper fuit bonus, & semper erit bonus. Consistit autem hujus bonitas in vera fide. Et quia fides sine operibus est mortua, & opera sine charitate sunt informi, in charitate autem sunt venustata. Et hic est multa materia loquendi, scilicet, de reprobatione Iudaici populi, & de errore Gentilium, & de vera fide Christiana, & de operibus hujus fidei, & de charitate hæc omnia informante. Thema, Galatarum 2. *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, qua per charitatem operatur.* Augustinus in libro de vita Christiana: *Christianus dicitur quasi unius.* Olim enim, ut dicit Augustinus, solebant inungi Prophetæ, Reges, & Sacerdotes solum. Nunc autem quadam prærogativa dignitatis omnis Christianus inangitur, & hoc pluries, & pluribus in locis, pluribus generibus inunctionis, scilicet, Christmate, oleo ad Cathecumenos, & oleo ad infirmos. Hoc etiam nomen Christianus derivatur a Christo; & ideo debet Christianus Christi naturam sapere, Christum ore, & corde confitendo, in Christo sperando, Christum desiderando, secundum Christum vivendo, quæ Christi sunt querendo, pro Christo sustinendo, Christo serviendo, Christum imitando, Christo inseparabiliter adhærendo, & hujuscmodi

modi multa. Christianæ etiam fidei sunt quædam opera propria super alias nationes multas, videlicet, cavere non solum a peccatis operum, sed etiam a peccatis cogitationum: præcepta non solum Scriptura, sed etiam Juris naturalis omnino servare, super omnia in Christo sperare, futura bona præsentibus præponere, mundi gloriam respuere, adversa præfiantia propter Deum sustinere, a carnalibus desideriis abstinere, nulli malum pro malo reddere, injurio satisfacere, inimicos diligere, post omnia bona facta, servum inutilem se dicere, & alia multa, de quibus habetur abunde in libris Augustini de vita Christiana. Materia loquendi de Christiana unitione, & Mysteriis ejus, & de Christianitate, quam quilibet debet habere Christianus, & de propriis operationibus fidei Christianæ, sine quorum quilibet in vanum aliquis Christianus vocatur. Contra quod Thema, Exodi 20. *Nor affumes nomen Dei tui in vanum.* Item inter Christianum, & Antichristianum sunt multæ differentiæ, sicut inter Christum, & Antichristum. Antichristus enim erit superbus. 2. ad Thessalonicenses 2. *Extollitur super omne, quod dicitur Deus.* Christus autem fuit humilissimus. Item Antichristus erit luxuriosus, licet si mulier castitatem, juxta illud Danielis 11. *Erit in concupiscentiis feminarum.* Christus autem castissimus fuit, & summam castitatem induxit in mundum. Item Antichristus erit dives, sicut patet ex Glossa super illo verbo Danielis 10. *Auro obrido &c.* Christus autem fuit pauperissimus. Item Antichristus utetur potentia, juxta illud 2. ad Thessalonicenses 2. *Cujus est adventus secundum operationem Sarbane in omni virtute.* Glossa: *In omni virtute, id est, humanæ potestatis.* Christus autem usus est benignitatem. Item Antichristus uteatur dolo, juxta illud Danielis 8. *Dirigetur dolus in manu ejus.* Christus autem fuit sine omni dolo. Item in Antichristo malitia. Unde Glossa 2. ad Thessalonicenses 2. *In Antichristo omnis malitia, & omnis iniquitas abundabit.* In Christo autem fuit plenitudo omnis bonitatis. Materia loquendi contra ista mundi vitia, & contra abusum virtutum animæ, & de septem bonis contrariais istis. Exhortandus est omnis Christianus, ut non prædicta Antichristi vitia, sed virtutes prædictæ Christi imitetur. Thema. 1. canonica Epistolæ Joannis 2. *Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare:* hoc est, non sicut Antichristus.

III. Ad omnes personas Ecclesiasticas.

Clerici, & Religiosi, qui sunt separati a ceteris in partem Dei, do-bent habere maiorem sanctitatem, quam ali: sicut olim pars hostiæ, quæ separabatur in usus divinos, sanctior reputabatur tota alia hostia. Sunt autem multæ rationes, quare tenentur ad maiorem sanctitatem. Sunt iterum multa, in quibus consistit ista sanctitas. Sunt item multa, quæ faciunt ad hujusmodi sanctitatem. Materia multa loquendi de his tribus pertinentibus ad istam sanctitatem. Thema, Lucas 20. *Eritis sancti mibi, quia sanctus sum, ego Dominus separavi vos a ceteris populis, ne efficiat mei.* Item alter. Sicut in regno Franciæ omnes, qui sunt infra metas regni illius, quodam largo modo dicuntur populus Regis Franciæ: sed ma-

gis proprie dicuntur ejus populus, illi qui infra ejusdem metas sunt obligati ei ad aliquod certum servitium, licet habeant alios Dominos subiRege. Propriissime vero dicuntur ejus populus specialis, qui immediate subsunt ei, sicut populus Parisiensis. Ita omnes homines tam fideles, quam infideles, quodam largo modo loquendi dicuntur Populus Regis ejusdem aterni, scilicet, Dei. Magis proprie vero Christiani, qui ei specialiter obligati sunt. Propriissime vero cœtus Ecclesiasticarum personarum, quas in suam partem retinuit, dicuntur ejus populus spiritualis, & peculiaris. Ipsum enim tanquam peculiarem diligentius custodit, quasi pupillam oculi sui, ita ut nemo audeat eum tangere, & magis promovet, ita ut super omnes altos sit superexaltatus, & plura ei fecit: sicut patet in multis prærogativis ei factis. Hæc sunt, quæ debent movere hujusmodi populum ad talum Dominum magis diligendum, vehementius pro eo zelandum, firmius ei adhærendum, ad plus ei serviendum, & devotius ei obediendum, ad fidelius in omnibus erga eum se habendum. Hæc enim sunt, quæ solent homines spirituales suo bono Domino exhibere. Materia loquendi contra illas Ecclesiasticas personas, quæ hæc non faciunt, vel in aliquo horum deficiunt. Thema Deuteronomii 7. *Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram.* Item Ecclesiasticæ personæ, quæ sunt sequestratae in partem Dei, elegerunt Domino adhaerere religio seculo, & pertinet ad eas specialiter curare de illis, quæ pertinent ad cultum Dei, & imitari cultum Dei, & custodiare obfervantias Ecclesiasticas, & propter illas mandata Dei non negligere, nec solum mandata generalia, sed etiam peculiaria ad se pertinentia obfervare, & in omnibus esse paratum ad Dei imperium exequendum. Materia loquendi contra illos, qui in his deficiunt. Thema Deuteronomii 16. *Dominum elegisti hodie, ut sis tibi Deus, & ambules in viis ejus, & custodias ceremonias illius, & mandata, atque iudicia; & obedias ejus imperio.* Ut sis tibi Deus, dicit quoad cultum, & hoc quoad primum. *Ambules in viis,* scilicet, ejus exempla imitando, & hoc quoad secundum. *Custodias ceremonias illius:* obfervantias divinitus introductas in Ecclesia, quoad tertium. *Mandata,* scilicet Dei generalia in lege divina data, & hoc quoad quartum. *Judicia,* scilicet, mandata judicialia particularia, que pro foliis personis Ecclesiasticis sunt data, & hoc quoad quintum. *Et obedias ejus imperio,* exequendo scilicet, quicquid ille mandaverit, & hoc quoad sextum.

IV. Ad omnes Religiosos.

Intra omnes Christianos nulli sunt, qui adeo sunt obligati Deo votis, sicut religiosi, quorum vota excedunt alia in tribus. Sunt enim alia vota, quædam ad tempus, ut quædam peregrinationes: hæc autem sunt perpetua usque ad mortem. Alia sunt discontinua, raro facta: hæc autem sunt continua. Alia sunt particularia, & de re unica: hæc autem universalia, quia de rebus, de corpore, & de anima. Item transgressio hujusmodi votorum gravis reputatio ratione ejus, cui mentitur, transgrediens, qui est magnus, & mendacium sciens, & summe detestans, propter quod dicit Psalmi 75.

Vovete, & reddite Domino, quo ad primum: Deo quo ad secundum, & theos, quod est videre: terribili, quo ad tertium. Et ratione ejus, qui merititur, quia mendacium plus dedecet religiosum. Et ratione ejus, de quo est mendacium, quia est circa religionem, ut patet in tribus votis principibus, & observantiis annexis.

Materia loquendi de laude horum votorum, & de periculo transgressionis, & specialiter de quolibet voto. Thema, Deuteronomii 23. Quod semel egressum est de labiis tuis, observabis, & facies, sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es. Item aliter: viri religiosi dicuntur contemplativi specialiter: quemadmodum sancta animalia dicuntur esse plena oculis ad diversa contemplanda. Dicuntur enim habere oculos retro ad contemplandum ea, quae reliquerunt, ne eos iterum allificant. Ante, ad contemplandum, ut in his, quae ante sunt, scilicet, spiritualibus cum Apostolo se extendant. A sinistris, ad contemplandum, ne in adversis deficient. A dextris, ad contemplandum, ne in prosperis se extollant. Deorsum, ad contemplandum, quam horribile sit illuc descendere. Sursum, ad contemplandum quam delectabile sit illuc ascendere. Intus, ad contemplandum, in quo statu sit homo interior. Exterius, ad contemplandum, quomodo ordinetur homo exterior. Materia loquendi de omnibus istis. Thema, Numerorum 27. Ascende montem istum Abarim, & contemplare. Abarim siquidem interpretatur montes transmontium, & signat altitudines Religionum, per quas transmontant transmontes ex hoc mundo ad patrem: sicut transmontes de Francia Romam, transmont per montes. Item aliter, Religiosi cum sint in subiectione, pertinet ad eos audire. Et cum sint viri spirituales pertinat ad eos dijudicando videre. Et maxime hæc, que valere possunt. Primum est doctrina patrum antiquorum de pertinentibus ad Religionem. Secundum est exemplaris vita sanctorum Patrum. Tertium est lectio diligens Regulæ, & statutorum propriæ professionis. Quartum est intellectus figurarum proprii habitus, & aliorum corporalium, quæ exterius prætentuntur. Quintum est observantia eorum, quæ a suis majoribus dicuntur. Sextum est sui ipsius diligens consideratio. Materia loquendi de omnibus. Thema, quo utitur Hieronymus ad Eustochium, Psalmus 44. Audi filia, & vide &c. Persona siquidem religiosa dicitur filia, quia sicut filia in summa subiectione tenetur, de ejus custodia magna cura habetur, & circa ejus instructionem sollicite studetur, ita fit circa Religiosum. Hic igitur debet audire rectam doctrinam Patrum, & videre exempla eorum. Debet iterum audire professionis sua Regulam, & videre corporis sui figuram. Debet etiam audire verba Prælatorum suorum diligenter, & videre sollicite semenitipsum: quæ omnia multum conferunt ad proprium profectum. Item aliter, ad quilibet Religiosum pertinet integre in opere servare mandata sibi tradita a Patre spirituali in regula sua, & statuta superaddita a religione sua, & habere ea in corde, & hoc in omni statu, sive ambulet, sive dormiat, sive vigilet, & hoc propter excellentem, quæ inde sequitur, utilitatem. Materia multa de his. Thema, Proverbiorum 6. Conserva fili precepta Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ligat ea in corde tuo jugiter, & cir-

circumda gutturi tuo: cum ambulaveris gradiantur tecum: cum dormieris custodiatis te, & evigilans loquere cum eis, quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vita increpatio disciplina. Conserva dicit, quo ad primum: cum ambulaveris, quoad secundum: quia mandatum, quoad tertium. Item aliter, sunt multi Religiosi, apud quos quasi omnia bona perierunt. Sunt alii, qui aliqua retinerunt bona, sed multa dimiserunt, sed apud omnes omnia dicunt bene fieri, & prosequi. Materia multa &c. Thema, 1. Corinthiorum 14. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis.

V. Ad Religiosos malæ vitæ.

DE Religiosis malæ vitæ ostendendum est, quæ gravia sint eorum peccata coram Deo, quam nociva sunt Congregationi, & quam damnosa sibi ipsis. Gravia enim sunt ratione stipendi, quia sunt contra illum, cuius stipendiis astidue vivunt, & ratione successionis. Sunt enim filii, & heredes Sanctorum. Et ideo gravius delinquent, si in terra eorum agunt iniqua, ab eorum nobilibus moribus degenerantes. Et ratione offici, habent enim sacra officia exercere, quæ in peccatis exequendo semper adaugent peccata sua. Iterum nociva sunt sua Congregationi, quo ad res, quia propter malam vitam eorum non dantur eis eleemosyna, & temporalia, ut olim, sed potius diripiuntur. Et quoad personas, quia bona persona propter hoc non habent devotionem intrandi ad eos. Et ideo jam non habent hujusmodi Congregationes, nisi viles personas. Et quoad animas, quia illi, qui sunt in hujusmodi Congregationibus, non ascendent ad superiores, sed descendunt ad inferos. Et quæ erat olim via salutis, facta est via perditionis. Iterum sunt ei damnosa, quia per peccata amittunt bona, quæ fecerunt propter Christum, omnia derelinquendo. Similiter bona, quæ faciunt astidue in his, quæ sunt Religionis labora. Similiter bona futura, ineffabilia, quæ habituri essent bene vivendo. Materia loquendi de omnibus istis. Thema, Hieremias 2. Vide vias tuas in convalle, scito quid feceris. Via in monte, per quam ascenditur sursum, est bona. Via autem in convalle, per quam descenditur ad inferos, mala. Malum autem, quod quis facit, scire dicitur, quando ponderat quantum sit. Religiosi autem aversi sibi a Deo, sicut peccatrix Hierusalem, vias suas videt in convalle, & scit quid fecit, quando peccata sua, per quæ descenditur ad inferos, considerat, quanta sint. Item aliter: sicut Religiosi bona vitæ inveniuntur optimi: ita illi, qui mala vitæ sunt, inveniuntur pessimi. Sunt enim de familia Domini, & de ejus stipendiis in omnibus sustentantur, & tamen ipsum impugnant, & ideo sunt proditores. Iterum in sacro Habitū, in sacra Professione, in sacro statu committunt scelerā sua, & ideo sunt sacrilegi. Item Religio dicitur quasi religatio, eo quod votis Religiosi iterum ligant se Deo: cum contra eum faciunt, quasi perjurium incurront: quæ autem sunt pejora mala, quam proditio, sacrilegium, & perjurium? Præterea ipsi non habent attractiva multa ad peccatum, sicut homines mixti cum seculo: habent autem multa attractiva ad bonum, ut est proprius habitus, bona socie-

tas, claustral is disciplina, & hujusmodi. Item habent majorem instructio nem circa facienda, & non facienda, quam alii. Quanta ergo est malitia, quod quis non impulsus, & in illis attractivis aduersus scienter, & impudenter peccata committit? Præterea suffragia Religiosorum malæ vitæ multo tis parum profunt defunctis, de quorum eleemosynis abundant in seculo. Item peccata eorum summe scandalizant viventes. Item summam contumeliam inferunt Creatori, quia de templo ejus faciunt templum idolorum. Quid enim aliud est monachus religiosus, qui exterius habetur in reverentia, & nihil meriti habet intus, quam idolum? Tot ergo sunt idola in Religione, quot Religiosi sunt malæ vitæ. Et semper circa istos templum Dei fit templum idolorum. Et sic peccata eorum defraudent mortuos, scandalizant viventes, contumeliam inferunt Creatori. Materia loquendi de omnibus istis. Thema, Hieremias 24. *Quid tu vides Hieremias?* Et post: *Ficus malas, malas valde.* Siquidem qui in statu laicali mali sunt: item pejores, qui in statu clericali: sed pessimi, qui in statu religioso.

VI. De Religiosis bona vita.

Quidam sunt Religiosi, qui apponunt magnam curam circa regim ent temporalium, & hoc bonum est. Alii sunt, qui circa observantias regulares custodiendas; & hoc melius est. Alii sunt, qui circa cor intrinsicus; & hoc optimum est. Porro a bono Religioso custodiendum est cor omni custodia a malo, & hoc quia majores impugnatio nes habet, quam aliqua alia pars sui. Nam sensus quilibet non impugnatur, nisi a suo sensato, cor autem impugnatur ab omnibus qua cogitari possunt, sive sint sensibilia, sive insensibilia. Item facilius devincitur; habet enim intrinsicus proditricem voluntatem, qua frequenter confitentis hostibus, tradit illud in manibus eorum. Item malum ejus, cum dominetur in toto homine, magis est periculosum, sicut malitia principis pericul os est, quam malitia privata persona cuiuscunque. Quia vero cor, quantumcunque custodiatur, frequenter incurrit aliqua peccata, ideo cum summa diligentia curandum est Religioso de cordis purgatione assida, ad quod valet frequens ipsius consideratio cordis, & remediiorum ad purgandum investigatio, & horum ad hujusmodi immunditias repertas applicatio, quia multi licet bene purgati, cum tristitia tamen portant onus Religionis, quod non est laudabile: ideo conandum est bonus Religiosus, ut Religionem suam portent cum letitia. Valet autem hujusmodi letitia ad servitii coram Deo acceptationem, ad dæmonum repulsionem, ad factorum confortationem. Materia loquendi de omnibus istis prædictis. Thema, Ecclesiastici 1. *Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem; atque gaudium dabit.* Custodiet, a peccato, & hoc quadrum. *Justificabit,* purgando, & hoc quadrum secundum. *Iucunditatem, atque gaudium dabit,* ideo, magnam latitudinem, & hoc quadrum tertium. Item qui Religiosi sunt, non solum nomine, sed re, & veritate debent habere Religionem, non solum in una sui parte, sed in omnibus, quibus congruit: alter non possunt dici Religiosi,

ligiosi, sicut nec homo dicitur albus propter albedinem in aliqua sui parte, nisi habeat per totum, ubi debet habere. Debent enim esse religiosi in co-gitationibus. Est enim Religio in his: *juxta illud 2. Machabæorum 12. Fusile, & religio de resurrectione cogitans.* Similiter in locutionibus juxta il lud Jac. 1. *Qui non refrenat linguam suam hujus vana est religio.* Similiter in actionibus: *juxta illud Jacobi 1. Visitare pupilos, & viudas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo, religio mundus, & immaculata est apud Deum.* Præterea debent esse religiosi in habitu per humilitatem, in sensibus per disciplinam, & in moribus omnibus per maturitatem. Præterea nota, quod Religio dicitur quasi religatio secundum Augustinum, libro de vera religione. Sicut enim dolia dissipata religantur, ut sint idonea ad viui capacitatem, sic religantur viri per Religionem, prius dissipati, ut sint apti ad spiritalem gratiam recipiendam. Sunt autem sex, quasi circuli, que valent ad religationem hujusmodi doliorum. Primum est propria Regula. Secundum, propria constitutiones. Tertium est, appro bata consuetudines. Quartum, mandata prælatorum. Quintum est, corre ctiones Visitatorum. Sextum est, ordinationes. Felices qui sic sunt vere toti Religiosi, qui sic sunt bene religati. Habent siquidem magnam materiam benedicendi Dominum, tam propter beneficia, quæ fecit eis, de malo statu educendo, & in bonum statum reducendo, & in statum beatum in firma spe introducendo, quam habent propter victoriam, quam dediit eis de hostibus, eos de mundi carcere liberando, carnem eis suppeditando, potestatem dæmonum ab eis reprimendo. Materia loquendi de omnibus istis, Danielis 3. *Benedicite omnes religiosi Domino Deo deorum. Vos, scilicet, qui estis vere toti religiosi. Vos, qui scilicet estis bene religati, benedicite Deo propter beneficia, quæ vobis fecit, & vistorias, quas vobis dedit. Sic faciebant illi, qui in hymnis, & confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit eis.*

VII. Ad Novitios in quocunque ordine.

Novitus (a) debet cum multa diligentia investigare per recogni tionem vitæ præterita omnia mala, quæ fecit unquam, & quod de inventis humiliiter se expurget in confessione, & ad ea punienda labores religionis debet patienter, & viriliter portare: & hoc est facere iustitiam de præteritis. Justi enim judicis est investigare mala, & inventa deducere in judicium, & judicata digne punire. Item debet multum timere, ne modo in aliquo offendat homines, vel consocios, minus bene totum ordinem fervando, vel Angelos de penitentia assumpta, quæ eos lætitaverat penitendo, vel Deum de beneficio vocations sue ei minus gratus existendo: & hoc est timere de futuris malis. Item ad quorundam pugnam tentationum debet se parare quotidie, quomodo sit pu gnandum,

(a) Quo pacto educandi sunt Novitiis, fuse tractat S. Basilus in Regulis fusoribus cap. 1. Vide Virum Ereditissimum Antonium Caracciolum in Notis ad Constitutio nes sui Ordinis Parte 2. cap. 5. & alios de re agentes.

gnandum ; diligenter præmeditando , armis virtutum se præinduendo , divinum auxilium devote implorando : & hoc contra instantem tentationem in praesenti animam suam præparare . Materia loquendi de his omnibus . Thema , Ecclesiastici 2 . *Fili accedens ad servitatem Dei , sicut in iustitia , & in timore , & præpara animam tuam ad temptationem . In iustitia , scilicet , de præteritis malis , & hoc quoad primum . In timore , scilicet , de futuris offendis , & hoc quoad secundum . Sed quia quidam non faciunt hoc , nisi ad horam , dicit : sicut . Præpara ad temptationem praesentem , quoad tertium . Item alter : Ad Novitium pertinet deponere non solum temporalia , non solum vestes seculares , non solum grossa peccata secularia , seu carnalia , sed etiam spiritualia vita qua cumque , & hoc quoad præterita . Similiter pertinet ad eum in statu novitatus , secundum quod status exigit , laudabiliter se habere , & hoc quoad presentia . Similiter pertinet ad eum aspirare ad profectum spirituale , & hoc quoad futura . Materia loquendi de omnibus istis . Thema , 1. Petri 2 . *Deponentes omnem malitiam , & omnem dolum , & simulationes , & invidias , & omnes detractiones , quasi modo geniti infantes rationabilem sine dolo lac concupiscite , ut in eo crescas in salutem . Deponentes omnem malitiam ,* dicit quoad primum . Et tangunt ibi quinque vita spiritualia , que multum in seculo solent abundare , que per Glossam sic exponuntur . Malitia enim est voluntas nocendi . Dolus est deceptio . Simulatio est , cum aliquis aliud habet in corde , quam in ore . Invidia est de bonis alienis difficilientiam habere . Detractio est , cum bonum alterius diminuitur . Et sunt felices , qui haec sic cum statu seculari depofuerint , ut jam horum nihil inveniantur in eis . *Quasi modo geniti &c.* dicit quoad secundum . Sunt autem tria , que requiruntur in statu Novitiorum . Primum est tractabilitas , ut scilicet , permittant se tractari ab aliis , sicut voluerint ; & hoc est esse *quasi modo geniti infantes* , qui scilicet tractantur ab aliis , sicut volunt sine aliqua rebelliōne . Secundum est discretio in omnibus que agit Novitus , & hoc est rationabilem esse . Tertium est simplicitas cordis , & hoc est esse *sine dolo lac concupiscite &c.* quo ad tertium . Innuens tria . Unum , quid faciendum sit profectu spirituali desiderato . Non enim Novitus volens proficere in religione , debet studere in altis questionibus , aut obfcuris mysteriis , sicut docet beatus Bernardus , sed in Vitis Patrum , & Sanctorum , & hujusmodi planis , & facilibus doctrinis : & hoc est lac concupiscere , scilicet , doctrinam parvulis congruentem . Aliud est , cuiusmodi profectus est desiderandus . Non enim profectus in laude , vel honore , vel alia quacunque re mundi est appetendus , sed solum profectus in eis , que Dei sunt : & ideo dicit : *ut crescas in eo* . Aliud est , ad quod debet intendere iste profectus , & hoc est salus eterna , & ideo dicit : *in salutem* . Item alter ab Apostolo distinguitur duplex homo , scilicet *vetus* , & *novus* . Ad novum enim pertinet habere novam animam , quoad novas affectiones , & novas cogitationes juxta illud Ezechielis 36 . *Dabo vobis cor novum , scilicet , quoad affectiones : spiritum novum ponam in medio vestri* , scilicet , quoad cogitationes , similiter linguam , ut recentibus veteribus de ore , lingua nova*

nova loquatur , juxta illud Marci ultimo : *Linguis loquentur novis* . Item novam conversationem , juxta illud Romanorum 6 . *In novitate vita ambulemus* . Item nomen novum , ut qui erat mala fama , iam sit bona , juxta illud Isaiae 62 . *Vocabitur tibi nomen novum , quod os Domini nominavit* . Nam aliud nomen Diabolus procuravit . Item novum gaudium , ut de nulla re seculari gaudeat , sed solummodo de divinis , juxta illud Psalmi 39 . *Et immisit in os meum canticum novum , carmen Deo nolvo* . Item novum sensum , qui est , quando illud , quod prius videbat stultitia , modo videtur sapientia , & e converso . Romanorum 12 . *Renovamini in novitate sensus vestri* . Item novum gustum . Sapientis 16 . *Quibus dedisti novum saporem* : quod fit , quando ea , que prius desipiebant , modo sapient , & e converso . Item novum fervorem , juxta illud Matthæi 9 . *Neque mittunt vinum novum in utres veteres , sed vinum novum in utres novos mittunt* : quod fit , quando conversus ad Dominum fit fervens in his , que Dei sunt , in quibus prius erat frigidus , vel tepidus . Porro ad habendum hujusmodi novitates , & similes , laborandum est cum multa diligentia ad abstergendum veteres rubigines . Corinthiorum 5 . *Expurgate vetus fermentum , ut sitis nova conperfio* . Materia loquendi de omnibus istis ad Novitios . Interest enim ipsorum non solum veteres vestes exure , & novas induere : sed magis quidem per hoc significatur expoliare se veteri homine , & inducere novum . Thema , Colossemum 3 . *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis , & inducentes novum* . Item alter sic . Qui de novo venit ad servitum regis , conatur gratio se habere in ejus servitio propter ejus gratiam . Et sicut novus miles conatur laudabiliter exercere , que sunt milites propter famam : sicut qui nova veste induit , in primis conatur eam informare decenter , ut per hoc forma decens semper in ea remaneat ; sic & Novitus , cum de novo transeat ad servitium regis aeterni , & de novo fiat miles Christi , & de novo nova conversationis vestem recipiat , summopere conari debet in novitatu suo bene se habere propter Regis aeterni gratiam , & propter bonam famam ad homines , & propter durabilitatem sanctæ informationis in seipso . Debet igitur in primis esse constans , ne sicut plantula nova debiliter radicata facile evellatur : constans autem non debet tepide agere , sed debet esse fervens , ut in vase novo vinum novi fervoris inventiar : sed quia fervor interdum facit indiscretæ excedere , debet esse acquisiens consilii majorum , ne per indiscretiōnē sui sensus oberrat . Quia vero ea , que consuluntur ab aliis contra propriam voluntatem , interdum aliqui , facientes ea cum tristitia , meritum suum minuant : ideo debet esse latus in omnibus , ut ex hoc obsequium suum sit Deo magis acceptum . Quia vero laetitia , liet sancta , interdum degenerat in dissolutionem , debet esse disciplinatus in omnibus suis exterioribus , ne hujusmodi laetitia unquam in dissolutionem prorumpat . Quia vero hujus discipline perfectio solet esse interdum occasio extollentia , debet esse humili , ut per humilitatem hujusmodi extollentia reprimitur . Hæc ergo sunt sex , que requiruntur in Novitio , videlicet , ut sit constans , fervens , consilii acquisiens , latus , disciplinatus , & humili . Præterea debet ei esse major cura de conscientia , quam de carne : de cultu morum , quam de cultu vestium : de fra-

fratribus spiritualibus, quam de amicis carnalibus. Item debet esse Deo; & sanctis devotus, consociis omnibus obsequiis, & exterioribus omnibus in ædificationis exemplum. Materia loquendi de omnibus istis Novitiis. Ipsí enim, qui tales sunt, digne ambulant vocatione, qua vocati sunt. Théma, Ephesiorum 4. *Obsecro vos ego viñctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vos vocati es.* Et potest dicere Prædictor assūmēns illud verbum: *Ego viñctus in Domino, non vinculo ferri, sicut Apostolus in carcere, sed vinculo charitatis vobis Novitiis, qui estis in hac Religione.* Ipsí enim charitable diligendi sunt, sicut filii charitable diliguntur a matre. Item aliter Matthæi 2. *Multi sunt vocati, pauci vero electi:* & quia incertum, qui sunt isti, conandum est Novitiis bonis operibus, ut per hoc certa sit eorum electio. Multa materia loquendi de his. Théma, 2. Petri 1. *Fratres magis futigate, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.*

VIII. Ad Religiosos de ordine S. Augustini.

MUlti sunt Religiosi præter Canonicos, qui regulares dicuntur, qui vivunt sub regula (a) Divi Augustini. Et ad omnes hujusmodi potest materia loquendi trahi ab Augustino. Iste siquidem inter omnes contemplativos possunt specialiter dici filii Sion, id est, Augustini, qui propter altitudinem speculationis bene dicitur Sion, quod interpretatur specula, vel speculatio. Item Divus Augustinus specialiter potest dici doctor iustitiae: licet enim omnes sacri doctores sint doctores iustitiae ad differentiam philosophorum, qui dicuntur doctores sapientiae, tamen magis proprie Augustinus dici potest doctor iustitiae, quia plures de hoc fecit libros, & obscuriora circa hoc magis elucidavit, & studiosius circa hoc vacavit. Porro ille doctor iustitiae datus est illis, qui sub ejus regula vivunt, in patrem, in pastorem, in patronum, in magistrum, in exemplar, in ducem, & inde debet esse multa occasio gaudendi in Domino. Materia loquendi de omnibus istis. Théma, Joëlis 2. *Filie Sion exultate, & latamini in Domino Deo vestro, qui dedit vobis Doctorem iustitiae.* Scilicet in patrem, in pastorem, &c. Et vœ his filiis, qui degenerant a tanto patre, cuius mores relinquent regula, quia secundum eam vixit. Vœ his omnibus, qui fastidiunt pasturam tam boni pastoris, quæ continentur in regula. Vœ familiæ, quæ perit sub tam potente patrono, qui tot ordinavit in regula contra hostes. Vœ discipulis, qui in scholis tam sapientis magistri non proficiunt, cuius lectiones tradantur in regula. Vœ artificibus, qui habentes tam bene formatum exemplar, quod relinet in regula speculo, id contemnunt. Vœ viatoribus, qui tam securum ducem non sequuntur per viam regulae: quæ omnia faciunt, qui professam ejus regulam non obseruant.

IX. Ad

(a) Varii quidem sunt Ordines, qui vivunt juxta Regulam S. Augustini: an autem unum vel tres ipse Regulas scriperit, non convenit inter Scriptores. Vide Haestenum, *Dissertationum Monasticarum lib. 1. Tractatu v. Dissertatione 1.* Quod autem Ordo Regularis, qui vulgo Benedictum S. Augustini dicitur sit institutus ab ipso Augustino sive ostendit. Eruditissimus Christianus Lupus in quæstione Quodlibetica Tomo xii. ultimæ editionis Venetiæ.

IX. Ad Canonicos Regulares.

NOtamendum, quod illud, quod traditum est religiosis, five a D. Augustino, five a D. Benedicto, five ab aliis Patribus ad vivendum, dicitur Regula, quia sicut ad regulam distorta diriguntur, ita per hoc distorta vita humana, & vita diriguntur in rectitudinem virtutum. Item quia ex vera regula relinquuntur multa recte linea in re, cui applicatur, sicut patet in quaterno: ita pariter in quolibet Religioso, cui Regula sua applicatur per observantiam, relinquuntur multa rectitudines virtutum. Nihil enim aliud est virtus, quam quedam rectitudo. Et iterum, sicut ad regulam res quadrantur, juxta illud, 3. Regum 6. *Opere quadro ad regulam:* ita religiosi per hujusmodi regulas quadrantur quadratura quatuor cardinalium virtutum. Notandum iterum, quod Regula Divi Augustini habet tres prærogativas super alias Regulas Latinorum: unam ab antiquitate. Prius enim fuit tradita, quam Regula Divi Benedicti, vel aliorum sequentium. Aliam ab auctore. Majoris enim auctoritatis fuit Divus Augustinus, quam qui alias Regulas tradiderunt. Terciam ab exemplari. Fuit enim ad exemplar vite Apostolorum edita, quorum vita omnium aliorum vitam præcellit. Notandum iterum, quod licet Canonicī idem sint, quod Regulares, quia canon, idem est (a) quod regula, tamen quidam Canonicī tot faciunt, quæ magis sunt secundum seculum, quam secundum Regulam, quare non vocantur regulares, sed potius seculares. Item Monachi, & alii, qui sunt sub Regula quacunque, licet possint dici Canonicī regulares largo modo, tamen sicut Regula Divi Augustini dicitur autonomatice *Regula*, ut patet ex prædictis, ita secundum eam viventes proprie dicuntur Canonicī regulares. Item Præmonstratenſes, & Fratres Prædicatores, & alii multi sub Regula Beati Augustini viventes, quia addiderunt multa super Regulam, traxerunt nomen a superaddito. Qui ergo dicuntur Canonicī regulares, nominantur sic ad differentiam Canonicorum seculariorum, & ad differentiam aliorum, qui illi Regula aliqua excellentia addiderunt. Proinde debent, qui proprie regulares dicuntur a Regula excellenti, specialissime cavere, ne contra Regulam talem aliquid faciant. Fit autem contra eam frequenter, quando non legitur Regula, seu quando quis in lecta Regula se non inspicit, aut inspiciens deformitates inspecta non corrigit, quia scriptum est in ea: Ne autem per oblivionem aliquid negligatur. Item fit contra Regulam, quando non applicatur ad rem regulandam, vel si applicatur, fit hoc non in toto, sed in parte, vel si fiat in toto, tamen ita fit in transitu, ut nihil relinquere possit effectus sui in re regulanda. Item fit contra Regulam, quando non bene exponitur, aut cum bene exponitur sensus, non custoditur, aut quando male custoditur, & non corrigitur. Materia loquendi de omnibus supradictis. Théma, Levitici 19. *Nolite aliquid iniquum facere in regula.*

X. Ad

(a) *Canon Græce, Latine regula nuncupatur. Regula autem dicta, quod recte dicit, nec aliquando aliorum trahit. Vide S. Isidorum lib. 6. Originum cap. 15.*

X. Ad Omnes, qui addiderunt ad Regulam D. Augustini.

Notandum, quod quidam sunt, qui Regulae Divi Augustini addiderunt, vel verba mandatorum quorundam, ut illi, qui nescio qua auctoritate habeant in regula sua, ut non eant ad balnea, sive quoconque ire necesse fuerit, minus quam duo, vel tres: vel speciales observantias, quas minus custodiunt, ut illud: hoc versetur in corde, quod profertur in ore: vel etiam, quod gravius est, corporalia mandata, ut sint illis omnia communia, & similia. Alii sunt, qui contenti sua Regula nihil ultra addiderunt. Alii vero sunt, qui, sicut Dominus in veteri lege super præcepta addidit observantias, & in nova supra mandata consilia: & sicut Ecclesia super verba Apostolorum addidit multa statuta: ita, & ipsi supra Regulam addiderunt, vel pulcherrimas observantias, ut Præmonstratenses, vel studium, ut Fratres de Valle Scholarium, vel aspirerent, ut Fratres de Sacco, vel cum omnibus istis prædicationem, ut Fratres Prædictores. Primi sunt reprehendendi. Secundi non multum laudandi. Tertiū vero extollendi. Materia loquendi de his omnibus. Thema, Luca 10. *Quocunque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi.* Item aliter super Regulam Augustini, quam ipse, sicut sapiens Architector secundum gratiam sibi datam pro fundamento posuit, sicut Apostolus fidem. Corinthiorum 3. Alii superadificant bona, aliis mala. Materia loquendi de his. Thema 1. Corinthiorum 3. *Si quis superadificant super fundatum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fænum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit.*

XI. Ad Præmonstratenses.

Regula Divi Augustini, primo locat mandatum Dei de amore ipsius, cum dicitur: *Ante omnia fratres.* Secundo ponit præcepta Divi Augustini, cum dicitur: *Hec igitur sunt.* Possunt autem dici præcepta Dei, quia data sunt a suo ministro, juxta illud, Luca 10. *Qui vos audit, me audit.* Tertio vero Patres super hæc addiderunt multa. Specialiter vero Præmonstratenses (a) pulcherrimas observantias, quasi quasdam cérimonias ad majorem Dei cultum pertinentes. Porro hæc observantias sunt ad maius meritum, quod Deum, sicut servitia gratuita superaddita debitis. Et ad majorem fortitudinem contra hostes, sicut antemurale additur muro. Et ad majorem decorem quoad proximos, sicut varietas pictura addita super albedinem. Item valent ad majorem cælefationem charitatis, sicut vestis, & quoad meliorem conservationem Regulæ, sicut sepes circa vineam: ad fortioriem colligationem in bono, sicut duplicata cingula fortius ligant sellam. Sed sunt aliqui, qui in hujusmodi observantiis offendunt,

(a) Anno Christi 1126. S. Norbertus Præmonstratum Monasterium in Diœcesi Laudensi fundavit, & Ordinem Canonorum Præmonstratensem sub Regula S. Augustini instituit, teste Jacobo a Virtuaco lib. 2. Historia Occidentalis, cap. 22. Agit de Præmonstratensis S. Bernardus in epist. 2, 53. & Innocentius III. lib. 1. ep. 201. & seqq.

dunt. Alii quidem, quod pejus est, in præceptis Regulæ. Alii quidem, quod pessimum est, in mandato Dei de dilectione. Sed e converso laborandum est circa talia observanda. Materia loquendi de his tribus. Thema, Deuteronomii 11. *Ama Dominum Deum tuum, & obserua præcepta ejus, & ceremonias. Ama, quoad primum. Præcepta, quoad secundum. Ceremonias, quoad tertium.*

XII. Ad Fratres de Valle (a) Scholarium.

Quidam reperiuntur Religiosi, qui licet diu fuerint, & adhuc sint in Scholis (b) Religionis, tamen parum, aut nihil proficiunt: quod accidit, vel propter segnitiem, vel propter levitatem, quibus vacant, vel propter pejora, quibus interdum occupantur, sicut mali scholares Parisii. Quos contra, dicitur de Domino Iesu. Luca 2. *Proficiebat atate, & sapientia, & non solum sapientia, sed gratia, & hoc non solum apud Deum, aut homines, sed apud utrumque.* Alii reperiuntur, qui proficiunt in sensu circa regimen temporalium, quod pertinet ad ministros; vel corporis conservationem, quod pertinet ad medicinam; vel scientias curiosas, quod pertinet ad philosophiam. Sed nihil proficiunt in sanctitate, & utinam non proficerent in pejoribus, ut reprobri. Iste videntur esse de discipulis Justinianis, Hippocratis, vel Aristotelis. Alii reperiuntur, qui pulchritudinis virtutum studium habentes, sicut lux splendentes procedant, & vadunt de virtute in virtutem, proficiendo semper in bonis. Et hoc multum pertinet ad Religiosos, qui a scholis, & valle humilitatis nomen traxerunt. Materia loquendi de omnibus istis. Thema, Matthæi 11. *Dicite a me, quia mitis sum, & humili corde.* Dicite, dicit, & hoc contra primos: *a me, & hoc contra secundos: quia mitis, & hoc contra tertios.* Et nota, quod dicit: *dicite, non mundum facere, non mortuos suscitare, & hujusmodi, sed quia mitis, id est, mitis in adversis, in prosperis humiliis: mitis exteriorius, humili interiorius: mitis coram hominibus, humili coram Deo.*

(a) Istorum ordo institutus fuit ab Innocentio III. in Concilio Lateranensi IV. ejusque Ordinis Autores fuerunt Guillelmus Anglicus, & Ricardus de Marcio, ut liquet ex magno Belgij Chronicó. Onuphrius Panvinius in Chronicō Ecclesiastico confirmatorem Ordinis Vallis Scholarium ab Honorio III. Papa factam conjungit cum anno 1217. Pontificatus Honorii primo sed Vincentius Bellovacensis in Speculo Historiali lib. 30. cap. 123, eas confert in annum 1219. Prima Ordinis hujus origo fuit quidem in Diœcesi Lingonensi ex diversis aliis Religionibus approbatæ juxta S. Augustini regulam. Guillelmus siquidem cum literis operam deditis Parisiis, indeque in Burgundia docuisset, una cum nonnullis suis Scholaribus in Eremum secedens, auctoritate Guillelmi Episcopi Lingonensis Ordinem inchoavit.

(b) Nequa pars munierum spiritualium aut civilium desideraretur in proposito Vita Monastica a primis usque seculis in Monasteriis fure Scholaria non modo interiores, sed etiam exteriores, de quibus fuse agit Antonius Dadius Altaferri lib. 5. Originum rei Monastice cap. 10.

XIII. Ad Fratres (a) de Sacco.

Quia interdum aliud est in sacco, quam creditur; videndum est diligenter viro religioso in dicto sacco, ut habeat in se, quod sacerdos pretendit. Porro antiquitus induebantur homines sacco tribus de causis, scilicet, ad efficacius predicandum penitentiam. Unde Hieronymus super illo verbo Zachariae 13. *Nec operientur pallio saccino, &c. dicit: Mos fuit Prophetis indui sacco, cum populum ad penitentiam provocabant.* Item ad utilius orandum. Baruch. 4. *Induimini sacco observationis.* Item ad magnam penitentiam, sicut Ninivite. Iona 2. Propterea saccus habet in se tria, scilicet, utilitatem, asperitatem, & abjectionem; & hoc contra tria mala Religionis, scilicet, pretiosa, voluptuosa, & gloria. Verum in faccis filiorum Iudaë inventa est pecunia, contra primum; in facco Beniamini cyphus ad bibendum, contra secundum: in faccis Giezi. 4. Regum 5. talenta argenti, & vestes duplices pertinentes ad gloriam, contra tertium. Item notandum, quod in facco frumenti quandoque cum frumento inventur multum de mala mixtura. In facco pecuniae quandoque multum de falsa pecunia. In facco pomorum quandoque multum de putridis. Et videndum est faccum referenti, ne vendat cattum (b) in facco. Materia loquendi de his omnibus. Thema, Zachariae 13. *Non operientur pallio saccino, ut mentiantur.* Quasi dicat: veniet tempus, quando non ita fiet, et si olim ita ficeret. Item, Thema ad eosdem, Deuteronomii 25. *Non habebis in facco diversa pondera, majus, & minus.* Luce 12. *Facite vobis saccos, qui non veterescunt, thesaurum indeficientem in Cœlis.*

XIV. Ad Fratres Predicatores.

Fratri, qui transit ad statum Prædicatorum, considerandum est, quam excellens sit istud officium, quia est Apostolicum: quam utile, quia directe ordinatur ad salutem animarum: quam pericolosum, quia pauci habent in se, vel faciunt, quae requirunt istud officium, quod non est sine magno periculo, & tanto est magis pericolosum, quanto est dignus officium. Item attendendum est tali, quod illud officium requiri excellentem vitam, ut, sicut de alto prædicat, ita & de monte excellentis vita evangelizet. Similiter excellentem prudentiam, eo quod habet docere. Similiter excellentem gratiam, quia habet attrahere. Item attendendum est ei, quod sit diligens in meditando, quo modo potest melius salutem animarum procurare, fervens in exequendo, fortis in sustinendo, omnia propter prædicacionem.

(a) Sacci, Saccini, Saccite, Saccati, ita appellati Monachî quidam, quod faccis pro vestre urenter: qui de penitentia Jesu Christi, vel de Sacci dicuntur in Bulla Ioannis XXII. anno 1319 apud Cognatum lib. 4. Historie Tornacensis, cap. 22. Agit suse de his in suo medio, & infinitas latinitatis Glossario eruditus Dufresne verbo *Sacci*, ubi etiam nota, *Sororum de Sacco mentionem quidem haberi a Raymundo de Capua Dominicanu in Vita S. Agnetis de Monte Politiano ejusdem Ordinis S. Dominicani* ann. 7. ubi ita appellatas sit propter scapulare, quod ex humilitate de *Sachino panno* ferebant, seu *Saccino*, id est ex eo quo facci confici solent. (b) Idem quod felis.

nem. Materia de his omnibus. Thema, Colossenium ultimo: *Vide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas.* Hæc mandat Apostolus discipulo suo Tito, qui ministerium prædicationis acceperat super Colosenses, & sic dici potest cuilibet Prædicatori: *Vide ministerium, quod accepisti a Domino, quam sit excellens, quam utile, quam pericolosum.* Item vide, ut habetas excellentem vitam, excellentem gratiam, quæ necessaria sunt ad illud faciendum. Item, ut diligenter, & ferventer, & fortiter ille exequaris, ut sic plene facias, quæ requiruntur ad illud plene complendum.

XV. Ad omne genus Monachorum.

Monachus (a) dicitur a monos, quod est unitas, & icos, custodia, quasi unus custos, qui non habet res, vel familiam, vel curam animarum, vel alterius rei, ut multi alii habent, circa quorum custodiā oporteat eos occupari, sed solum circa seipsum. Verum, quia ipsem pretiosiori sibi esse debet, quam aliud quodcumque, & periculosos valde habet hostes, scilicet, malignos spiritus, & debilem valde habet munitionem ad custodiā suā, tanto magis debet esse sollicitus ad sui ipsius custodiā. Res enim pretiosissime, & thesauri habent insidiatores. Et qui sunt in loco debili, majori indigent custodia. Porro vigilans circa sui custodiā, primo, & principaliter debet cor suum tanquam melius custodiē, iuxta illud Proverbiorum 4. *Omni custodia custodiē cor tuum: quod quidem custodiendum est, ne evagetur, sicut avicula custoditur in cavea.* Custodiendum est etiam, ne putrifiat sicut cicatrices de novo curata, ne contingat illud Psalmi 37. *Purruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ.* Custodiendum est etiam, ne auferunt, sicut custodiuntur res inter raptore, quia fornicatio, & ebrietas, & alia multa auferunt cor. Vel aliter: Custodiendum est cor a malis cogitationibus, quas si vitare non potest quis, custodiā tamen a malis delectationibus: quod si hoc non potest, custodiā saltem a malis sensibus. Vel aliter: Custodiendum est cor a perveris intentionibus, a malis affectiōibus, a vanis occupationibus. Secundo linguam, iuxta illud Psalmi 38. *Perfusi ori meo custodiā.* Est autem custodiendum a verbis displicentibus Deo, nocivis proximo, iniustilibus sibi. Qui enim facit sic, custodit se ab angustiis culpe, & conscientiae, & poena futuræ. Proverbiorum 21. *Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.* Tertio portas sensuum, sicut ponuntur in civitatis tempore guerræ custodes in munitionibus portarum. Habacuc 2. *Super custodiā meam staba, & figam gradum super munitionem meam.* Sicut quidam faciunt, qui custodiunt portas, vel alia membra, vel alios actus exteriores. Et discurse per singula. Materia loquendi de his omnibus. Thema, Deuteronomii 4. *Custodi temet ipsum sollicite.*

(a) Varias hujus vocis originationes legere est quidem apud eruditum Haestenum. Eiusgenius Papa apud Gratianum can. Placuit 16. questione 1. Monachum, ait, idem esse ac unum trilem: *Agnoscat nomen suum: nō enim Graece, Latine est unus: ἄλλος Graece, Latine est trifititia, & dolar &c.*

XVI. Ad Monachos nigros quoque.

A Pud Monachos (*a*) nigros multi sunt, qui intraverunt pueri, & quia non profecerunt intelligentia, quia non sunt a suis majoribus instruti sufficienter, non intelligunt beneficium vocationis sue ad Religionem: & ideo non sunt super hoc Deo grati, nec finem, ad quem vocati sunt, intelligent: & ideo non faciunt, qua pertinent ad hunc finem, nec praerogativum status ad quem vocati sunt: & ideo non ambulant digne in ea vocatione. Propter hoc Religiosi instruendi sunt circa haec tria. Ad quod intelligentum, circa primum notandum est, quod totus mundus in maligno positus est, idest, in malo igne, scilicet, avaritia, luxuria, superbia, & hujusmodi. 1. Joannis 2. Item in mundo est pressura confanguinorum, negotiorum, sollicitudinum, & hujusmodi, secundum illud Joannis 16. In mundo pressuram habebitis. Item mundus plenus est foribus, secundum illud 2. Petri 2. Refugientes coinquationes mundi. Educendo ergo hominem de mundo, Dominus educit eum de igne, sicut Abraham de igne Chaldaeorum, Genesis 11. Item de pressura, in qua multi suffocantur, sicut Dux Regis Israël in pressura portæ. 4. Regum 7. Item de luto foridissimo, secundum quod petebat David, dicens: Psalmio 68. Eripe me de luto, ut non infigar. Mitem & maximum beneficium educatio de talibus, & tanto magis, quanto est circa spiritualia. Sed heu sunt multi, quos elegit Deus sicut discipulos de mundo, tanto beneficio ingrati, sicut filii Israël ingrati de educatione de Aegypto. Quandoque dolent de ista educatione, sicut illi murmurantes contra Deum, dicentes: Cur eduxisti nos de Aegypto, ut moreremur in solitudine? Numerorum 21. Quandoque desiderant reverti, vel per habitationem inter seculares, vel per prælationem, vel hujusmodi, dicentes: Revertamur in Aegyptum. Numerorum 14. Quandoque mores mundi inducunt agere in Religionem, contra illud Leviticus 17. Juxta confutudinem terra Aegypti, in qua habitatatis, non facietis. Sed vanis. Hoc est enim quod Dominus frequenter punivit in filiis Israël. Circa secundum notandum, quod Dominus vocat Religiosos ad Religionem, ut sint sui specialiter. Levitici 20. Separavi vos a ceteris populis, ut effici mei: & ideo quae Dei sunt debent querere, & pro eius flare. Item ad sacrificandum sibi. Exodi 4. Dominus Deus Hebreorum vocavit nos, &c. ut immolemus Domino Deo nostro. Et hoc non ut Judæi pecora, sed secundum Apostolum corpora nostra, quæ contra hoc, multi immolant Diabolo. Item ad transendum in terram promissionis per desertum religionis. Sed attendendum est, quod multi intraverunt desertum, qui perierunt, & nunquam intraverunt terram promissionis propter delecta sua. Psalmio 94. Quibus juravi in ira mea, &c. Propter quod dicit Apostolus: Non sumus concupiscentes malorum. 1. Corinthiorum 10. Circa tertium,

(a) Monachi nigri dicti sunt olim passim Benedictini, & quidem in Anglia ante seculum Christi VII. ut testatur Haefenus lib. v. Disquisitionum Monasticarum. Tractatu vi. Disquisitione 111. ubi etiam ejus nomenclature rationem affigunt, ad distinctionem scilicet Britonum, & Scotorum Monachorum, qui colore vestium albicanter, seu nativo ipsis velleris, qui ad albedinem plerumque accedit, utebantur in vestibus. Vide infra sermonem num. xix.

etiam, notandum est, quod status Religionis est altior, quam sit in Ecclesia, & ideo debet esse sicut avis, non sicut animalia terrestria, quæ habitant ibi: sicut Genesis 6. in arca Noë in superiori parte erant aves. Item sanctior; & ideo magis cavens a foribus. Exodi 3. Tolle calceamenta de pedibus tuis, locus enim, in quo stas, terra sancta est. Item securior: unde significatur per Sion, quæ erat fortis locus, & ideo debet melius custodiri. Habacuc 2. Super custodiam meam stabo, &c. Materia de his omnibus. Thema, 1. Corinthiorum 1. Videte vocationem vestram fratres, &c. Beneficium, ut sitis grati: finem, ut ad illam operemini: status prærogativum, ut in eo digne ambuletis.

XVII. Ad Monachos nigros bona conversationis.

N otandum, quod licet omnes nigri Monachi sint filii Beati Benedicti & quasi primogeniti, tamen quidam eorum faciunt multa, per quæ maledicti sunt, & non benedicti. Quidam enim contemnunt audire doctrinam celestem, & ideo maledicti. Hieremias 6. Maledictus vir, qui non audierit verba patris hujus. Quos contra Ecclesiastici 31. Qui times Deum excipit doctrinam ejus, & qui vigilaverit ad illam, inveniet benedictionem. Item sunt quidam, qui audiunt, tamen non faciunt, & ideo maledicti. Deuteronomii 18. Si non audieritis, scilicet, obediendo mandato Domini Dei nostri. Si excesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis. Contra ibidem: Benedicti, si obedieritis mandatis Domini Dei nostri. Item sunt quidam, qui post frequentem auditum doctrinæ celestis non solum non faciunt bona, sed tantum mala proferunt, & ideo maledicti. Ad Hebreos 6. Terra sepe super se venientem bibens imbre, & proferens spinas, & tribulos reproba est, & maledictioni proxima. Quo contra ibidem: Germinans herbam optimam his, a quibus colitur benedictionem accipit a Deo. Item sunt quidam, qui multa faciunt aperte, quæ cedunt in confusione patris sui Benedicti, & matris sue Religionis, & ideo maledicti. Deuteronomii 26. Maledictus, qui non honorat patrem, & matrem. Quo contra Ecclesiastici 13. Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sapienter tibi benedictione a Domino. Item sunt quidam, qui in lingua perturbant pacem congregationis, & ideo maledicti. Ecclesiastici 28. Susurro, & bilinguis maledictus a Domino, multis enim turbat pacem babentes. Quo contra Psalmus 132. Illic mandavit Dominus benedictionem: scilicet in unanimi societate. Item sunt quidam: qui sunt dur ad opera pietatis in hospitalitate, in eleemosynis, in benignitate ad subditos, & hujusmodi, propter quod frequenter maledicuntur. Ecclesiastici 3. Et non relinguis quarentibus retro maledicere. Quo contra Proverbiorum 22. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. Item sunt quidam, qui videntes mala, nullo zelo insurgunt, ideo maledicti. Hieremias 48. Maledictus qui prohibet linguam suam a sanguine. Quo contra Proverbiorum 23. Qui arguit, laudabuntur, & veniet super eos benedictione. Item sunt quidam, qui introducunt mores seculares in suis Monasteriis, quos Beatus Benedictus destruxit, & ideo maledicti. Iosue 5. Maledictus, qui fusi-

suscitaverit, & adificaverit Iericho. Quo contra, qui dant operam ad aedificandam Hierusalem in Religione, Tobia 13. *Benedicti qui adificaverunt te, dicitur de Hierusalem.* Item quidam sunt, qui non perseverant in bonis, & ideo maledici. Psalmo 118. *Maledicti, qui declinant a mandatis tuis.* Quo contra Ecclesiastici 1. *Timenti Dominum, per quod scilicet declinatur a malo, bene erit in extremis, & in diebus defunctionis illius benedicetur.* Notandum autem, quod benedictio Domini valet ad tria bona temporalia. Proverbiorum 20. *Benedictio Domini dives facit.* Item ad spiritualia. Ecclesiastici 40. *Gratia sicut Paradisus in benedictionibus.* Item ad caelestia. Matthaei 27. *Venite benedicti, percipite Regnum.* Horum autem contraria adducit maledictio: & ideo cavenda sunt omnia, quae praedictam maledictionem inducunt: & laborandum ad hæc, quæ benedictionem adducunt, & præcipue a filii Beati Benedicti, qui specialiter ad hæc vocati sunt, ut benedictionem, quam habuit re, & nomine Beatus Benedictus, sicut dicit Gregorius, assequuntur jure hereditario, juxta illud. 1. Petri 2. *In hoc vocati es sis, ut benedictionem hereditate possideatis.* Materia multa de praedictis loquendi. Thema, Psalmo 113. *Benedicti vos a Domino, qui fecit calum, & Terram.* Vos scilicet discipuli praedicta facere dicite, quæ benedictionem merentur.

XVIII. Ad Monachos nigros dissolutos.

Quidam sunt monachi nigri, qui nihil, vel quasi nihil habent de Religione præter solum Habitum, ut patet discurrendo per singula bona Religionis. Ipsi sunt, sicut tunica Joseph sine corpore, de quo Genesis 37. *Tunica filii mei est, sed fera pessima devoravit eum.* Item sicut simulacrum David siae eo, de quo 1. Regum 19. Item sicut linteamina sine corpore Iesu. Joannis 20. Non solum autem carent bonis quidam istorum, sed multo peiores sunt in malis, quam seculares, juxta illud, quod dicitur de Hierusalem, Ezechielis 5. *Contempnit judicia mea, ut plus effet impia, quam gentes.* Et vere sic est. Sunt enim multi illorum, qui si foderentur, ut parietes, invenirentur facere, quæ turpe est dici, & hoc est malum: imo, & corruptum socios trahendo ad diversa mala, juxta illud Isaia 51. *Ingressi contaminatis terram meam;* & hoc pejus: imo, & mittunt scandala horribilia ad vicinos. Unde ibidem: *Et hereditatem meam posuistis abominationem;* & hoc est pessimum. Porro hac sunt, quæ Dominum amaricant. Hieremias 2. *Ego te plantavi vineam electam.* Et post: *Quomodo conversa es mibi in pravum &c.* Mundo derisionem inducent, Psalmi 78. *Facti sumus opprobrium vicinorum nostrorum, &c.* Diabolum pascunt, Psalmi 79. *Singularis furus depastus est eam.* Unde sunt multa, propter quæ isti magis obligati sunt ad cavendum mala, & faciendum bona. Uaum est, primogenitura. Ipsi sunt primogeniti beati Benedicti. Nam post eos orti sunt monachi albi, & alii multi. Plura vero solent requiri a primogenitis magni viri, quam ab aliis post genitis. Aliud est Habitum, qui est niger, & vilius. Et hujusmodi habitus est signum iustus pro morte: & ideo ut res signo

respon-

respondeat, tota vita eorum debet esse mortificata, & in iustum versa. Aliud est, successio sanctorum. Innumerabiles enim viri sancti fuerunt ante eos, quorum meritis datae fuerunt eis hujusmodi ampla possessioes, in quorum loco, & in terris eorum succederunt: & ideo inter eos, qui talia agunt non sunt digni videre gloriam Dei. Aliud est, exaltatio Ecclesie, que eos in dignitatibus Abbatum, & privilegiis multis excellenter exaltavit: & ideo decepta est, & confunditur Ecclesia ex eorum inhonestate. Aliud est, dotatio bona. Sunt enim super omnes alios bene dotati in temporalibus: & ideo sunt magis culpabiles, si secundum exigentiam stipendiiorum non militant laudabiliter. Aliud est, conditio ad eos venientium. Multi enim nobiles, & magni viri tradunt eis filios suos pro salute eorum. Et ideo va eis, si sic vivunt, quod eos secum ducent ad infernum. Et notandum, quod quidam istorum solent se excusare a contubernio mundi. Cum enim mixti sint cum mundo, dicunt, se non posse quandoque inter eos benefacere. Sed contra hæc, Levitici 18. *Iuxta morem Chanaam, ad quam introducturus sum vos, ne egiritis.* Alii confutidine praecedentium. Sed contra eosdem ibidem: *Nolite facere ea, quæ fuerunt ante vos.* Alii a multitudine sociorum, contra quod Exodi 23. *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* Materia de his omnibus. Et admonentur sunt hujusmodi Religiosi, ut correctis ipsis erroribus sint filii obedientia dantes operam ad omnem sanctitatem. Thema, 1. Petri 1. *Quasi filii obedientia non configurati prioribus ignorantiæ vestra desideriis, sed secundum eum, qui vocavit vos, Sanctum;* & ipsis in omni conversatione sancti sis; quoniam scriptum est, Levitici 20. *Sancti esote, quoniam ego sanctus sum.*

XIX. Ad Monachos albos quoque, & precipue

(a) Cisterciens.

Ordo Monachorum alborum, qui creatus est ad reformationem nigrorum, qui jam multum corruerant, habuit mirabilem successum in sui dilatatione. Primitivè enim quidam Patres plantaverunt eum, ut Beatus Bernardus, & alii quidam rigaverunt, Deus autem tale incrementum dedit, ut in omni natione sit dilatatus, & numero Abbatiarum, & personarum, & religionis profectu. Item ordo iste habet in tanta reverentia Beatam Virginem, quod omnes Ecclesie ejus sunt consecratae in ejus honore. Unde isti Monachi in Ecclesiis suis, quasi semper sunt ante Beatam

N

Vir-

(a) Teste Siegberto anno 1058. Robertus Molisensis Abbas in Burgundia studio reflectuende obseruantia Regulu, & disciplina Benedictina, quæ opum affluentia, & Monachorum multitudine dilabi coepit, Cisterciense Monasterium in diœcesi Cabillonensi fundavit sub regula sancti Benedicti. Hujus Ordinis initia egregie illustravit S. Bernardus Clarevallensis Abbas, atque fundator; cuius opera, & zelo non modo novis monasteriis Cistercienses adiuncti sunt, sed & accessione antiquorum, Monasteriorum Benedictini Ordinis, quæ studio perfectioris vite, passim ultra Cisterciensis Ordini se congregabant. Vide Vitam S. Bernardi lib. 2. cap. 8. Ceterum paucis annis rot Monasteria surrexere in Gallia, Anglia, Germania, & aliis regionibus, ut statuto Capituli Cisterciensis, cuius meminit Parisius ad annum 1155, modus impositus sit, ne plura edificantur.

Virginem, & filium ejus. Item ordo iste Habitum (*a*) album elegit, in quo & sancti apparuisse describuntur. Apocalypsis 4. & Angeli. Actuum 1. ac etiam ipse Christus. Matthai 17. Item Monachi hujus Ordinis notabiliter triumphaverunt de carne per penitentiae asperitatem: de mundo, per ipsius fugam, & habitant in locis remotis a mundo: de Diabolo, per obedientiae subjectionem. Item habent praerogativam in faciendo officium divinum laudabiliter. Porro primum istorum debet movere eos, ne quod Deus sic promovit, ipsi destruant. Secundum ad omnem honestatem, quia in praesentia tantæ Reginæ, & Filii, non decet aliquid in honestum operari. Tertium, ut quicquid est in eis sanctum, sit vel angelicum, vel divinum, ne in ueste alba illudans Dominum, sicut fuit ei illufum tempore Passionis in ueste alba. Luce 24. Quartum ad gratiarum actiones reddendas illi, qui dedit victoriam cum timore. Quandiu enim sunt in campo, possunt iterum vinciri: quia viator sepe iterum vincitur. Quintum ad sanctitatem conscientia, quia sine hac parum prodest exterior sanctitas. Materia de predicitis omnibus. Thema, Apocalypsis 7. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro. Et nota, quod licet visiones Apocalypsis pertinere videantur ad statum Ecclesie triumphantis, tamen exponunt multi de statu militantis. Secundum hoc igitur in predicto verbo quinque notantur, que possunt comparari quinque predicitis. Primum ibi, Turbam. Secundum ibi, stantes. Tertium ibi, amicti. Quartum ibi, & palmae. Quintum ibi, clamabant.

XX. Ad Albos bonos.

Notandum, quod non solum in terris apparuit Ordo alborum, sed etiam in celo apparuit. Apocalypsis 7. Verum conventus illi caelestes in multis differunt ab ipsis terrenis. Ipsi enim quantumcumque sint magni, tamen paucas habent personas in comparatione ad illum. Unde: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Item ipsis ut frequenter habent personas unius nationis, vel paucarum, sed in illo sunt ex omninatione. Unde: ex omnibus gentibus. Item monachi horum conventuum, habent ante imaginem Beatae Virginis, & Iesu Christi: illi vero qui sunt in illo conventu, habent ante se res ipsas. Unde: stantes ante thronum. Item

(*a*) Nigros dictos esse Benedictinos ob nigrum vestem, quam ipsi gerunt, jam alibi datum est. Quod Cistercienses habitum album elegerint, inde inter illos & ipsis natum, quod Cistercienses vestis candore meliores, & puriores videri vellent. Quenamvis ea de re Petrus Cluniacensis lib. 1. epistola 28. ad Bernardum Clarevallensem, dicens: Et vos sancti, vos singulares, vos in universo Orbe veri Monachis, aliis omnibus falsis, & perditis; secundum nominis interpretationem solos vos inter omnes constititis: unde & habitum in solius coloris pretendentis, & ad distinctionem cunctorum sororiorum sere mundi Monachorum inter nigros vos candidos ostentatis. Et certe haec vestimentum nigredo antiquitus humilitatis causa a Patribus inventa, cum a vobis rejiciatur meliores vos ipsi candorem insumatum preferendo indicatis.

Item isti sunt adhuc in certamine temptationum: illi jam triumphantes. Unde: Et palma in manibus eorum. Item in his soli homines cantant, illic vero Angeli cum hominibus: & clamabant, usque ibi, amen. Et nota ibi duos choros sibi succedentes in cantu, & inclinationes Angelorum. Item in his est labor, & dolor: ibi vero nihil horum est. Unde ibidem: non esurient, ut ipsis post jejunium: neque frient, ut ipsis post materialem potum: neque cadet super illos sol, nec labor manuum sicut super ipsis, & hoc, quia habent bonum Abbatem, quoniam agnus qui in medio throni est, usque ibi, ab oculis eorum. Nota autem, quod omnia praedicta faciunt ad appetendum conventum illum, & quia parum profunt illi conventus ipsis nisi ad illum transiant, laborandum est nunc illis qui sunt in ipsis, ut ad illum transire. Sunt autem duo quae adhuc valent, scilicet sustinentia magnorum tribulationum, five a Deo, five ab hominibus, five a Demonibus inferantur. Labor ad seipsum lavandum, juxta illud: Illi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione. Ecce primum: Et laverunt stolas suas. Ecce secundum. Et nota quod dicit: Laverunt stolas suas, non scilicet per alios hoc facientes; & in quo, scilicet in sanguine; & finem lotionis, qui est dealbatio. Materia de his omnibus. Thema, Apocalypsis 7. Et respondit unus de senioribus, & dixit mibi: Illi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & quae venerunt? & dixi illi: Domine mihi tu scis; & dixit mibi: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine agni. Et nota, quod per, bi, demonstrantur illi, quibus convenient omnia supradicta.

XXI. Ad Albos male vita.

Licit apud Monachos albos multos floreat Religio, tamen, propter dolor, inveniuntur aliqui apud quos multum est dissipata, ita ut iam non possint dici hujusmodi oves albae Christi, sed Diaboli. Non enim oves albae semper fuerunt Jacob, sed quandoque Laban, ut patet Genesis 31. Porro apud ipsis sunt quidam qui conscientias habent pollutas, quantumcumque exterius apparent boni: similes Scribis, & Phariseis, qui erant, sicut sepulchra dealbata deforis, intrinsecus autem pleni spuria. Matthai 23. Alii vero sunt, qui non solum conscientias deturpatas habent, sed etiam conversationem, quasi totam exterius denigratam: similes illis Nazareis, qui candidiores nive prius, postmodum facies habuerunt nigras, ut carbones. Threnorum 4. Alii vero sunt, qui, etsi totum non deturpaverunt, tamen in aliquibus sunt boni, & in aliquibus sunt mali, similes pice, quæ avis partim est alba, & partim nigra. De quo Hieremias 12. Numquid avis bicolor hereditas mea mibi, &c. In his ergo contrariantur Habitui suo, qui albus est, & interius, & exterius per totum. Item sunt apud ipsis aliqui, apud quos charitas, quæ splendere solebat, obscurata est: pulchritudo observantiarum versa est in dissolutionem: & qui solebant in claustro esse religiosi, discurrunt per grangias, & villas, & oppida, & curias. Super quo deplorandum est cum Hieremias, Threnorum 4. & dicendum: Quomodo obscu-

obscuratum est aurum, & hoc quoad primum: mutatus est color optimus. & hoc quoad secundum: *dispergit sunt lapides sanctuarii, & hoc quoad tertium.* Item apud istos sunt quidam, quorum lux conversationis versa est in tenebras secundum illud Ezechielis 32. *Nigrescere faciam stellas caeli,* scilicet, permisive: odor bona famae versus est in factorem, secundum illud Isaiae 3. *Erit pro suavi odore factur.* Et bonum hospitalitatis, & eleemosynæ egredientis de labore manuum, qua secundum Apostolum ad Ephesios 4. exercebant, ut haberent, unde retribuerent necessitatem patientibus, cessavit. Item probabile est, quod Patres primitivi non statuerunt sine causa, ut deferretur ab ipsis Habitus albus. Potest autem causa hujus esse triplex. Prima ad differentiam nigrorum Monachorum, ne putarent similes esse illis, qui ad multam dissolutionem declinaverunt. Secunda, ut ad omnem pulchritudinem virtutum se aptarent. Albus enim color campus est secundum pictores ad omnem pulchritudinem picturæ. Tertia est, ut esset eis causa totius sanctitatis interioris, quia in hujusmodi Habitū, & Christus, & Angeli, & Sancti legatū apparuerūt, ut patet ex prædictis. Sed heu facti sunt quidam istorum, sicut nigri, vel pejores, sicut Hierusalem pejor Samaria. Ezechielis 23. Et ubi doberent esse picta in eis variæ pulchritudines virtutum, pictæ sunt turpitudines variæ vitorum, secundum illud Ezechielis 8. *Ecce similitudo reptilium depicta erat in circuitu in pariete per totum.* Et sub vestimentis albis oviū loco Christi, & Angelorum sanctorum, sunt lupi rapaces. Porro haec sunt quæ movent bonos antiquos ad fletum, qui viderunt gloriam primi status, & modo vident miserum statum istum. Eſdræ 3. *Seniores, qui viderant mundum ad derisum, &c.* Threnorum 2. *planixerunt super te, &c. Deum ad querelam.* Hieremie 3. *Ego tecum plantavi, &c. quomodo.* Materia de his. Et in fine monendi sunt, qui hujusmodi sunt per reparacionem status sui. Thema, Ephesiorum 4. *Renovavit spiritu mentis vestram, & induit novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.* Spiritu dicit quoad interiora. *Induite, quoad exteriora.* Vel aliud Thema. Aggei 2. *Confortate Zorobabel, dicit Dominus, & confortare Iesu fili Josedech Sacerdos magne, confortare omnis populus terra, dicit Dominus exercitum, & facite, quoniam ego vobis cum sum, dicit Dominus exercitum.* Loquitur de reparacione templi majoribus, & quoad jurisdictionem Zorobabel. Iste enim erat dux: & quoad dignitatem sacerdotalem Iesu filio Josedech, & omnibus minoribus populis. Ad reparacionem enim istam debent apponere manum, & prælati, & sacerdotes, & omnes alii minores.

XXII. Ad Monachos Griseos quoſcunq[ue].

Post ordinem Monachorum nigrorum, & alborum surrexerunt quidam in Ecclesia, qui dicuntur Grisei, (a) sicut sunt illi de Tyrone, & quidam alii. Et ipsis deferunt habitum non omnino nigrum, nec omnino

(a) *Monachos Griseos, qui scilicet coloris cinerici vestibus olim induabantur, Cistercienses suis autem Carolus Dufresne in suo medie & infimis laiinitatis Glossario, verbis*

omnino album, sed Griseum, qui participat cum utroque: ut sicut oves alii sunt nigri, alii albi, alii variae: ita & Christus habet ingeribus suis. Porro ipsis Grisei quedam assumpserunt de rigore Alborum, sed non omnia, quedam de laxitate nigrorum, ut pellicea, & quedam alia, sed non omnia. Et ideo sunt quasi medi inter illos. Et ideo in hujus signum bene competit eis Habitus medius inter albos, & nigros. Licit autem multa possint eis dici de his, quæ dicta sunt supra de nigris, & albis: tamen occasione prædictæ mediocritatis potest assumi materia loquendi eis de mediocritate, quæ debet esse apud viros religiosos. Notandum ergo, quod Religiosi quidam excedunt in nimia multitudine personarum, five quoad Monachos, five quoad Converſos, five quoad redditus, five quoad familiam, ex quo sequuntur multa mala temporalia, & spiritualia. Alii vero et converſo, cum abundant in temporalibus, habent nimiam paupertatem in personis ad cultum Dei pertinentibus, contrariantes David, qui cultum Dei ampliavit in numero Sacerdotum. Unde debet esse in hoc mediocritas, ut sicut Deus fecit omnia in certo numero, ita sit in Religione numerus temperatus secundum exigentiam facultatum. Item alii sunt, qui non cessant agrum agro, redditum redditui, & hujusmodi copulare. E contrario vero alii bona congregata olim ita dissipant, & dispergunt, ut vix habeatur apud eos sustentatio qualiscumque. Ex quo sequuntur proprietates, & alia multa mala, sicut ex abundant sequitur superbia, & voluptas, & alia multa mala. Verum circa haec servanda est mediocritas, juxta illud Salomonis, Proverbiorum 30. *Divitias, & paupertatem ne dederis mibi.* Item alii sunt, apud quos est tantus excessus in adiutoriis, vel quoad numerum, vel quoad pretium, vel quoad curiositatem, ut in hoc seculares transcendant. E contrario vero aliqui habent tam paucas officinas, & ita indecentes, & male paratas, quod vix religio apud eos potest servari, & servi Dei carent apud eos commoditatibus necessariis ad serviendum Domino Iesu Christo. Verum circa hoc debet talis esse mediocritas, ut habeantur talia adiutoria, & tales officiae, quæ conferant ad religionem servandam, & necessitatibus servorum Dei sufficiant, exclusa omni superfluitate, & curiositate, ita ut qui ingrediantur, admiretur habitacula servorum Dei cum tanta discretione spirituali confecta, sicut Regina Saba admirata est habitacula servorum Salomonis. Item sunt aliqui, qui sic effluit apud extraneos in communione bonorum suorum, quod vertitur in eorum nimiam attenuationem. E contrario vero aliqui sic sunt tenaces, quod hospitalitas, eleemosyna, & curialitas aliqua non invenitur in eis. Quo contra mediocris largitas, cuiusmodi est dare danda, & retinere retinenda, debet apud bonos inveniri. Item inter nimiam superfluitatem circa necessaria vitæ multi excedunt, & nimiam circa hoc parcitatem, quæ est causa multorum malorum, est servanda mediocritas.

verbō *Ordo Griseus;* conaturque variis Scriptorum locis ostendere; at vero diversos suffit a Cisterciensibus Monachos Griseos, fatis luculentē demonstrat in hoc ad ipsos sermonē Humbertus: nisi dicamus, Cistercienses ipsos primum vestibus omnino albis usos suffit, postea vero griseis floccis, unde Grisei Monachi dicti sunt. Quod vero ex paritate vestium nata sit olim discordia inter Cistercienses, & Fratres Minores, testatur Paulus Langius in Chronico Ligensi ad annum 1275.

diocritas, de qua dicit Apostolus 1. Timothei 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* Item inter nimias recreations, & medicinalia ratione infirmitates humanæ, & nimiam circa hujusmodi compunctionem servanda est talis mediocritas, ut arcus nimis extensus continue non frangatur, & rursus nunquam extensus, cum extensionis tempus fuerit, extendi non possit. Item inter nimiam occupationem, & otium talis servanda est mediocritas, ut exercitatio moderata corpori, & anima conferat. Item inter nimium rigorem iustitiae, & nimiam misericordiam in puniendis excessibus talis observanda est mediocritas, ut, sicut dicit Gregorius in expositione morali in Job, nunquam iustitia sine misericordia, nec misericordia sine iustitia teneatur. Item inter nimias locutiones, quæ dissolutione inducunt, & nimium silentium, quod inducit tristitiam, servanda est mediocritas prudentiæ, quam docet Salomon, Proverbiorum 10. dicens: *Qui moderatur labia sua prudentissimus est.* Denique cum virtus omnis constat in medio secundum Philosophum, discurrendo per singula, prout auditoribus hujusmodi competit, detestanda sunt extrema, & mediocritas commendanda, ut illam fugiant, istam sectentur. Materia loquendi de predicatis omnibus hortationibus, Galatarum 5. *Fratres fratres spiritus est modestia.* Modestia enim est quadam mediocritas. Unde Augustinus de vita beata: *Modestia dicta est a modo.* *Ubi autem modus est, nec plus est quicquam, nec minus.*

XXIII. Ad Eremitas quoquecumque.

Quidam Religiosi inveniuntur, & maxime in partibus Italæ, qui vocantur Eremitæ, (a) eo quod fugientes turbas in eremis habitent secundum primum propositum suum, & ex tota, vel proxima parte vivunt de labore suo; habitant autem non singulares, ut olim in partibus Ægypti, sed multi sub una Praefato in eodem loco, & in aliquibus locis pauci. In aliquibus autem conveniens est istis loqui in solitudine. Porro ad istum modum vivendi præstant auctoritates, & Iohannes Baptista, Lucas 1. & Helias, &c. & David, qui dicit in Psalmo 54. *Elongari fugient, & mani in solitudine.* De hujusmodi hominibus dicit Apostolus, ad Hebreos 11. *In solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis, & in cavernis terra.* Laborandum est autem illis, qui nituntur tanta auctoritate, ut imitentur vitam eorum. Item ibi sunt sicut onagri, de quibus Job. 39. qui inter omnia animalia fugiunt homines, & secundum Gregorium significant hujusmodi Eremitas, quibus multa, quæ dicuntur de onagro, convenient. Ipsi etiam sunt sicut mortui, qui absconduntur ab hominibus usque ad diem resurrectionis, juxta illud, Colossium 3. *Mortui esis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis in gloria: sicut accidit de hirundinibus,

quæ

(a) Eremitis olim, & Anachoretis non unum, sed varium fuisse vitæ genus scire ostendit Vir clarissimus Antonius Dadius Altaferri lib. 1. *Originum rei monasticae cap. 7.* Nonnulla de Eremitis tum singularibus, tum etiam deis, qui una cum aliis degunt, statuit quidem in suo Romano Concilio anni 1725. Tit. xxii. Benedictus XIII.

quæ in hyeme latent, & in aestate apparent. Iste etiam sunt sicut animalia silvestria in silvis degentia, quibus liberer vescitur Isaac vetus, de quo in Genesis 27. qui in talibus delectantur. Item notandum, quid est esse solitarium vere secundum doctrinam Sanctorum. Gregorius in Morali expositione in Job. *Et quid prodest solitudo corporis, si non adest solitudo cordis?* Qui enim corpore remotus vivit, si tumultibus conversationis humanae terrenorum desideriorum cogitatione se inserit, non est in solitudine. Bernardus super Cantica: *Solus es, si non convenire cogitas, si non affectas presentia, si despicias, quod mali concupiscunt, si fastidias, quod omnes desiderant, si iuria devites, si damna non sentias, si non recorderis injuriarum aliquando, nec si solus corpore es, solus es:* Et Vilhelmus Clarevallenensis de vita solitaria: *Quicunque virtutis pietatis non habet in conscientia, non exhibet in vita, non exercet in cella, non solitarius, sed solus dicendus est.* Vere enim solus est, cum quo Deus non est. Item nota, quod solitudo ad multa valet. Primo valet contra multitudinem peccatorum. Innumerabilia enim sunt peccata, quæ contrahuntur ex conversatione in mundo, utpote participatio cum excommunicatis, conformatio cum perverbis, incompatio circa miseras vias, concupiscentia oculorum de visis, impatientia de malis illatis, perverba iudicia, omisso fraternæ correctionis, & similia multa, a quibus omnibus liberat solitudo. Cassianus collatione 5. *Nimia turba vitorum sine certamine vincitur, quando solitudo gratia suffragatur.* Item contra infamiam. Multi enim, licet sancti, in mundo vivere non possunt sine oblocutionibus, & infamia, a quibus liberat solitudo, ut placuit Augustino cum dicit: *Singularitas sola est, quam non solum concupiscentia nullis iordibus inquinat, sed etiam nulla opinione superflua perverbis infamat.* Item ad iniurias tentationes. Abbas Pastor dicit: *Qui sedet in solitudine, a tribus bellis eripitur, id est, auditus, locutionis, & visus, & unam tantummodo habet pugnam, scilicet, cordis.* Item contra calum. Unde idem Abbas: *Quando homo est juxta corporalia, assimilabitur viro stanti super lacum profundissimum, ut quando visum fuerit inimico suo, facile impellat eum dorsum: si autem a corporalibus longe fuerit, assimilabitur viro longe stanti a lacu, ut vel si nitatur inimicus projicere eum deorsum, dum per spatia trahit eum violenter, sperat sibi divinum auxilium occurtere.* Item ad cognitionem sui. Exemplum in Vitis Patrum. Cum tres facti fuissent Monachi, elegit unus litigantes ad pacem reducere, alter infirmis servire, tertius quiescere in solitudine. Primus autem tedium vietus venit ad secundum, & confessus cum eodem de statu suo, invenit & ipsum præ tædio deficientem, & concordantes venerunt ad tertium, narrantes ei tribulationes suas, & quægentes, quid ipse profecisset: & implens scyphum cum aqua turbata, dixit eis respicite. Et respicientes in aqua nihil viderunt. Tunc posuit scyphum, & dimisit aquam quiescere, & cum quievisset, dixit eis: respicite. Et tunc responentes viderunt vultus suos, & dixit: sic est, qui est in medio hominum, præ turba non videt peccata sua, cum autem quieverit in solitudine, cognoscit peccata sua. Item ad exercitium interioris hominis valet solitudo. Bernardus super Cantica: *Cum quo Deus est, nunquam minus solus est, quam cum*

cum solus est. Tunc enim libere fruatur Deo suo, tunc suus est ad fruendum Deo in se, & se in Deo, tunc in luce veritatis, & in sereno mundi cordis ultra patet sibi pura conscientia, & liber se infundit deo memoria, illuminatur intellectus, & bono suo fruatur affectus, & libenter seipsum defet, ac humana fragilitatis defectus. Item ad consolationes spirituales. Sicut enim plures consolationes celestes fecit Dominus populo suo in solitudine, quam in alio loco: ibi enim locutus est eis, ibi apparuit gloria ejus, ibi misit eis manna, & similia multa: ita iustum est, ut illis, qui consolationes mundi reliquerunt propter eum, reddat consolationes suas. Et sic facit Hieremie 2. Recordatus sum charitatem desponsationis tuae, quando secuta es me in deserto. Recordatus sum, scilicet, ad consolandum te. Unde & antiquis Eremitis legitur, & plures visiones ostendisse, & Angelos frequentius mississe, & hujusmodi consolationes fecisse. Item ad elevationem spiritus. Threnorum 3. Sedebit solitarius, & tacebit, quia levavit se super se. Et est ratio, quia talis spiritus liber est ab onere curarum; & ideo melius potest se elevare. Item ad evadendum multa mala, quae facit turba, a quibus accersit ad Iesum. Luca 8. Item clamorem ad Iesum. Luca 18. Item vixum Iesu. Luca 19. Item fuscitationem puellæ. Matthaei 9. Item fanationem auditus. Marci 7. Item doctrinam ad discipulos: in eodem. Item trahit ad mores suos. Seneca: Subducendus est a populo animus tener: nam facile transire ad plures. Sunt & alia multa mala, quae facit turba, a quibus liberatur, qui est extra turbam. Denique notandum, quod licet solitudo ad tot bona valet, tamen ex culpa inhabitantium in ea, multis non est via salutis, sed perditionis. Non enim omnes, qui exierunt de Aegypto, per solitudinem transferunt in terram promissionis, sed perierunt quamplurimi. Et ideo dicit Abbatissa matrona in Vitis Patrum. Multi in monte positi, ea quae popularia sunt agentes perierunt. Et Gregorius: Quilibet occulta loca sine Dei gratia animam salvare non possunt, quod aliquando in ipsis errantibus cognoscimus. Nam Loth in perversa civitate iustus fuit, & in monte peccavit. Et ideo curandum est, & cavendum solitario, ut sic se habeat in hujusmodi statu, quod sit ei semita ad salutem. Porro ad hoc sunt ei multa necessaria: unum est, quod sit solitudo accepta: exemplo Hieronymi, qui dicit in epistola ad Rusticum: Mibi oppidum carcer est, solitudo Paradisi. Aliud est, quod non libenter pergit ad mundum, quia hoc fuit multis occasio casus. Exemplum in Vitis Patrum de Abbe Sifini (alias Sifon). Dixit Abraham discipulus ejus: Pater senuisti, accedamus aliquantulum juxta mundum. Dixit ei senex: Ubi non est mulier, illuc eamus. Dixit ei discipulus: Ubi est locus, ubi non sit mulier, nisi solitudo? Dixit ei senex: ergo in solitudinem me tolle. Aliud est, quod non ducat mundum ad solitudinem, quod fit cum rumores de mundo libenter requiruntur, vel audiuntur, vel referuntur, vel cor impletur cogitationibus mundanis. De quo Abbatissa matrona in Vitis Patrum. Melius est, ut cum multis sit quis, & solitariam vitam agat voluntate, quam cum solus sit, videatur esse cum multitidine proposito mentis, quod accedit in illis, qui predicta faciunt. Aliud est, quod tanto pugnet virilius, quanto hujusmodi solitarios diabolus fortius impugnat: sicut

sicut patet in antiquis solitariis, & ex verbis Gregorii dicentis in registro: Vos, qui vitam vitæ extra frequentiam hominum ducitis, tanto majora certamina pati necesse est, quanto ipse magister tentationum ad vos accedit. Aliud est, quod sciat seipsum consolari, sicut docet Hieronymus dicens: Infinita vastitas eremii te tenet, sed tu paradisum mente deambula, quoties mente condescenderis. In eremo non aliud est, quam quod sciat seipsum occupare discrete, quod est summi remedium contra tentationes varias. Unde legitur de Beato Antonio, quod afflitus variis cogitationibus clamavit ad Dominum, dicens: Domine volo salvare animam meam; & non permitunt me cogitationes meæ. Tunc missus est Angelus ad ejus instructionem in specie hominis similis ei, & stans coram eo, torquebat funiculum sedens, & postea surgens orabat, & dixit ad eum: Sic fac, & salvus eris. Aliud est, quod vitam delicatam non ducat, quæ valde est indecens in deserto, sed asperam in vieti, & vestitu: exemplo Joannis, qui in deserto vivens erat vestitus de pilis camelorum, & escâ ejus erant locusta, & mel silvestre. Aliud est, quod summe caveat a Creatoris offensa, ne fiat similes illis, qui toties exacerbaverunt eum in deserto, modo suspirantes ad cibaria Aegypti, modo propter fastidium solitudinis murmurantes, & similia; & ideo non intraverunt in requiem ejus. Aliud est, quod morte antiquorum Patrum accedentes ad se addicent exemplo sancte conversationis, charitable eos tractando, & verbis caelestibus ad eos afflendo, memor verbi illius, quod dicitur de Joanne, quod erat lucerna, & hoc quoad vitam: ardens, & hoc quoad charitatem: & lux, & hoc quoad doctrinam. Non est autem dubium, quod Eremita sic facient status solitudinis semita est ad salutem. Materia de predictis ad Eremitas non omnia simul dicendo, sed pro congruentia aliqua, aliquando alias assumendo. Thema, Isaia 40. Rectas facite in solitudine semitas Dei nostri: quod est dicere, in solitudinis statu, qui habet tantam auctoritatem, ut prædictum est. Cujus habitatores per supradicta signantur, qui etiam sint veri solitarii, quemodo per Sanctos docet supra dicto modo, que inquam solitudo ad tot valet, ut prædictum est, ut sit nobis vita nostra recta semita ad salutem, sicut olim aliqui boni per solitudinem transferunt ad terram promissionis.

XXIV. Ad Cartbusenses.

Carthusienses (a) traxerunt hoc nomen a prima domo Ordinis illius, quæ sita juxta parochiam quandam, quæ vocatur Carthusia. Hi sunt valde excellentis religionis, & quia ducunt vitam quasi solitariam, opof-

(a) Initium cœpere Carthusiani anno Christi 1084. a fundatore S. Brunone Canonico Coloniensi, a quo extructum est monasterium in Eremo in finibus Delfinatu juxta Gratianopolin, quod est caput totius Ordinis Carthusiani. & fedes Generalis ejusdem Ordinis. Porro Bruno, ut Breviarium Romanum testatur die 6. Octobris, acaerctus Romam ab Urbano II., qui ejus confilis, ac doctrina per aliquot annos usus est, post recusatum Rheygensem Archiepiscopatum solitudinis amore Eremum quandam apud Squillacum in nostrâ Calabria finibus petiit; ibique virtutibus, ac meritissimis

possunt eis dici fere omnia, quæ dicta sunt de Eremitis. Possunt etiam eis dici, quæ sunt magis propria. Habent enim multa, in quibus differunt, & præcellunt multas alias Religiones. Primum est in duplicitate Religionis. Cum enim sint duo genera, secundum beatum Benedictum, Religiosorum, scilicet, Anachoritæ, sive solitarii, & Cenobiti, qui scilicet vivunt in congregatione sub obedientia. Iti habent utrumque. Habent enim cellas singuli, in quibus ducunt vitam solitaria pro tempore. Habent etiam certis temporibus convenire invicem in Ecclesia, in refectorio, & ad colloquia, & hujusmodi, sub obedientia. Prælati unius viventes; & ideo recte significantur per concubinas, quæ morantur modo solitaria in foraminibus, modo cum aliis congregantur. Admonendi ergo sunt iti, ut dum sint in cella, agant, quæ pertinet ad vitam solitariam. De quo habetur abunde in epistola ad Fratres de monte Dei. Cum autem sint cum aliis, agant quæ ad vitam conventualem pertinent studiose, nec sic adhærent alterutram istarum, quod unam propter aliam relinquant exempli Moyfis qui modo erat solus, modo inter alios, & Dominus modo solus in monte, modo cum discipulis erat; & Petrus modo in superiora domus ascensio solus, modo descendens cum aliis erat. Actuum 5. Secundum est in vita austeriorum: & quoad vitam, quia in nullo casu utuntur carnibus, in septimana jejunant regulariter in pane, & aqua secundum primum rigorem Ordinis: & quoad vestimentum, quia semper gerunt cilicium ad carnem, & rudibus panno, & calceamentis utuntur: & quoad vigilias, quæ habent longas, nec revertuntur ad lectum post matutinas. Quia vero sunt apud eos aliquæ dispensationes, vel relaxations aliquando circa istorum aliqua, nunc admonendi sunt, ne fiant passim, quod privetur corona eorum paulatim gemmis, si creduli miseratione penitentia eorum minueretur, secundum Bernardum. Et rursus admonendi sunt, ut interdum tales fiant, & accipiant dispensationes, ut tantus rigor tolerabis reddatur, & fit rationabile obsequium eorum, secundum verbum Petri Apostoli. Tertium est in rigore disciplinæ, pro minoribus enim excessibus, quam alii religiosi expellunt de Ordine suo delinquentes, & ejectos, vel egredientes vix unquam sine magna difficultate recipiunt. Verum super hoc monendi sunt, ut attendant, quod melius est reddere rationem de misericordia, quam de nimia iustitia. Et exercendus est sic rigor disciplinæ, ut tamen misericordie semper temperetur. Quartum est in terminis possessionum, ut finis poneretur cupiditatî, ordinatum est apud itos, quod omnis domus habeat terminos, ultra quos non liceat eis aliquid habere. Sed quia sunt aliqui, qui paulatim per quædam dispensationes antiquos terminos sunt transgressi, offendendum est eis quomodo ex hoc crescentibus terminis Ordo decrevit, & monendi, ut sint memoræ illius verbi Salomonis, Proverbiorum 22. *Nè transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Quintum est in exteriori cursu per mundum. Prior enim Carthusiæ non egreditur

ritis plenus, nec sanctitate minus, quam doctrina fama clara obdormivit in Domino, sepultusque est in Monasterio a Rogerio Comite Calabria constituto, ubi haec genus honorifice colitur. Vide Barcius nostrum, *De antiquitate, & situ Calabria*, lib. 2. cap. II., notaque 33. & 34. Visti clarissimi Thomæ Aeti.

tur terminos suos, nec alii Piores terminos suos sine ejus licentia, quæ vix obtinetur. Monachi vero nunquam nisi pro ordinibus, vel pro Prioratu, imo nec propriam adeunt vicini, nisi valde raro, & dispensative, imo nec cellam propriam egrediuntur, nisi certis in casibus. Sed quia istud nimis relaxaverunt, maxime Piores in confusione, & vilipensionem Ordinis sui, exhortandi sunt ad cavendum hujusmodi discursum juxta illud Job, cap. 38. *Ingrediesur latibulum suum, & in antro suo morabitur.* Hujusmodi enim Monachi debent esse sicut bestiæ silvestres, quæ homines fugiunt. Sextum est in distincta habitatione Monachorum, & Conversorum. Ut enim monachi non haberent inquietudinem ex officiis, & occupationibus Conversorum, vel ex adventantiis, habent apud eos Conversos, & redditus, & familiam propriam, domum distante multum a domo Monachorum, in qua sunt hujusmodi inquietudines. Et ideo hortandi sunt, ut quanto magis sint expediti a turbatione Martha, tanto cum Maria diligentius vident contemplationi. Septimum est in sancta simplicitate, non quicquid habent aliquam (a) Regulam, sed solum constitutiones, seu consuetudines, nec caput unum, nec est una domus sub alia, sed solam conformes sunt, & convenientes. Piores Ordinis ad capitulum in prima domo certo tempore ordinare solent in sancta simplicitate, quod bonum videbatur aliquibus: propter quod quidam moderni astuti, & viribus innitentes turbaverunt pacem antiquam, quædam novitates volentes inducere, quas alii recipere voluerunt. Circa hoc ergo monendi sunt, quod de antiquitatibus videant, quia non quicquid est vetus, melius est. Unde non quicquid est novum, debent respire. Alii vero monendi sunt, quod antiquitatibus, quas sancti Patres primitivi induxerunt, deferre debent, ita, quod eas non immutare concentur sine evidente necessitate, vel utilitate: ita quod apud eos locum habeat, & columbina simplicitas, nec concurrat astutia serpentina, de quorum utroque Dominus monuit discipulos. Octavum est in numero rerum. Habent enim Monachos, & Conversos, & redditus in certo numero, & aliquando quædam nunquam habent, ut porcos; quædam non habent in certo numero. Nam sunt aliqui, qui licet nunquam adaugeant numerum personarum, adduxerunt tamen per quædam dispensationes species, & numerum animalium in minorationem Religionis, & virtutum, ad quærum incrementum potius effet laborandum, & ad clementum in salutem, juxta illud 1. Petri 2. *Ut in eo crescatis in salutem.* Materia de prædictis. Thematia 2. ad Timotheum 3. *Tu vero permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi.* Et ad Thessalonicenses 2. *Fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis.* Et nota, quod in Ordine isto difficile est perseverare, & propter asperitatem ejus, & propter desuetum consolatorum, quos raro habent, & propter impugnations graves inimici. Ideo bene hortandi sunt ad standum in loco suo. Et quia hoc parum prodest non servanti traditiones Patrum prædictas, bene additur post: *state, & tenete traditiones.*

(a) Tradit & S. Antoninus 3. parte tit. 16. cap. 1. vulgoque censetur, Carthusianos non Regula, sed suis regi Statutis. Cujus rei plures rationes assert Petrus Tutor lib. 2. tractatu 3. cap. 3.

XXV. Ad Grandimontenses.

Grandimontenses (*a*) habitant in Eremis, & in quibusdam sunt conformes Carthusiensibus. Unde omnia, quæ supra dicta sunt de Eremitis, & multa de his, quæ dicta sunt de Carthusiensibus, possunt eis convenire. Præter hæc vero notandum, quod inter omnes Religiosos isti sunt, quiducum vitam magis absconditam. Domus enim eorum cooperata sunt nemoribus, & multoties vix inventur via, per quam ad eas veniatur. Cum enim invenitur, vix aperitur alicui porta, & cum aperta fuerit, vix inventur aliquis intus, quia pauci sunt, & officinae valde sunt clausa. Insuper causa hospitalitatis, & eleemosynæ valde pauci ad eos veniunt, quia in his non sunt asfleti. Cum autem per mundum discurrunt, raro hospitantur, nisi in domibus suis, cum eas possunt inventare. Secundum primitivam vero institutionem, Conversi, qui cum eis habitant, habent quasi totam curam temporalium eorum, & Clerici vacant solum spirituallibus, servitio Dei in Ecclesiis, quas habent pulcherrimas, & summam munditudinem circa Altaria. Sed orta super hæc dissensio, per Ecclesiam Romanam in parte est alter ordinatum. His igitur cognitis, potest dici, quod omnis Religiosus dicitur mortuus mundo, quia nihil habent sicut mortui, quoad votum abrenunciationis. Et quia non moventur motu proprio, sed alieno quoad carnis mortificationem, per quam separatae sunt eorum anime a carnalitate, tamen isti magis proprie, & propter ista, & quia absconditi sunt, sicut mortui absconduntur. Item potest commendari hujusmodi absconsio a multis. Valet enim contra turbationes, quas multoties incurunt ex vicinia cum hominibus, juxta illud Psalmi 30. *Abscondes eos in abscondit facie tua: quia: qui tangit picem coquinabatur ab ea. Ecclesiastici 13.* Item contra impedimenta boni, qua surgunt ex tali cohabitatione: *Dificile enim est (ut dicit Bernardus) ibi agere penitentiam, ubi alius derideret, alius exemplo ad malum provocat.* Item valet ad puritatem honorum. Bona enim, quæ sunt in abscondito, non habent rubiginem vanitatis, & ideo sunt puriora coram Deo, & digna remuneratione ejus, propter quem certum est ea fieri. Propter quod dicitur Matthæi 6. *Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Item ad securitatem. Propter quod dicit Gregorius homilia 11. in Evangelia super illo verbo: *Quem qui invenit homo abscondit. Depredari desiderat, qui thesaurum publice in via portat:* quæ autem in abscondito sunt, non auferuntur, neque ab adulatore, neque a detractore: & hujusmodi valet ad alia multa. Sed notandum, quod sicut absconsio hujusmodi multis cedit in bonum, ita aliquibus in malum magnum, quia facile accedit tentator, ubi non timetur reprehensor, sicut dicit auctoritas. Unde Apostolus de quibusdam dicit, quæ in occulto sunt ab eis, non sunt solum mala, sed ita abominationes, quod turpe est dicere. Et hoc dictum est Ezechieli 8. *Fili hominis*

(a) Ordo Monachorum Grandimontensium in Lemovicensi dicesci circa annum Christi 1080. exordium sumit, auctore Stephano, mitra sanctitatis viro. Ordinem hunc Benedictine potius, quam Augustinianæ Regule addictum esse docet Renatus Chopinus lib. 1. & 2. *Politie*, & lib. 2. *Monasticum tit. I.*

nis fode parietem, & post ingredere, & vide abominationes peccatis, quas isti faciunt. Ideo persuadendum est istis, qui ducunt vitam absconditam, quod attendant, quod eti oculos hominum effugerunt, tamen oculos Dei, qui eos desuper judicaturus est, super se habent, qui etiam omnia revelabit in fine coram toto mundo, & offensas acerbe puniet. Et ideo summe cavidendum est eis ab ejus offensa in abscondito, quia non potest eum latere, & eum revelabit sic, & puniet acerbe. Item persuadendum est istis, ut pacem habeant ad invicem. *Quid enim prodest turbationes mundi evasisse, & habere turbationem in domo cum fratribus suis?* Porro ad hujusmodi pacem multum valent, mutua reverentia, mutua supportatio, & charitativa servititia. Item persuadendum est istis, qui Clerici sunt, ut in divinis Sacrificiis five laudis, five devotionis, five orationis in orationibus secretis, five beato sacramento diligenter intendant, quæ tunc sine dubio digne offeruantur, quando & conscientia est munda, & pax habetur ad proximum. Non est autem dubitandum, quin Dominus, qui abscondita producit in lucem, variis sic agentes in abscondito, tandem faciat in gloria resplendere. Materia de praedictis. Thema, Colosensem 3. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparetis cum ipso in gloria.* Et nota, quod dicit: *abscondita est cum Christo in Deo*, ad notandum, quod nihil diabolicum, sed solum quæ Christi, agenda sunt in abscondito. Aliud Thema, Isaiae 26. *Vade populus meus, intra in cubicula tua, clade ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertransfeat indignatio mea.* Aliud Proverbiorum 26. *Ajustus vides malum, & abscondit se. Ajustus, idest, sapiens.*

XXVI. Ad Fratres Minores.

Fratres (*a*) Minores monendi sunt, ut humilitati, ad quam prætendunt exterius, respondeat interior humilitas cordis, quæ est sentire de se parva, ut sit eorum humilitas vera. Item ut propter paupertatem magnam, quam sustinet relevandom, non faciant aliquid indecent, vel illicitum, ut sunt adulterationes divitium, & similia multa, ut non sit eorum paupertas ribaldica, qui propter paupertatem faciunt multa mala, sed sit Apostolica, qui hoc nullo modo fecerunt. Item, ut obedientia eorum, quæ sunt multæ, & multum graves, non coacte, sed ex animo fiant, ut sint magis

(a) A veteri disciplina labentibus Benedictinibus, & Cisterciensibus, ait lib. 1. *Originum rei Monasticae*, cap. 11. Altaserra, subortum est novum genus Fratrum Mendicantium, ut datum Religionis, quod ex affluencia opum, & possessionum contigerat, remedio paupertatis sacrificetur. Hujus instituti principes fuere S. Dominicus natione Hispanus, & S. Franciscus Assisiensis, qui 1208. aetatis sua 28. inchoato, dum quadam die ex Evangelio in Missa audierat dictum a Christo discipulis, ne possiderent aurum, vel argentum, nec duas tunicas, vel calceamenta, easq; sibi regulam servandam proposuit; & cum undecim alios socios adhibuisset, quos Fratres Minores appellari voluit, Romanum cum illis anno 1210. accedens, confirmationem sui Ordinis obtinuit. Vide Lucum Wadingum in annalibus Ordinis Fratrum Minorum in quibus Regulam ab Innocentio III. confirmatam anno 1210. recitat. Laudat hunc Ordinem Parisius ad annum 1208. ubi inter alia scribit, quod subito tetram replevit.

magis acceptæ Deo. Item, ut non solum prospira mundi, sed & ejus adversa contemnunt, bono animo ferentes quæcunque mala inferantur eis, ut sic sit apud eos plenus mundi contemptus, cum hæc utraque, quæ habet mundus, contempserunt. Item, ut exemplum pœnitentia, quod mundo ostendunt, non maculent aliqua nota in eis reprehensibili, ut sic immaculatum servitum eorum sit aptius exemplar. Item, ut Evangelium, quod eos beatus Franciscus summe servare voluit, non solum in his, quæ sunt facilia, sed potius in difficultibus, ut est: si quis te percussit in unam maxillam, præbe ei & alteram, & similibus, servare conuent, ut sic perfecti sint observatores Evangelii. Item, ut declinent occupationes turbativas, ut pacem. Quam optare eos beatus Franciscus voluit, dicendo eos dicere, Dominus det vobis pacem, & habere possint. Item, ut astutias, & subtilitates nocivas non habeant, sed in sancta simplicitate Deo, & beato Francisco valde acceptam vitam ducant. Porro ad hac facienda multum valet exemplum, & doctrina beati Francisci, quam tradidit in Regula: hæc siquidem duo sunt quæ multum valere solent in opere benefaciendo, scilicet, exemplar, & doctrina. Materia de prædictis. Thema, Isaie 51. *Audite me, qui sequimini quod iustum est, & queritis Dominum: attendite ad petram, unde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis.* Et nota, quod in hoc verbo secundum litteram monentur Iudei ad attendendum ad Abraham, & Sararam secundum allegoriam: secundum Glossam, Christiani ad Christum, & Ecclesiam: secundum moralitatem vero potest moneri quilibet religiosi attendere ad primum Patrem suum, & Regulam ejus, de quibus exorti sunt, sicut Apostolus per Evangelium dicit multis genuisse. Dicuntur autem hujusmodi Patres petra a pede trita, unde lapides ad constructionem ædificii exciduntur, & regule eorum caverna laci propter aquam doctrinæ, quæ continetur in eis. Quia ergo aliqui religiosi respiciunt ea, quæ faciunt seculares, vel alii Fratres sui Ordinis, eos in aliquibus minus bonis imitantur, reliquo exemplo, & Regula sui primitivi Patris, quod non facere debent boni religiosi, sed principaliter respicere debent ad Patrem suum primitivum, & Regulam ejus. Unde dicitur: *Audite me, qui sequimini, &c. Attende ad petram, &c.* Et nota, si attendatur exemplum, doctrina, & Regula beati Francisci, hæc sunt, quæ valent ad supradicta laudabiliter facienda. Item aliter ad eosdem. Nota quod inter omnia, quæ sunt magis necessaria viris magnæ sanctitatis, est timor Domini, propter quod timor Domini post omnia alia dona Spiritus sancti ultimo ponitur. Propter hoc & dicitur Ecclesiastici 25. *Timor Domini super omnia se superponuit.* Propter hoc etiam dicitur non solum peccatoribus, vel Sanctis minoribus, sed omnibus quantumcumque perfectis: *Timete Dominum omnes sancti ejus:* & bene debent timere, & quanto sanctiores, quia plura bona habent, in quibus congregandis multum laboraverunt, & plures habent adversarios eis invidentes, scilicet, Dæmones, & Dominum, qui pro modica offensa totum auferit: sicut cum Präpositus, quanto plura bona congregavit sub Rege, & habet multos accusatores, & Rex facile turbatur, plus debet timere Regem, ita & hic. Præterea timor Dei est quasi colligatio totius ædificij

ficii spiritualis, qua dissoluta, totum corruit, juxta illud Ecclesiastici 27. *Si in timore Dei non tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua:* quanto autem quis habet melius ædificium, tanto plus debet timere de rui na ejus: & ideo quanto sunt aliqui sanctiores, tanto debent plus timere, qui ædificium eorum est melius. Item viri boni, quanto sunt meliores, tanto navis eorum magis onusta est pluribus bonis, & melioribus: quanto autem talibus bonis est onusta, tanto magis debent in tempestate hujus mundi timere: exemplo Job 31. dicuntis: *Semper quasi tumentes fluctus Deum super me timui.* Porro hujusmodi timor facit cavere malum, juxta illud Proverbiorum 14. *Sapiens timet, & declinat a malo.* Et juxta illud Ecclesiastici 15. *Qui timet Deum, faciet bona.* Et ratione horum merito confert bona multa. Unum est temporalium abundantia. Psalmo 33. *Non est inopia timentibus Deum.* Aliud est, honor secularis. Ecclesiastici 10. *Senes hominum honorabitur hoc, quod timet Deum.* Aliud est, consolatio divina, Psalmo 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti timentibus te.* Aliud est, protectio Angelica. Psalmo 33. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum.* Aliud est, exauditi divina. Psalmo 144. *Voluntatem timentium se faciet, & depreciationm eorum exaudiet.* Aliud est, benedictio Dei: Psalmo 113. *Benedixit omnibus, qui timent Dominum.* Aliud est, bonus finis: Ecclesiastici 1. *Timenti Deum nihil deest in extremis.* Aliud est, gloria æternæ: Ecclesiastici 1. *Timor Domini gloria, & glorificatio.* Et nota rationes horum. Propter haec autem multa bona, quæ confert timor Dei, dicitur Ecclesiastici 40. *Timor Domini, sicut paradisus benedictionis.* Materia de prædictis ad loquendum consolatorie, & etiam exhortatorie Fratibus, a Praelato suo. Thema, Tobie 5. vel 4. secundum distinctionem Lyre in fine capituli, posito singulari in plurali, hoc modo: *Nolite timere filii, pauperem quidem vitam gerinus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.* Et nota, quod dicit non solum a peccato, sed ab omni, quia non solum a manifesto, sed etiam occulto, non solum magno, sed etiam parvo, non solum certo, sed & dubio: recedere autem non dicitur, qui statim revertitur. Notandum etiam, quod non dicit bona, sed bene, quod melius est. Unde Prophetæ Isaiae 1. *Discite benefacere:* quod fit, quando factum debitum est circumstantiis informatum.

XXVII. Ad Fratres de Trinitate.

Fratres de Trinitate, (a) quibus Regulam tradidit Innocentius Tertius, de omnibus bonis suis ponunt tertiam partem in redemptionem captivorum, qui tenentur a Saracenis, alias vero duas partes ponunt in sui

(a) Ordinis hujus auctores sunt Sancti Joannes de Matha, & Felix de Valois, de quibus vide Breviarium Romanum die 8. Februarii, & die 20. Novembris. Teste Roberto Gaguino dicti ordinis Generali Ministro in Historia Fratrum lib. 6. fuit is Ordo confirmatus ab Innocentio III. anno 1198. Extat similis huius alius Ordo S. Mariae de Mercede nuncupatus pro redemptione captivorum institutus a S. Petro Nolasco hortatu S. Ray-

sui sustentationem, & opera misericordiae: habentes quasi semper hospitalia in domibus suis, & ita bona sua dividunt in tres partes. Una est in redemptionem captivorum, qui tenentur a Saracenis: alia in operibus misericordiae juxta se: alia in sui sustentationem. Item Ecclesiae eorum omnes fundatae sunt in honorem Trinitatis. Item a principio habebant tres Fratres Clericos, & tres Laicos in domibus suis, licet modo plures habeant, ubi sustentari possint: & propter hoc non immerito vocantur Fratres de Trinitate. Ut ergo nomen istud, quod sibi appropriaverunt, vere conveniat eis, debent esse speciales cultores Trinitatis: & ideo debent imitari Trinitatem: quia sicut dicit Augustinus: *Summa religionis est, imitari que colis:* & hoc in tribus specialiter, scilicet, in unitate, quae est summa in Trinitate: unde Joannes 17. *Ut sint unum, sicut & nos unum sumus.* Item in aequalitate, quae etiam est ibi summa: juxta illud Matthaei 23. *Omnes vos fratres estis:* quod dicitur tam Petro, quam aliis communiter ad hoc, ut nullus super alium se extollat. Item in connexione, quae etiam est ibi summa: juxta illud Ephesiorum cap. 4. *Corpus connumex,* &c. quod pertinet ad firmitatem stabilitatis. Primo debet ab hujusmodi domo Trinitatis sanctissimas expelli omnis trinitas scelerata: de qua Amos 2. *Super tribus sceleribus.* Et nota, quod est scelerata trinitas peccatum cordis, oris, & operis. Item in corde cogitatione mala, & delectatio in eodem, & tandem consensus, juxta illud Genesis 3. *Vidit, quod primum: & comedit, quoad secundum: & dedit viro, scilicet rationi, quoad tertium.* Item in ore murmuraciones contra maiores, obloquiciones contra absentes, vaniloquia ad invicem inter praesentes, & hi sunt tres immundi spiritus in modum ranarum: de quibus Apocalypsis 16. Item in opere concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbita vite, quae sunt contraria tribus votis religionis. 1. Joannis 2. Praeterea est quadam trinitas humana, quae tota debet applicari ad imitationem predicitam sancte Trinitatis, & expulsionem diabolicae trinitatis, scilicet posse, scire, & velle: & hoc totum ad honorem, & gloriam Trinitatis, quod summe querendum est a cultoribus suis: qui vero sic faciunt, recte dicere possunt post Psalmum, qui significat bonam operationem, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto:* sicut statuit Damasus Papa ad instantiam beati Hieronymi. (a) Materia de predicitis. Thema, Romanorum 11. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor, & gloria in secula seculorum. Amen.*

XXVIII. Ad

S. Raymundi de Pennafort Ordinis Predicorum olim Generalis Magistri, qui etiam Ordini ipsi, ut legitur in Breviario Romano die 23. Januarii certas vivendi leges prescriptis ad eiusdem Ordinis vocacionem accommodatis: quarum approbationem aliquos post annos a Gregorio IX. Imperavit, ut dictum S. Petrum primum Generalem Ordinis Magistrorum suis ipse manibus habitu eodem indutum creavit.

(a) Vide Stephanum Durantum lib. 3. de ritibus Ecclesie catholicae cap. 15. ubi ex variis Scriptoribus conatur ostendere, S. Hieronymum auctorem fuisse Damasco Papa, ut Gloria Patri ad finem Psalmorum cani curaret, quemadmodum in Concilio Niceno statutum fuerat, atque in Oriente servabatur. Verum censet Grancolas in Breviarium Romanum cap. 26. falso hanc ad Damasum Hieronymo epistolam esse suppositam, quod nullius Canon ipse Nicenus in veteribus monumentis occurrat, neque Scriptor quispiam ritus illius meminerit.

XXVIII. Ad Religiosos quoque in studio commorantes.

L Icet scientia in se sit bona, & non modicum utilis Religiosis, tamen studium istorum commorantium in scholis plus solito potest esse reprehensibile, & deturpari ex multis, videlicet ex appetitu scientiae nimiae, propter quem totus mundus subversus est, ut Adam, & Eva: *Eritis sicut Dii.* Genesis 3. *Scientes,* &c. que nimietas patet, cum extorquetur nimis importune licentia morandi in scholis. Vel cum propter occupationem circa studium retrahitur quis a vacando circa ea, quae pertinent ad sanctitatem Religionis. Vel cum propter studium minus subjicitur ordinationi Praelatorum, & hujusmodi. Item, ex fine non bono. De quo Bernardus sermone 26. super Cantica: *Quidam facere volunt, ut sciantur, & vanitas est: quidam, ut sciant, & curiositas est: quidam ut divites fiant, & turpis questus est: quidam, ut proficiant in se, & in aliis, & charitas est.* Tres primi fines mali sunt, & quartus bonus. Item, ex materia in qua studetur, cum est minus conveniens. Non enim convenit viro religioso studere in his, quae pertinent ad vacationem pro rebus secularibus, ut sunt jura civilia: vel ad carnis curam, ut est medicina: vel ad illusionem intellectus circa inutilia, vel parum utilia, ut sunt scientiae philosophicæ, sed sapientia salutari decet eum studere. Item, ex conversatione irreligiosa, ut cum fine licentia laudabilis quis in scholis moratur, vel commorans dimittit, quae sunt Ordinis sui in Habitu, vel abstinentiis, & hujusmodi. Item, ex nimia mora in scholis, cum eius tempus breve sit, non debet vir sanctus semper congregare divitias scientiae, & inde nihil facere boati, sicut facit avarus, vel semper arma bellica parare, & nunquam pugnare, vel semper esse plantatus juxta fluenta, & nunquam fructuum proferre. Sed postquam aliquid didicit, unde potest sibi, vel aliis proficer, debet transire ad meliora. Item, abuso scientiae, ut accidit in illis, qui regressi de scholis, de scientia sua sunt superbiores, vel perturbant sanctam simplicitatem, vel pauciora in se ostendunt exempla virtutis, cum ad plura ratione scientiae teneantur. Porro hujusmodi studia si corrupta faciunt Deo, & hominibus, qui ista percipiunt, quo impletur illud Psalmi 12. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.* Debent ergo viri religiosi cavere ab hujusmodi maculis eorum studium deturantibus. Materia de predicitis. Thema, Ecclesiastici 44. ubi dicitur in laudem sanctorum: *Homines divites in virtute pulchritudinis studium habentes:* quod sine dubio impletur in illis, qui in studio suo carent a maculis superstitiis, & dant contraria pulchritudinem.

XXIX. Ad Conversos cujuscunque Ordinis.

S Olet interdum contingere, quod quibusdam ad statum Converorum (a) vocatis non placet status suis, & inde evenit, quod non sunt gratis Deo, licet magnum ex hoc beneficium fecerit eis. Item sunt quasi P quo-

(a) Si priora spectemus secula, una & compar fuit Monachorum conditio; inaudita erat distinctio inter Clericos, & Laicos; omnes enim Laici erant, & extra Clerum, nec

quotidie in amaritudine , sicut vir qui habet uxorem sibi displicentem . Item bona , quæ faciunt , non faciunt ex animo , sed quasi in angaria , quæ omnia sunt valde gravia . Ideo persuadendum est istis , ut statum suum diligent : ad quod valere multum potest consideratio status hujusmodi : qui enim sunt in statu clericali habent officium , scilicet , ministrandi Deo , in cuius execu-
tione semper peccant , nisi sint digni . Non autem sic est de officio Laicorum . Item , habent maiorem intelligentiam Scripturarum , quam Laici : & ideo magis peccant , quam Laici , nisi faciant , quæ intelligentia . Item habent prærogativam , & excellentiam : & ideo magis peccant , nisi dent plura bona exempla , quanto sunt in altiori statu , & intelligentia . Patet ergo , quod securior est status Conversorum , propter quod magis diligendus , sicut tempore guerræ loca secura magis diliguntur , & animalia etiam magis diligit loca , in quibus sunt securiora . Item sunt aliqui , eti quodammodo diligent statum suum , tamen non sunt bene firmi in illo , & modo de transitu ad statum clericalem , modo ad aliam Religionem , & hujusmodi cogitantes . Accidit autem ex hujusmodi fluctuatione , quod semper sunt in tentationibus Diaboli . Et propter hujusmodi vacillationem confidit se eos posse evellere , sicut accidit de palo , qui vacillat . Accidit etiam ex hoc , quod non sunt solliciti circa utilitatem suam , sicut homo , qui non firmavit cor suum ad remanendum in aliqua civitate , non est multum diligens ad querendas possessiones , amicitias , vel bonam famam , vel hujusmodi . Accidit etiam ex hoc , quod non ferventer servient Domino , & ideo provocat in eis servitium , & hujusmodi abominationem : propter hoc monendi sunt ad stabilitatis firmitatem in statu suo , juxta illud , 1. Corinthiorum 7. *Unusquisque vocatione , in qua vocatus est , in ea permaneat .* Item quia parum prodest stare in statu suo homini non facient ea , quæ ad statum suum pertinent , monendi sunt , ut hæc faciant diligenter , quæ ad statum suum specialius pertinent , videlicet ut nunquam sint otiosi , sed semper laborent in officiis suis pro viribus , sicut homines mundi pro domo sua . Item , ut zelent pro domus utilitate , fideliter damnum ejus non sustinendo , bonum ejus procurando , & hujusmodi . Item in statu suo vivant humiliter , non intromittendo se de his , quæ super ipsos sunt , ut irreverentiam aliquam majoribus exhibendo , & hujusmodi . Porro hujusmodi sunt , qui statum suum diligunt , & in eo sunt firmi , & faciant quæ ad ipsum pertinent , digne ambulant vocatione , id est in statu , in quo vocati sunt , ut dicatur digne ambulare , id est , laudabiliter se gerere . Materia de predictis . Thematæ , Epheſiorum 4. *Obsecro vos ego vincitus in Domino , ut digne ambuleatis vocatione , qua vocati esis .* Et dicit : *Ego vincitus vinculo charitatis , ut supra in eodem Thematæ de Novitiis .*

XXX.

nec ad Clericatum admissi sunt constitutione Siricii Papæ . Can . Monachos 16. quæstio-
ne 1. Ubi adiuta sunt prædiis , & rebus temporalibus Monasteria , tunc Monachis coepérerunt esse alii Clerici , ad quos una tantum faci officii spectabat , alii Laici , qui Monachis ministrabant , & res Monasterii curabant , & dicti sunt Conversi , quia assumebantur e Laicis , qui studio melioris vite se offerabant Monasterio , tametsi Conversorum nomen ante commune Monachorum fuisset . Unde Coacilium Aurelianense I. anni 511 . Can . 21. inquit : *Monachus si in Monasterio Conversus es .* Vide Antonium Datinum Al- taserram lib . 3. Originum ret Monastice , cap . 5 . & Haestenum lib . 3. tristatu 1. Disquisit . 3.

XXX. Ad Conversos Cistercienses .

Conversi (a) Cisterciensium frequenter veniunt de statu paupertatis ad hunc statum , ut habeant sustentationem vita . Unde accedit , quod cum eidam , qui erat de familia eorum , & comedebat cum alia familia panem nigrum , concessum fuisset , ut recuperetur in Conversum , qui comedebat panem album , & instrutus fuisset , quod veniret coram Abbatore in die receptionis , & ipso prostrato quereret Abbas , quid quereret : re-
spondit : Panem album , & hoc frequenter . Et sic sine dubio multi in illo ordine querunt panem bonum , & instruendi sunt , ut primo querant in illo Ordine regnum Dei , & justitiam ejus . Instruendi sunt , ut gratias magnas referant Creatori , qui non solum de necessariis vita , sed etiam de salute ani-
mæ providit eis in tam sancto ordine . Item instruendi sunt , ut cum habitu
seculari deponant peccata consueta , ut est mentiri , jurare , & hujusmodi , & etiam occulta peccata , ne aliter Ordo non profitet eis ad salutem . Item , ut ea , quæ secundum ordinem facere debent , & alia ad salutem pertinentia , libenter addiscant , & retineant , & opere compleant . Item , ut contra tenta-
tiones carnis , cum emergunt , vel occurrit opportunitas , fiat fortis , ne Habitum tam sanctum , tam ignominioso deturpet . Item , cum aliquod peccatum incurrerint , five grave , five leve , nullo modo occultent , quin quam cito
commode poterunt , illud confiteantur . Item , quod caveant , ne propter necessitatem aliquam revelandam , illicitum aliquid committant , ut faciunt illi , qui propter hoc colligunt aliquod proprium in necessitatibus hujusmodi expendendo . Item , quod bona domus quantumcumque modica , sine licen-
tia nullo modo distrahant , vel in amicos , vel alios quoquaque modo . Item , quod propter bonum domus nullum illicitum committant , ut faciunt qui propter vitandas expensas hospitium mentiuntur , dicentes : Non est hic Cel-
larius , & hujusmodi . Vel in venditione rerum mentiuntur , ut melius vendant , vel falsa dicunt de terminis , vel causis , & similia . Item , quod ad omnes se habeant modo debito : videlicet majoribus obediendo , Monachis devote reverentiam exhibendo , cum conversis sociis pacem , & dilectionem habendo , ad familiam humiliter se habendo , adventantibus asfabilitatem ostendendo , inter seculares cum ire contigerit , sanctam conversationem habendo . Porro qui sic vadunt de virtute in virtutem , digne ambulant in vocationis sua statu . Materia de predictis . Thematæ ut ante : *Obsecro vos &c.*

XXXI. Ad Conversos Carthusianos .

Conversi Carthusianos habent domum separatam longe a Monachis , in qua quilibet habet cellam separatam , in qua morantur , dormiunt , & comedunt . In eadem autem domo cum eis morantur redditi , & fami-

(a) Fratres bubulci dicti sunt etiam Conversi Ordinis Cisterciensis , qui boves curabant , & ad arandum duecebant . Regula Conversorum dicti Ordinis cap . 10 . apud Martenium Tom . 4. Anecdotorum col . 1650 . A seculo autem S. Martini usque ad Purificationem totum illud spatiū in frugibus excutiendis impendant Fratres bubulci .

familia , & ibi declinant adventantes , & ibi sicut negotia , & officia domus , & illuc descendunt pro tempore Cellarius , vel Prior , ut ibidem ordinent eum eis negotia domus . Ipsi autem Conversi in diebus Dominicis , & Festis ascendunt alternatim pro parte ad dominum Monachorum , ad capitulum , & ad confitendum . Proinde instruendi sunt circa amorem cellæ , quod sic eam diligant , quod extra , nisi ob causam necessariam , non libenter morentur , sicut cuniculi , & quedam alia animalia libenter extra latibula sua non morantur . Sed tamen sic temperate diligent , quod officia sibi imposita , vel egressum , cum ab ordine evocantur , propter hoc non omittant . Circa moram vero in cella instruendi sunt , quod contra cogitationes malas , que frequenter invadunt solitarios , utantur remediis orationum , & signo Crucis , & occupatione utilium . Circa repausationem autem carnalem sic provideant , ne locus penitentia degeneret in carnis curam , dum ei nimis servit in cella . Circa egressum vero instruendi sunt , ut tales videantur in gratia , sicut vultus Moysi , quando de colloquio cum Deo egrediebatur ad populum , in quo apparebat gloria immensa . Item instruendi sunt , quod circa secum commorantes , redditos , & familiam se reddant amabiles , & etiam utiles , faciendo circa eos , quae ad salutem pertinent eorundem . Item , quod adventantiibus , sive pauperibus , sive aliis ostendant charitatem , eos humanitus pertractando , & quod eos verbo adficiant , & exemplo , & si fuerint viri spirituales , libenter cum eis conferant de spiritualibus , & audient libenter eorum documenta . Item , quod obedientias sibi injunctas libenter , & fideliter exequantur . Item , quod majoribus suis exhibeant devotam reverentiam , & obedientiam , & ostendant eisdem follicite , quæ ad domum bonum viderint expedire . Item , quod quando ascendent ad dominum Monachorum , recognoscant diligenter de omnibus in quibus aliquo tempore offenderunt , & de his omnibus plene se purgant ibidem in capitulo , vel in confessione cum propenso emendandi , & ea qua dicta fuerint ibidem ad edificationem , follicite retineant , & adimpleant opere . Hæc autem faciendo laudabiliter facient , quæ pertinent ad statum suum . Materia de prædictis . Thæma , ut ante :
Obsecro vos &c.

XXXII. Ad Conversos de Ordine Prædicatorum .

Licet Dominus magnam gratiam faciat hominibus , quos vocat ad Religionem , & majorem his , quos de statu laicali vocat , tamen maximum creditur fecisse his , quos ad statum Converforum vocat in Ordinem Fratrum Prædicatorum . Sunt enim alibi multi Conversi , qui modicam , & raro habent doctrinam spiritualem : hi autem habent continue . Item , alibi multi tantum audiunt missas : hi autem non solum missas , sed officium divinum audiunt quotidie . Item alibi multæ sunt inæqualitates inter Conversos , & Clericos in necessariis vitæ : his autem sunt omnia equalia in vieti , in vestitu , in medicinalibus , & lectis , & domibus , & hujusmodi . Item alibi raro habent capitula , & copiam Confessorum : hi autem habent hoc ita assidue , sicut & Clerici . Item , alibi tractantur minus honorifice : hic au-

tem

tem honorifice : unde non vadunt soli , nec comedunt separatis a Clericis , & ita servitur eis a Clericis , sicut ipsi serviunt ipsis , & similia . Item , alibi imponuntur eis multa officia vilia , ut custodia pecorum , purgatio stabularum , & hujusmodi : hic autem non nisi honesta . Item , alibi valde angariantur multoties , ut servi : hic autem serviunt in multa libertate , ut filii . Debent autem isti cavere , ne tanta gratia abutantur : quod accidit in illis , qui inde sunt superbiores , & hoc quoad se : vel nimis volunt se parificare Clericis , & hoc quoad proximum : vel nimis vacant operibus contemplativis , audiendo missas multas , vel prolixum officium , vel nimis stando in oratione , relisit officiis suis , & hoc quoad Deum . Non solum autem cavere debent ab hujusmodi abusione , sed debent respondere gratia sibi facta , ut sicut gratia est major , ita & ipsi omnes alias excellant Conversos , & quantum ad statum exterioris hominis inter homines , & quantum ad statum interioris hominis coram Deo . Debent igitur sic se habere inter homines , inter quos eos oportet frequenter conversari , ut ex aliqua inhonestate Ordini suo maculam non inducant : sic non solum exemplis , sed aliquibus bonis verbis affluere , quod conferant omnibus ad salutem . Sic gratiæ negotia Fratrum peragere , ut per ipsorum malum modum Ordo non reddatur mundo onerosus . In claustro sic fideliter laborare , quod eleemosynæ , de quibus vivunt , in animæ periculum propter otiositatem non vertantur . Sic absque personarum acceptione communiter omnibus fratribus servire , quod sint participes bonorum singulorum , juxta illud Matthæi 10. : *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ , mercedem Prophetæ accipiet* . Sic ab offensis cavere omnium , quod si omni societas eorum grata . Coram Deo vero sic cavere ab occultis peccatis , a pervertitis intentionibus , ac affectionibus malis , ut illuminatio doctrinæ , quam frequenter audiunt , eis profit ad mundam conscientiam , ad rectam intentionem , ad sanctas affectiones semper habendas . Materia de prædictis . Thæma , 2. Corinthiorum 6. *Exhortamur vos , ne gratiam Dei in vacuum recipiatis* .

XXXIII. Ad Conversos mulierum religiosarum .

Notandum , quod sicut in operibus naturæ fecit Deus mulierem in adjutorium hominis , ita in tempore gratiæ ordinatione ejus factum est , mulieribus religiosis darentur modo viri religiosi Conversi in adjutorium earundem , sicut Beata Virginis eadem de causa datus est sanctus Joannes , & Joseph . Et in Actuum 6. Septem diacones ordinati sunt (a) ad supplendum laborem mulierum in ministerio . Pium est autem valde adjuvare hujusmodi mulieres religiosas : tum quia multum indigent propter defecum , quem habent in sensu , & in viribus ; tum quia per hoc providetur earum periculo , quod incurrent , si in propriis personis pro suis negotiis laborarent : tum quia per hujusmodi subsidium adquiritur eis major libertas vacan-

(a) Fuisse septem hosce Diaconos ordinatos non modo , ut mensis profani inservient , sed etiam sacris , fuse diximus nostro 1. Tomo Conciliorum , & 1. Tomo Romani Pontificis .

vacandi Deo, & Religioni. Debent igitur Conversi in adjutorium prædictum assumpti juvare hujusmodi mulieres in terrenis, pro eis in proprio corpore diligenter laborando, & bona earum fideliter custodiendo, & eleemosynas, & amicitias, & hujusmodi bona sollicite procurando. Item in corporalibus quantum ad viuentum, & vestitum, & habitacula, & hujusmodi necessitates, ut eas habeant competenter, ut ex hoc tollatur occasio proprietatis, & murmuris, & tristitia, & sic magis gratum servitium exhibeant Creatori. In spiritualibus pro Religione earum zelando, ea, quæ infamiam generare possunt, in eis impediendo: Visitatoribus, quæ corrigena viderint, fideliter indicando. Deinde quia parum prodest alios juvare cum sui damno, cavendum est eis sic a familiaritatibus, puta colloquis frequentibus, ab aspectibus minus pudicis earum, quæ sua continentiae non inducunt temptationem. Item, quod de bonis earum, quæ habent in manibus, proprium aliquid non faciant, vel conferant. Item, ne ex statu suo eis necessario inflati, minus tractabiles fiant. Materia de prædictis. Thema, Philippensem 4. Rogo te germane compar, adjuva illas, que mecum laboraverunt in Evangelio. Et nota, quod Apoloſos compatiens mulieribus illis, quæ pro Evangelio sibi ministrando sua expenderant, secundum Glossam, in hoc rogat germanum suum consocium pro illis, ut eas juvet: quanto magis juvandæ sunt, quæ propter Evangelium omnia dimiserunt, virginitatis consilium suscepunt, obedientia perpetuo se subjecerunt, a consocii, & suis fratribus se separaverunt? Sumit istud thema pro argumento ad prædicta.

XXXIV. Ad Religiosos arma (a) portantes quoſcunq;ue.

Sicut Ecclesia habet duos gladios, scilicet, spiritualem, qui est Dei verbum, & materialem, quem portat potestas: ita non sine causa habet quosdam Clericos seculares, & quosdam Religiosos, qui primo utuntur; & habet quosdam Laicos seculares, & quosdam Religiosos, qui secundo utuntur. Et hoc maxime ad fidei defensionem. Et nota, quod tria sunt, quæ multum valent ad triumphandum in bello. Primum est immunitas a peccato: nam et contrario propter peccatum frequenter homines devincuntur. Ideo dicitur Deuteronomii 23. *Quando ingressus fueris pugnam contra hostes tuos, primo custodies te ab omni re mala.* Secundum est bonum regimen exercitus. Proverbiorum 20. *Gubernaculis tractanda sunt bella.* Tertium est confidentia in Domino 2. Machabæorum 15. *Machabeus autem bortabatur suos, ne formidarent adventum nationum, sed sperarent ab Omnipotente sibi affutaram victoriam.* Porro religiosi sunt in statu cavendi a peccatis, & sub regimine obedientiae, & tales qui possunt multum de Deo confidere, sine presumptione propter aliqua merita. Et ideo bene ordinatum est providentia divina, ut tales essent in Ecclesia sua bellatores contra fidei inimicos in confinio Christianitatis constituti. Post creationem autem hujus Ordini

(a) Confer huc, quæ fuse scripsimus nostro 2. Tomo Commentariorum in secundam partem Romani Pontificalis ad Titulum 22., qui inscribitur, *de Benedictione armorum.*

Ordinis devotio fidelium attendens eorum sanctitatem, & utilitatem pro fide christiana, dedit eis ubique terram, magnos redditus, & preventus, ut ex sustentatione magnifica, & continua, hujusmodi bellatores virilius, & infatigabilius decertarent. Proinde exhortandi sunt hujusmodi Religiosi, ne bona data eis pro pugna hujusmodi, expendant, vel in suos usus superflue, vel illicite, vel in aliorum gravamina injusta. Item, ne bella, quæ debent habere contra infideles, convertant in se, pugnando inter se per discordiam, vel in similes Religiosos vicinos per invidiam, vel in Prelatos per exemptionem, & privilegium eisdem molestando. Item, quia parum prodest vincere Saracenos illis, qui vincuntur a vitiis, nisi pugnant utiliter contrarium genus demonum de vitiis diversis tentantes. Item, ut ad conservationem Religionis sua sint milites Christi probi viriliter, & digne puniant excessus, quos a Fratribus suis fieri contigerit modo quoconque. Item, quod in dominis, & terris, quas habent, non se habent, ut tyranni seculares, sed ut ministri Christi, tractando homines suos humanitus, peccata coercendo, & bonum exemplum in se ostendendo, & amabiles se reddendo, & similia. Materia de prædictis. Thema, 1. Machabæorum 14. *Vulnerunt inimici Iudeorum calcare sancta, & evertere regionem ipsorum, & extendere manus in sancta sanctorum: tunc restitit Simon, & pugnavit pro gente sua, & erogavit pecunias multas, & armavit viros virtutis gentis sue, & dedid illis stipendia, & munivit civitates Iudeæ.* Et nota ad expositionem Thematris, quod ea, quæ dicuntur hic de Simone, qui interpretatur obedientis, & de terra Iudea, quæ dicitur confessio, & inimicis, implentur in Religiosis arma portantibus in terra Christianorum, qui Christum confitentur, & Sacraenis Ecclesiæ inimicis aduersantur.

XXXV. Ad Hospitalarios.

Sicut habetur ex historia transmarina: (a) cum Hierusalem adhuc esset sub dominio Sarracenorum ante acquisitionem factam Terræ sanctæ per Godesfridum de Bullion, Soldanus Ægypti, qui dominabatur illuc, conquiſset quibusdam Surianis Christianis quartam partem Hierusalem ex parte

(a) Legere est hanc Historiam apud Willermum Tyrium, *de bello sacro lib. 18. cap. 5.* Sane Ecclesia laborante in Oriente sub iugo Sarracenorum Monachis, qui iugi orationi Deo militans, additi sunt militares Ordines, novum genus Machabæorum, qui manus, & precibus pugnarent adversus hostes Dei, & Ecclesie. Ergo primum Hierosolymitani instituti sunt Fratres hospitalares, seu Hospitalarii, alias Milites S. Joannis Hierosolymitanis; quorum officium in primis fuit peregrinos fovere, & a barbarorum injuriis tueri; construxerunt idcirco Xenodochium, seu Hospital, ubi peregrini excipiebantur, indeque dicti sunt Hospitalarii; fueruntque primi, qui coenobium construxerunt Almaphitanum negotiatores nostri Regni Neapolitani. Eadem tandem Milites dicti sunt Rhodii, ex quo amissis sedibus Hierosolymitanis, novas quæstures, Rhodum Insulam vi, & armis occuparunt circa annum Christi 1310. quam duobus sere seculis tenuerunt, donec a Solimano diuina obſidione, & numero hostium magis oppresſi, quam vieti, mutare solum coati, Melitam Infulam Caroli V. Imperatoris beneficio accepérunt, quam in hunc diem multis victoriis clari feliciter tuerunt, unde & Milites dicuntur.

te Sepulcri sub tributo : convenientebant interdum Christiani aliqui illuc causa negotiationis, vel visitandi loca sancta, licet cum periculo, procurantes aliquam securitatem per servitia, & tributa. Cum autem Suriani illi Christiani in officio divino morem ferventiam Graecorum, quod Latinis erat inconsuetum, & minus acceptum, mercator quidam de Phici prope Salernam, gratiam apud Soldanum inveniens obtinuit ab eo, quod liceret Latinis construere aliquam Ecclesiam prope sepulcrum, quasi ad sanctum lapidis. Creatus est autem ibidem Abbas, & Monachi Latini. Hi autem cum devotione receperunt advenientes peregrinos egenos, maximam humanitatem exhibentes eisdem; & quia non decebat eos ita mulieres recipere, ut viros, factum est quoddam monasterium juxta eos mulierum religiosarum in honorem Beatæ Mariae Magdalene, quæ mulieres peregrinas recipiebant. Postea vero confluenta multitudine, cum non possent prædicta monasteria ad reparationem tantæ multitudinis sufficere, fecerunt prædicti Abbas, & Monachi quoddam hospitale prope cum capella in honorem Beati Iohannis eleemosynarii, idest misericordis, qui fuit Patriarcha Alexandrinus, vir summæ pietatis ad egenos, ubi faciebat illis prædictus Abbas de reliquis utriusque monasterii, & alius prout poterat ministrari, & in agro Achelodemach defunctorum peregrinos sepeliebant. Procedente vero tempore, cum Terra sancta recuperata fuisset, vir quidam Oraudus, sive Gerardus, nomine, qui de mandato prædicti Abbatis diu serviens in illo hospitali, & mulier quedam Romana nobilis genere, quæ vicem Abbatissæ tenuerat in monasterio prædicto cum aliis personis honestis se professione obligaverunt in prædicto hospitali ad servendum infirmis, & peregrinis, assumentes habitum religiosum, cui signum Crucis album applicuerunt; Abbas vero prædictus tam eos, quam pauperes, de mensa propria, & de aliquibus eleemosynis sustentabat. Porro in diebus illis tanta Fratrum erat charitas ad pauperes, & infirmos, quos ad domus suas vocabant, quod panem de simila dabant eis, ipsi vero alium cum furore comedebant. Tantus etiam rigor disciplinae in observantibus religiosis apud eos vigebat, quod si quis aliquid irreligiosum commisisset, vel avelentes crucem ejus a vestibus ejiciebant eum de suo consortio, vel ponebant eum in carcere, vel in terra comedebat usque ad dignam satisfactionem, secundum varietatem culparum. Tanta igitur humilitas fulgebat in eis, quod Abbatii prædicto debitam reverentiam, & obedientiam exhibebant; Patriarchæ etiam devote obedientes de bonis suis decimas reddebat. Propter hoc igitur, cum multi confluissent tunc ad Terram sanctam, qui & suffragia eorum recipiebant, & sanctitatem videbant, exivit in omnem terram fama virtutis eorum, & ex hoc largita sunt eis ubique terrarum tot, & tanta magnifice, & ab Ecclesia Romana tot privilegia, quod producunt sunt ad statum, quem modo habent: in quo non solum servient prædictis pauperibus, sed etiam per milites probos in armis, quos habent propter Saracenos expugnandos, quod post militiam Templi creatam facere cesperunt. Patet ex jam dictis, qualiter Ordo iste incepit, & ad quid promotus est, & per quæ incepit: siquidem in paupertate magna, & in loco unico, & in servitio pauperum. Promotus est autem ad maximas divicias, & dilatatus ubi-

ubique, & de servitio pauperum transit ad domum nobilium. Hoc autem totum factum est propter excellentiam pietatis, & propter rigorem disciplinae, & propter gratiam humilitatis, quæ habuit ab initio. Circa quorum primum nota, quod Hospitale tam illud, quam alia, quæ ad exemplar illius facta sunt innumerabilia, locus est excellentis misericordiae, quia ibi pascitur esuriens, potatus sitiens, recipitur peregrinus, involvitur nudus, visitatur infirmus, & catenis infirmitatis compeditus, & sepelitur tandem defunctus, quæ sunt sex operi misericordiae. Item ibi, & locus, & persona, & res sunt operibus misericordiae dedicatae. Item, in aliis hospitiis recipiuntur divites propter pecuniam: in Hospitali vero isto egeni, & pauperes propter Deum. Et ideo bene dicitur, quod in talibus locis, ubi hæc fiunt, est locus excellentis misericordiae. Væ illis Hospitaliis, qui in talibus locis se dedicarunt, & ca, quæ sunt pauperibus dicata, ipsi subtrahunt, & in suis superfluis infibus expendunt: sed majus vae illis, qui in peccatis hoc consumunt. Circa secundum, notandum, quod Religiosos laicos multum decet servare rigorem disciplinae, ut quod Clerici faciunt per instructionem disciplinae, ipsi, qui non sunt literati, faciant per manum potentie. Ubi autem hujusmodi rigor non observatur, multiplicantur mala, sicut latrones in terra, in qua non servatur justitia. Item, effluent bona spiritualia, sicut vinum de dolio, quod non constringitur fortiter. Item finaliter dissipantur omnia, sicut domus, quæ non reparatur, & appodiatur diligenter, corruit de facilis, & annihilatur. Et ideo vae illis Religiosis, qui de rigore transuent ad laxitatem, quia rei sunt omnium istorum malorum. Circa tertium, notandum est, quod humilitas vas est aptum ad Dei gratiam recipiendam. Jacobi 4. *Humilibus dat gratiam*. E contra vero superbìa gratiam repellit. Unde, 2. Regum: *Montes Gelboe nec ros, nec pluvia gratia veniat super vos*. Et ideo bene dicit Augustinus: *Montes siccant, & valles implentur*. Item humilitas facit hominem amabilem, nullus enim unquam inventur, nisi sit diaholicus, qui non diligit humilitatem. E contra dicitur Ecclesiastici 10. de superbìa: *Odibilis est Deo, & hominibus superbìa*. Item sicut humilitas habet finaliter exaltationem, ita superbìa habet finaliter dejectionem, quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur. Et ideo vae (a) Religiosis, qui de humilitate transuent ad superbiam, quia per hoc privantur gratia Dei, & sunt hominibus odiosi, & in seipsis parantur ad ruinam. Materia de prædictis. Thema Hebreorum 10. *Memoramini prijinos dies*. Verbum hoc, quod dicit Apostolus Hebreis conversis, ut haberent in memoria dies primos sua conversionis, multum est necessarium omnibus, quorum status prius fuit laudabilis, & ideo hospitalariis, qui valde sanctum habuerunt initium, bene competit, ut memorentur, quale habuerunt initium, & quantum sunt promoti, & per quæ, &c.

(a) Quantum malum sit superbìa præfertim, ubi ipsa cernitur in Religiosis viris, pafsum docent Religiosorum Ordinum Institutores. Vide Cassianum lib. 12. Institutum Monasticarum, ubi mores Monachi superbìi describit.

XXXVI. Ad Templarios. (a)

Sicut habetur ex historia supradicta, post supradictam creationem Hospitalis, cum multi confluenter ad Terram sanctam, quidam latrunculi spoliabant, & trucidabant frequenter peregrinos, & videntes quidam milites Deo devoti, in manu Patriarche devoverunt se viam publicam defensuros, nec fuerunt a principio, nisi decem. Postea autem apud Cretas celebratus Concilio Anno Domini Millesimo centesimo vigesimo octavo, Ordo iste confirmatus est ad pugnandum contra Sarracenos: & quia maxima religio, & maximus fructus in triumphis Sarracenis inventa sunt in eis, ideo ex devotione totius orbis ad eos, exaltati sunt, & dicti sunt militiae Templi: quia in principio habitaverunt juxta templum. Quia ergo inter omnes fidèles, qui sunt in Ecclesia Dei, eis specialiter attribuitur nomen militiae, convenientis est, ut specialiter fiat sermo de militia. Notandum ergo, quod duplex est militia, scilicet carnalis, sive corporalis, & spiritualis, quod inueniens Apostolus dicit. 2. ad Corinthios 10. *Arma militiae noſtre non sunt carnalia*: quia dicat: Sed sunt quædam alia. Dicitur autem militia carnalis, quæ carnaliter, & corporaliter exercetur. Spiritualis autem, quæ spiritualiter exercetur. Circa carnalem militiam notandum, quod sunt quidam milites, qui gravant modo Ecclesiás, modo vicinos impugnant injuste, modo subditos suos opprimunt per potentiam, similes illis militibus, qui Dominum crucifixerunt: quod enim sit membris suis, sibi fieri Dominus reputat. Nunquam vero pro defensione fidei, vel pro bono patrie, vel pro defensione innocentium, vel aliis iustis de causis decertant. Quo contra dicitur Ecclesiastici 4. *Uſque ad mortem certa pro iuſtitia, non pro iuſtitia. Alii ſunt, qui tot, & tantis involuti ſunt malis, quod ſciunt pro certo, quod ad inferna defenderent, si morerentur in bello, teſta conscientia. Quo contra dicitur. 1. ad Timotheum 1. militibus: Militiam habens bonam fidem, & conſientiam bonam.* Mirabilis enim infanía est, quod homo exponat se periculo mortis in bello cum conscientia mala. Alii sunt, qui suo impetu moverunt facile ad eundem ad pugnam aliquam suam, vel suorum, cum sine iusto mandato ista fieri non debant; propter quod dicit Gregorius in registro: *Summa militia laus eſt, obedientiam reipublice utilitatis exhibere, & ei, quod ſibi utiliter imperatum fuerit, obtemperare.* Exemplum de militibus

(a) *Ordo Fratrum, seu Militum Templi, vulgo Templariorum institutus est Hierosolymis anno 1118.* ejusque Autores fuerū Hugo de Paganis, & Gaufridas de sancto Audemaro. Dicti sunt autem Templarii, quod juxta Templum Domini sedes habent. Eorum cum Hospitalariis unum & par officium, peregrinos ab injuriis, & latrociniis barbarorum tueri. Anno 1122. eis regulam, & vestem candidam tradidit Honorius II. in Concilio habitio Trecis in Gallia; Eugenius vero III. alba vesti Crucem rubram addidit. De his suis agit Willemus Tyrius lib. 12. cap. 7. Jacobus a Vitriaco in Historia Orientali lib. 1. cap. 65. Matthaeus Parisius ad annum 1118. itemque Bernardus epistola 175. 288. 289. & sermone ad Milites Templi. Hi tandem affluenti opum, ut sepe accidit, a disciplina lapsi, & nefandi, ut ajunt, fedati criminibus, non modo variis affecti fuere supplicis, sed & Ordo ipse sublatus in Concilio Viennensi Clemente V. Pontifice Maximo anno 1312. & eorum bonis ex parte tradita Hospitalariis, ut refertur in Paralipomenis Abbatis Urspergensis.

litibus Centurionis, qui ad mandatum Domini sui vadunt, & veniunt. Matthæi 8. Felices boni milites Templi, qui nunquam pugnant, nisi pro fidei, seu justitiae defensione, qui & Religionem, in qua vivunt, sic habent animas paratas, quod portant eas in manibus suis, parati eas reddere Creatori, quandocumque mors imminet: sic per obedientiam reguntur, quod nec ad bellum vadunt, nec in bello fugiunt, nec de bello recedunt, nisi quantum, & quando obedientia mandat. Et ideo propter ista tria bene impletur in eis ista prophetia Zachariæ 9. *Circumdabo domum meam ex his, qui militant mibi, euntes, & redeuntes.* Iste enim sunt, qui extrema Ecclesiæ custodiunt contra infideles. Militantes autem Domino dicuntur, qui pro fide ejus militant, & hoc quoad primum. Et iterum dicuntur militantes Deo, quia expediti sunt a negotiis secularibus, & non impediti juxta illud 2. ad Timotheum 2. *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus:* & per consequens nec peccatis, & hoc quoad tertium. Circa spiritualem militiam, notandum, quod sunt quidam ita viles milites, qui dimittunt se conculcari ab omni genere vitiorum; non attendentes ad exemplum nobilissimi Christi militis, qui omnes tentationes diaboli de omni vitio pugnando viriliter superavit. Et in hoc apparet maxima utilitas illorum: quia facilissimum est vincere hostem diabolum per vitia impugnante. Unde Jacobi 4. *Reſiſtite diabolo, & fugiet a vobis.* Alii sunt, qui dicuntur equites ab equo, tamen nesciunt fugiū suum circumducere, vel calcaribus urgere, vel frenum debito modo tenere, & similia: ita quod equum eorum, scilicet, corpus eorum frequenter precipitant in lutum vitiorum. Contra quod dicitur Jacobi 3. *Equis frenata in ora mittimus ad conſentendum nobis, & omne corpus eorum circumferimus:* & sic faciebat Paulus, qui dicit: 1. Corinthiorum 9. *Caſtigo corpus meum, & in ſervitatem redigo:* ut scilicet, sicut facit Dominus de servo, ita & ego de corpore meo. Alii sunt, qui cum indigent armis ad pugnandum, deponunt ea, ut scilicet cingulum contineantia, cum imminent pugna contra tentationem carnis; & patientiam, cum imminent adverſitas, & sic de aliis. Unde dicit Philosophia Boetii: *Talia tibi conſuleramus arma, que niſi prius depofuisseſſ, invictum te ſua firmitate feruant: locuſſ de virtutib⁹.* Contra quod dicit Apostolus, Ephesiſorum 6. *Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare aduersus infidias Diaboli.* Et sic patet, quod in militia spirituali reprehensibile est, cum quis non pugnat viriliter, vel cum nescit equum circumducere, vel cum armis non utitur. Denique sciendum est, quod militia carnalis landubiliter executeſſ fine spirituali, parum aut nihil prodeſt. Quid enim prodeſt vincere Sarracenos, & vinciri a vitiis. Augustinus: *Turpe eſt, ut quem non vincit homo, vincat libidio, & obruator vitio, qui non vincitur ferro.* O quot, & quanti sunt, qui glorioſe triumphaverunt, & frequenter de Sarracenis, poſt hujusmodi victorias viſti a vitiis, ad inferos defenderunt! Hinc eſt, quod dicit Salomon; Proverbiorum 16. *Melior eſt, qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Quid enim prodeſt adquirere terras Sarracenorum, subjugare urbes, & caſtra, homini, qui vincitur a corde suo? Hinc dicit iterum Apostolus. 2. ad Timotheum 4. *Bonum certamen certavi, curſum conſumavi, fidem*

servavi: de reliquo reposta est mibi corona justitiae. Nuaquid pugnavit Apo-
stolus armis corporalibus? non utique, sed spiritualibus. Et talis victoria
certa est de corona, non alia. Hinc invenitur in Vitis Patrum, vel in qua-
dam visione ostensa cuidam sancto viro, quod quidam Frater resistens nocte
quadam cuidam cogitationi, septem meruit coronas. *Quis autem hoc, vel*
simile legit unquam de pugna carnali. Et ideo animandi sunt milites boni,
quod majorem opponunt curam, quod sunt boni milites in militia spirituali,
quam in carnali. Materia de praedictis. Thema. 2. ad Timotheum 2. *Labora,*
sicut miles bonus Christi Iesu. Notandum, quod duplex est militia, ut sup-
ra. Et licet ad militem Christi bonum, pertineat laborare in militia prima,
tamen magis debet in secunda laborare, & hoc propter rationes praedictas.

XXXVII. Ad Fratres de Ordine (a) Theutonicorum.

Post Ordines Hospitaliorum, & Templariorum creatus est Ordo sanctae
Marie Theutonicorum, hoc modo. Cum confluenter in Hierusalem
multi Theutonici, quidam Theutonicus, qui cum uxore sua morabatur
in Hierusalem, compatiens pauperibus Theutonicis, quia lingue noti-
tiam non habebant, fecit quoddam parvum hospitale supra domum suam in
quo recipiebat eos, & ministrabat de facultatibus suis. Postquam autem de
assensu Patriarchae factum est Oratorium quoddam de beata Virgine juxta
praedictum hospitale; in illo vero loco devoverunt se quidam servitios
pauperibus, & sic crescente fama ditati sunt maxime in Theutonia. Et illuc
tandem viri nobiles se Domino voverunt, qui postea contra Saracenos pu-
gnarent. Et sic facta sunt tres Religiones, quasi triplex funiculus, qui dif-
ficile rumpetur. Porro isti cum Hospitalariis recipiunt peregrinos, cum
Templariis pugnant, & sic habent aliquid de utriisque, sed non habent tan-
tas exemptiones sicut illi, unde reddunt decimas, & alii modis magis sunt
subjecti Praelatis suis. Habent igitur multa laudabilia. Sunt enim devoti
beatæ Virginis, quam habent specialem patronam. Sunt iterum pii ad pau-
peres. Sunt etiam strenui armis contra Saracenos. Sunt charitativi ad ho-
mines sue nationis. Conservant ad Praelatos suos humilem, & devotam sub-
jectionem. In observantiis verae religionis districti sunt, & zeli magni.
Circa primum monendi sunt, ne tantam patronam, & tam potentem in cæ-
lis, offendant super terram: vel per immundiciam, que sue virginitati, vel
per superbiam, qua sue humilitati summe displicant, ne, quam debent ha-
bere propitiatum, contra se exasperent. Circa secundum sunt monendi ne
reputent pietatem ad pauperes sufficere, nisi pietatem habeant erga animas
sue.

(a) Agit de his Volaterranus lib. 21. Jacobus a Vitriaco, & alii. Ordinis hujus auctor
sunt Vir Teutonicus, qui suo sumptu Xenodochium extinxit in gratiam Germano-
rum. Fratres hujus Ordinis peregrini Hierosolymam pergentibus ministrabant, & a
barbarorum infideliis tuebantur. Puli Hierosolimam migrarunt in Prussiam, quam vi &
armis proligatis infidelibus occuparunt, & tribus fere seculis tenuerunt, donec Al-
bertus Brandenburgicus Luteranum inhaetarem lapsus, duxit uxore, Prussiam sibi vindic-
avit iure dominii, & titulauit Dugis Prussia assumptis, quo ejus posteri nisi sunt
Hodi e non Duces, sed Reges Prussia appellantur.

fiuas, juxta illud, Ecclesiastici 30. *Miserere anima tuae placens Deo.* Et
etiam ad animas aliorum, secundum illud:

Infrue, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Circa tertium instruendi sunt, quod strenuas in armis parum prodest contra
infideles, nisi adgit strenuas contra tentationes dæmonum, & virilitas ad
correctionem culparum Fratrum, secundum exigentiam Religionis. Circa
quartum sunt admonendi, quod non solum est curandum de necessitatibus
corporalibus hominum sue nationis, sed de salute eorum: exemplo Tobiae,
qui de suis facultatibus in captivitate ministrabat. Circa quintum monendi
sunt, quod sicut obedienti hominibus, & reddunt eis, quæ sua sunt, ita
& faciant Deo. Magis enim oportet obedire Deo, quam hominibus. Mat-
thæi 22. &, quæ Dei sunt, reddenda sunt Deo. Circa sextum monendi sunt,
ne sint sicut Pharisei, qui vim magnam faciebant circa minoria, majora
vero pertransibant, & distractiores erant circa alios, quam circa se ipsos.
Materia de praedictis. Thema, Romanorum 11. *Ministerium meum honorifi-
cabo, si quo modo provocem ad emulationem carnem meam, & salvos faciam
aliquos ex illis.* Notandum est, quod non est alius Ordin in Ecclesiis Dei, qui
contraxerat nomen ab aliqua natione, præter istum. Non enim dicitur alius
Ordin Gallicorum, vel Anglicorum, & sic de aliis, sicut dicitur iste Ordin
Theutonicorum. Nominatur autem sic, quia a Theutonico fuit inceptus,
propter Theutonicos, & a Theutonicis promotus, & Fratres habet pro ma-
xima parte Theutonicos, & in eo salvant animas suas. Preinde multum
interessit Fratrum hujus Ordinis, quod ipsum Ordinem in honore sanctæ Reli-
gionis conservent diligenter, ut per hoc gens sua, cuius salutem debent
zelare, salutem consequatur in eo: ad hoc debet eos movere exemplum
Pauli, qui idem fecit pro sua Gente, sicut patet in verbo prædicto. No-
tandum autem, quod isti Fratres multa habent laudabilia, ut supra.

XXXVIII. Ad Hamiliatos. (a)

In partibus Italæ est quoddam genus Religionis, in qua sunt sub eadem
clausura sequestratae inclusæ quedam mulieres laiceæ, ex alia parte qui-
dam laici bona indolis, & apti ad laborandum, & sic bene sunt hujus-
modi

(a) *Humiliatorum Ordin*, ut scribit Haefnienus *dissertationum Monasticarum* lib. 2. Trac-
tatu 6. *dissertation* 5. in Insuffria per S. Joannem Medam circa annum 1066. caput.
& ab Innocentio III. anno 1200. confirmatus fuit. Hunc Ordinem S. Pius V. anno
1570. ob nefarium scelus, quod quidam ejus Ordinis Monachi in S. Carolum Borro-
meum machinati erant, delevit, annuis vero ejus proventus, qui triginta millium au-
torum summam efficiebant, in alios pios usus destinavit. Atque ita, inquit, Joan-
nes Azorius Tomo 1. *Institutionum*, lib. 12. cap. 21. deletus est optimus olim Mono-
chornus Ordin, & tale editid Pius exemplum neglectæ disciplina vindicanda, ut ce-
teri dicant sibi diligenter caveat. & siceptæ, ac voto promissæ vita Regulam studio-
fius tenere. Porro licet ab anno 1119. initia Ordinis hujus repeat Tristans Chalcus,
a jure alii, S. Bernardum ejus Institutorum Mediolanii fuisse; quia felicit Humiliati ante
eum Religionis non erant, eo quod formam vivendi in religioso habitu non haberent.
Vide Paginum in breviario Gestorum Romanorum Pontificum, ubi agit de Innocen-
tio III. num. 25. & 26.

modi domus ordinatae. Habent enim aliquos Clericos ejusdem professionis, qui faciunt in aliqua cappella eis divinum officium. Laici autem, & laicæ habent certas alias orationes, quas dicunt secundam modum laicalem. Omnes autem vivunt sub oedientia unius Præpositi, & in communi, & absque proprio: certa statuta habentes, quæ satis bene, & religiose obseruant, raro egredientes, raro discurrentes per mundum: hujusmodi autem Religiosi dicuntur Humiliati. Notandum autem, quod quidam sunt Religiosi, qui habent amplas possessiones, & redditus, de quibus vivunt magnifice. Alii sunt, qui nihil horum habentes vivunt de solis elemosynis, sed isti ad formam primitivæ Ecclesiæ de proprio labore vivunt. Non enim habent possessiones, nisi forte paucas interdum, sed de labore, quem exercent, maxime in pannis, tam mulieres quam viri in quibus operantur, valde fideliter vivunt, & eleemosynas alias faciunt, & Religiosos pauperes devote recipiunt. Et ideo secundum Psalmum 127. Beati, quia labores manuum suarum manducant: & secundum Dominum, qui dixit, ut dicit Apostolus Actuum 20. *Beatus est magis dare, quam accipere:* quod intelligitur in casu in quo quis laborat, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti, ut dicitur Ephesiorum 4. Item isti multam humilitatem prætendunt in parcitate virtutis, & in paupere Habitū, & in humiliitate domorum, & cundo pedes, ut frequenter, & in hujusmodi, juxta illud Ecclesiastici 3. *In omnibus te humilia.* Item omnibus exhibent multam humilitatem, obviantibus sibi inclinantes eis, Religiosos, & hujusmodi personas digna reverentia cum genuflexione, & osculo manuum devote suscipientes, juxta illud 1. Petri 5. *Omnis invicem humilitatem insinuat:* propterea bene dicuntur Humiliati, quia videlicet humilem vitam laborantium ducunt. Et in illis supradictis, in quibus homines mundi superbiam ostendunt, ipsi humilitatem prætendunt, & quia hominibus de humiliare consueverunt. Notandum autem, quod sunt quidam, qui etiæ dicuntur humiles ab hominibus, tamen in veritate non sunt, & hoc nihil prodet. Quid enim prodet bonum nomen sine re nominis? Ideo danda est illi opera, qui habet nomen humilitatis, ut sit, quod dicitur. Et ideo dicitur 1. Petri 3. secundum aliquos textus: *In oratione eftote compatientes &c. humiles non redentes malum pro malo: eftote bimiles.* Eftote, dicit, non, vocemini. Item alii sunt, qui humilitatem forinsecam, sed non in corde habent, juxta illud Ecclesiastici 19. *Eft qui nequiter fe humiliat, scilicet, exterius, & interiora ejus plena sunt dolo,* quia non respondent humiliati exteriori. Quo contra dicit Dominus Matthæi 11. *Dificite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Item sunt aliqui, qui humiliantur inviti, juxta illud Psalmi 106. *Propter injuftias tuas humiliati sunt.* Sed ista humiliatio parum valet, etiam secundum Philosophum, qui dicit: 6. *Metaphysicæ: Melior est qui sponte humiliatur, quam qui vi.* Ex his patet, ad hoc quod humiliatio sit laudabilis, debet esse non solum nominalis, sed realis, non forinsecata, sed intrinsecata, non in vita, sed voluntaria. Notandum item, quod vera humiliatio valet ad multa valde necessaria homini. Unum est, evasio periculorum mundi. Unde cum Antonius vidisset in visione totum mundum plenum laqueis, & exclamasset dicens: Domine quis poterit evadere

dere istos laqueos? audivit vocem dicentem: Sola humilitas. Psalmus 114. *Humi liatus sum, & liberavit me.* Exemplum de avicula, que applicans se juxta terram, evadit laqueum extensum in altum. Aliud est, placatio iræ diuinæ. Homines enim prosterentes se coram magnatibus, sic placant eos quandoque, 2. Paralipomenon 12. *Quia humiliati sunt, non disperdam eos.* Exemplum de eodem. 3. Regum 21. de Achab. Aliud est, finalis glorificatio. Job 22. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* Dominus enim dicturus est sedenti in imo: *Amice ascende superius, & erit tibi gloria coram simul discubentibus.* Patent ex prædictis tria, scilicet, quare isti Religiosi dicuntur Humiliati, & quæ sit vera humiliatio, & ad quæ valeat. Materia de prædictis. Thæma, Ecclesiastici 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum, & sensatorum confedere illum faciet.* Notandum, quod licet humiliacionem mundus reputet stultitiam, tamen est apud Deum maxima sapientia. Et ex hac sapientia evenit, quod hoc corpus, quod hic humiliatur, cum anima, quæ est caput hominis, exaltatur hic ad præsens apud Deum, & in futuro ascendet ad maiorem honorem, quia in medio magnatorum, five sensatorum tunc erunt magni: confidebit nunc humiliatus, & hoc debet esse ad magnam consolationem eorum, qui nunc humiliantur. Proinde cum Fratres, qui dicuntur Humiliati hoc nomen sibi appropriaverunt, videndum est, quare si vocentur, & quomodo vere convenit eis hoc nomen, & quid valeat hæc vera humiliatio. Notandum ergo, quod sunt quidam Religiosi, ut supra.

XXXIX. Ad Fratres de Pœnitentia. (a)

Notandum, quod Dominus, quî non vult morteni peccatoris, sed vitam, & non vult aliquos perire, sed reverti ad pœnitentiam, sicut dicitur 2. Petri 3. Parentes primos, quando peccaverunt, non statim projectis in infernum, licet hoc potuisse facere de iustitia, sed posuit eos in locum, ubi pœnitentiam possent agere in mundo isto: juxta illud, Job. 24. *Dedit ei locum pœnitentia.* Item quando in isto loco pœnitentia addunt homines peccata peccatis primis, non iterum projectis eos in locum damnationis, sed ex magna misericordia sua expectat eos, ut frequenter, & dat eis adhuc tempus ad pœnitentiam, juxta illud Apocalypsis cap. 2. *Dedi illi tempus pœnitentia.* Quia vero multi sunt, qui dicunt, quod non possunt in seculo pœnitentiam agere, nec Religiones volunt intrare, quia non possunt sustinere propter continentiam, vel non possunt sustinere propter matrimonia: ecce providentia divina ad tollendam hujusmodi excusationem ordinavit, ut esset in medio mundi quidam modus faciendo pœnitentiam, qui approbatus est a Domino Papa, & multis gratiis, & privilegiis insignitus, quem

(a) Ita vocantur viri, & sc̄minæ, qui in vita laicali sub direktione Fratrum Ordinis Prædicatorum vitam intitunt, Habitū modiſiore utentes. Vide Bullarium dicti Ordinis auctore etuditissimo Antonino Bremond Theologo Catanensis. Eo etiam appellantur nomine Fratres, & Sorores Tertiæ Ordinis Fratrum Minorum instituti ab ipso S. Francisco. Vide Bullas Joannis XXII. anno 1319. & 1320, apud Wadingum.

quem assumunt Fratres hi , qui dicuntur de pœnitentia , qui licet uxores habere possint , & in medio pravæ , & perverse nationis commoretur , tamen cavent a peccatis , & ab officiis , quibus sunt annexa peccata , & habitum humilem in signum pœnitentia deferunt , habentes certa statuta statui pœnitentia competitia , secundum quod viventes in mundo vivunt in statu pœnitentia , & multi magni genere tam viri , quam mulieres , maxime in Italia partibus hujusmodi statutum vivendi assumpserunt . Sunt tamen multi , quos nec locus pœnitentia , in quo sunt , nec tempus pœnitentia , quod eis indulgetur , nec modus , sive ordo pœnitentia ante oculos eorum positus , in quo coram eis multi agunt pœnitentiam , movet eos ad pœnitentiam agendam . Super hoc autem conquerens Dominus , dicit Hieremia 8. Attende , & auscultavi ; & post : nemo est , qui pœnitentiam agat super peccato suo . Quoniam autem pauci sunt , qui vere pœnitentiam agant , quoad confessio- nem , quoad contritionem , & quoad correctionem , & quoad restitutions , & quoad satisfactionem injunctam , ideo sunt multi , velut Dæmones , qui postquam peccaverunt , nunquam egerunt pœnitentiam . Mira , imo misera- bilis res ! infirmantur homines in corpore , & statim querunt sollicite reme- dia : Infirmitur in anima , & gravissime , & non querunt remedia , sed dimittunt se sic ire ad mortem . Et nota , quod Dominus tria proposuit Ju- dæis , quæ debuissent eos movere ad pœnitentiam , quæ quia non moverunt eos , reprehendit eos . Unum fuit prædicatio . Unde Luca 11. *Viri Niniviti- surgent in iudicio cum generatione ista , & condemnabunt eam , quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ* . Aliud fuit exemplum . Unde Matthæi 21. *Venit ad vos Joannes in via iustitia , & vos videentes nec pœnitentiam habuistis , scilicet , ad tantum exemplum* . Aliud fuit miraculum . Unde Matthæi 11. *Væ ti Corozaim , væ tibi Berbaizida , quia si in Tyro , & Sy- done factæ fuissent virtutes , quæ in te factæ sunt , olim in cinere , & cilicio pœnitentiam egissent* . Quantum ergo sunt reprehensibiles homines nostri tem- poris , qui non unicam prædicationem audiunt , sicut Ninivitiæ Jonæ , sed inumeras ; non unicam habent exemplum pœnitentia , sicut Judei Joannis ; non pauca miracula , sed innumerabilia tam Christi , quam Sanctorum , quæ credunt indubitanter : & tamen haec omnia non movent eos ad pœnitentiam . O duri , indurati , & obdurati filii Adam , ait Beatus Bernardus : *Duri , quoad prædicationem : indurati , quoad exempla : obdurati , quoad mira- cula , quorum nullum movet eos ad pœnitentiam . Notandum iterum , quod si haec tria non movent , sunt alia tria , quæ ad hæc movere debent . Homo enim , qui in peccatis est , & pœnitentiam non facit , semper plus efficitur deterioris conditionis , quia sicut dicit auctoritas Gregorii . Peccatum : quod per pœnitentiam non diluitur , suo pondere mox ad aliud trahit* . Unde talis semper magis , & magis corruptitur , sicut pomum in parte putridum , si non removeatur illa putredo , paulatim cito fit totum putridum . Apocalypsis ultimo . *Qui in sorribus est , sordescat adhuc . Præterea talis per mortem im- provisam frequenter periclitatur* . Unde Luca 13. loquens de illis decem , & octo , super quos cecidit turris in Siloë , & occidit eos , dicit : *Si non pœnitentiam habueritis , omnes similiter péribitis . Præterea , Ecclesiastici dici-*

dicitur: *Qui peccat in animam suam, paenitebit.* Quod dicitur, quia post peccatum, vel hic oportet facere pénitentiam, vel in futuro: juxta illud, quod dicitur de damnatis, Sapientia 5. *Pénitentiam agentes.* Sed heu quam gravis erit illa pénitentia, quia non in pane, vel in aqua abstinebunt, ut modo aliqui, imo nec guttam aque habere poterunt, sicut dicitur de divite. Luce 16. Non dabuntur ibi disciplinae pénitentiales de virginis, ut nunc, imo cum malleis, juxta illud Salomonis, Proverbiorum 19. *Parati sunt percutientes mallei flitorum corporibus.* Item non pediculos ibi habebunt, ut modo aliqui propter cilicia, & vestes asperas, immo vermes, juxta illud, Judith 16. *Dabit ignem, & vermes in carnes eorum.* Nec occiderunt, ut pediculi: quia dicitur Iсаиа ultimo: *Vermis eorum non morietur.* Vnde illis, qui non agunt pénitentiam modo, quia paulatim semper proficiunt in penis. Sed majus vnde, quia subito frequenter periclitantur. Sed maximum vnde, quia acerbissimum oportebit eos agere pénitentiam, quatenus non morietur, nec fructuosa erit. Notandum iterum, quod illi, qui volunt in medio mundi pénitentiam laudabilem facere, necessarium est, ut deponant verecundiam humanam, ut non erubescant signa pénitentiae coram mundo, exemplo Magdalene, de qua dicit Gregorius Homilia 25. in Evangelia: *Super convivantes ingressa est, non iussa venit, inter epulas lacrymas oblitus: dixit quo dolore ardet, qua inter epulantes floscere non erubescit.* Et ideo dicitur Ecclesiastici 20. *Quam bonum est correptum manifestare pénitentiam:* idest, pénitentiam facere manifestam. Item in talibus mundus solet facere majores persecutions, juxta illud. 2. ad Timotheum 3. *Omnis, qui pie vivere voluit in Christo Iesu, persecutionem patientur.* Et ideo indigent patientia. Hebreorum 10. *Patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis promissiones.* Item tales solet diabolus magis tentare, sicut Christum, quando jejunavit in deserto: & ideo indigent magis constantia virili. Ecclesiastici 2. *Fili accedens ad servitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & prepara animam tuam ad temptationem.* Item ad tales pertinet fugere omnes occasiones appropinquantes ad peccatum. Genesis 19. *Ne stes in omni loco circa regionem, sed in monte salubrum te fac, ne simul pereas.* Exemplum de David dicente in Psalmo 54. *Ecce elongavi fugiens.* Item frequentare omne bonum, ut eleemosynas, sermones, indulgentias, bonos viros, sanctas societas, opera pietatis, & hujusmodi omnia, quae pertinent ad salutem, sicut legitur de magna Penitente, quae ubiquecumque audiebat Iesum, recurrebat illuc. *Quo contra dicit Bernardus de quibusdam, qui ardenter desiderant secularia, & perniciosa, quam utilia: Alacrius currant ad mortem, quam ad vitam.* Item habere non quemcumque confessorem, sed prudentem virum, cuius consilii acquiescant, & in omnibus ad salutem pertinentibus dirigantur. Exemplum de Elther, que licet Regina esset, tamen omnia secundum mandatum faciebat sapientis Mardonhei. Elther 2. Ecclesiastici 6. *Confiliarius sit tibi unus de mille, quasi dicat, vix in mille adhæreas uni.* Materia de prædictis. Thema, Actuum 17. *Tempora huius ignorantia deficiens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique pénitentiam agant.* Notandum, quod Rex Calorum veniens in mun-
R
dum

dum prædicationem suam incepit a pœnitentia . Matthæi 4. unde coepit prædicare , & dicere : *Pœnitentiam agite* . Item, ad hoc idem reservatur Enoch in fine seculi . Ecclesiastici 44. *Enoch translatus in paradisum , ut det gentibus sapientiam* . Glosa : *Confluum pœnitenti secundum aliam litteram , & hoc erit in fine seculi* . Item, hoc idem in medio facit per suos ubique prædicare secundum verbum prædictum . Notandum autem , quod Dominus , qui non vult , &c. ut supra .

XL. Ad Fratres , & Sorores in Hospitalibus.

IN Hospitalibus magnis solent esse Fratres , & Sorores deputati ad servitium infirmorum pauperum , qui alicui modo Religionis sunt astricti . Ad habendum autem materiam sermonis ad tales : notandum est , quod inter opera omnia , que possunt fieri in servitium Creatoris , excellent opera misericordie , juxta illud Psalmi 144. *Miserationes ejus supra omnia opera ejus* : quod intelligitur non solum de his operibus , que ipse facit , sed etiam de illis , que sunt in nomine ejus . Inter status etiam , qui sunt in Ecclesia , non est alius , in quo ita abundant opera misericordie , sicut in hospitalibus bonis . Ibi enim implentur abundanter opera misericordie , sicut supradictum est in titulo de Hospitalariis . Inter omnia opera autem misericordiae magis excellunt ea , que exercentur circa pauperes infirmos . Infirmitas enim est magis afflictiva , quam esuries , vel alia miseria , quam respiciat aliqua misericordia circa vivos . Item , facit hominem impotentem , ut non possit se juvare , quod non facit alia de prædictis miseriis . Item , ubi est paupertas cum infirmitate , desunt remedia adjutorii , quoad servitores , & quoad medicinalia , & similia : que autem potest esse miseria gravior , quam afflictio , & cum carentia potentie juvandi se ipsum , & defectu adjutoriorum exteriores : & ideo cum misericordia respiciat miseriā , maxima est misericordia , que circa infirmos pauperes exercetur . Sunt autem multa , que debent ad opus hujusmodi misericordiae exercendum movere . Unum est , multitudo meritorum . In serviendo enim pauperibus infirmis meretur tactus dum manibus elevatur , deponitur , & ducitur ad loca necessitatis , & apportantur infirmo necessaria , & discoperitur , & cooperitur , & induitur , & exiutur infirmus , & similia : similiter & visus , dum vīs miseriis compatitur : similiter & auditus , dum verba impatiens eorum , & gemitus nocturni somnum turbantes sufferuntur patienter : similiter gustus , dum propter eorum servitium intermittitur interdum mensa , & similia . Et sic patet , quod omnes sensus merentur in tali servitio . Nunquid ingratus est Deus , ut non retribuat pro talibus , & tot servitios ? *Curam (inquit Samaritanus) illius habe , scilicet , infirmi , & quicumque supererogaveris , ego cum rediero reddam tibi* . Luce 10. Et Dominus pro servitio tanto facto suis infirmis propter nomen ejus retribuet , qui retribuit pro potu aquæ frigidæ dato in nomine suo , retribuit utique abundantius . Aliud est , exemplum . Et hoc multiplex . Ipse etiam Christus non legitur ita se circa alia opera misericordiae effundisse , sicut circa infirmos . Ipse enim consolabatur ipsos , tangebat ipsos , visi-

visitabat ipsos , curabat ipsos , ad ipsos sanandos Apostolos mittebat , propter ipsos , Sacramentum speciale , scilicet , extremæ Unctionis fecit institutum . Item , exemplum Pauli , qui ita compaticiebatur eis , quod dicebat 2. Corinthiorum 11. : *Quis infirmatur , & ego non infirmor ? Item , exemplum Centurionis gentilis , qui licet magnus esset nobilitate , tamen tanta cura fuit ei de servo suo argento , quod accessit ad Jesum pro eo sanando* . Matthæi 8. Magna duritia , si non movet apud aliquem exemplum Christi , exemplum Apostoli , exemplum nobilis gentilis . Aliud est , provocatio divina misericordia . Moris enim est apud Deum , ut sicut homo alii miseretur , ita & Dominus ei misereatur . Et ideo postquam dictum est in Psalmo 40. *Beatus , qui intelligit super egenum , & pauperem ; sequitur : in die mala liberavit eum Dominus* . Ubi numerantur sex pertinentia ad misericordiam , quam Dominus est talibus facturus . Sed notandum , & etiam cum dolore proferendum est , quod sunt quedam hospitalia , que licet abundant , & de eleemosynis datis propter pauperes sint dictata , tamen cum veniunt egeni , non recipiuntur ibidem , & fit eis sicut fecerunt Judei Christo , qui in propria venit , & sui non receperunt ipsum ; hujusmodi enim hospitalia pauperum sunt . Fratres , & Sorores sunt ibidem deputati ad servitium pauperum . Quandoque etsi recipiantur , tamen crudeliter tractantur , & cum Fratres , & Sorores splendide vivant de bonis eorum , ipsos dimittunt languore in magna inopia . Si autem dives evangelicus sic punitus est , eo quod Lazaro jacente ante januam suam , non dabat de propriis bonis , quid faciendum est de illis , qui pauperibus jacentibus in eadem domo secum , non dant de bonis ipsorum pauperum ? Quandoque infideliter se habent ipsi Fratres , & Sorores , bona communia negligendo , vel de ipsis convivia faciendo , vel detrahi male ab aliis permitendo , & similia ; similes Iudei , qui bona pauperum sibi commissa ad dispensandum , infideliter tractabat , & hoc est vitium satis commune . Proverbiorum 20. *Multi homines misericordes vocantur , virum autem fidem quis inventi ? Interdum vero , quod pejus est , bona pauperum expendunt in luxuriam , quod est horribile auditi* . Judæi 1. *Dei nostri gratiam in luxuriam transientes ; gratiae siquidem Dei sunt eleemosynæ , que propter Deum gratis dantur pauperibus suis . Interdum vero contingit , quod hujusmodi personæ non propter Deum , vel pœnitentiam , vel aliqua bona intentione veniant ad hujusmodi servitium pauperum , sed solum propter suam sustentationem habentdam : & ideo nihil merentur apud Deum . Et ideo dicitur Ecclesiastici 3. *Cupidi pedem tuum ingrediens domum Domini , que est hospitale , ut sci-licet pes dexter , qui est intentio spiritualis , præcedat* . Interdum vero non observant Regulam , vel statuta sua , vel cadunt in aliquo peccatum , in quo remanentes amittunt quidquid ex alia parte faciunt boni circa pauperes : contra quod dicitur 2. Joannis 5. *Videte , ne perdatis , quod operati estis* . Materia de prædictis . Thema , Psalmus 40. *Beatus qui intelligit super egenum , & pauperem* . Dives est infirmus , non egenus , id est , indigens , quia habet necessaria , sed pauper infirmus est egenus , & pauper . Et beatus , qui intelligit , id est , intellectum suum ponit super tam . Ad quod notandum , quod super omnia opera , ut supra .*

XLII. Ad Fratres, & Sorores in domibus (a) Leproforum.

Ad habendam materiam loquendi de ipsis, notandum est, quod Christiani, quia eo quod dicuntur uncti, debent super omne genus hominum affluere oleo misericordiae, non solum quod faciant apud se singuli secundum suas facultates, sed habeant hospitalia de bonis fidelium constructa, in quibus omne genus misericordiae, ut praestensione est, exercetur, quod non legitur de aliqua alia natione: non solum autem hospitalia communia ad genus commune pauperum, & infirmorum habent, sed & propria loca ad genus singulare aliquorum infirmorum, scilicet leproforum, quae dicuntur Domus leproforum, in quibus interdum, quando sunt domus magna, & abundantes, recipiuntur aliqua personae, tam viri, quam mulieres, tam laici, quam Clerici in Fraternitatem, qui sub aliquibus statutis vivunt sub obedientia alicuius magistri, cum ipsis infirmis una cum magistro illo servienti infirmis in multis, & quoad curam temporalium, & quoad procurationem elemosynarum: & quoad spiritualia quantum ad officium divinum, & Sacramentorum ministracionem, & predicationem, ut collationes sanctas, quae per Fratres Clericos fiunt, vel procurantur fieri apud eos. Notandum autem, quod hujusmodi modus manendi cum talibus infirmis, valde est commendabilis secundum Deum. Hujusmodi infirmi habent infirmitatem valde acerbam, desperatam, & abominabilem: & hec tria faciunt eam valde gravem. Nam infirmitas, si parum affligit, vel affligens multum remedium habeat, vel non habens remedium, alios non gravat, minus est gravis. Item, hujusmodi infirmitas est super omnes alias infectiva: hujusmodi etiam infirmi valde sunt impatiens. Sunt etiam valde ingrati beneficiis sibi. Unde de decem, quos Dominus curavit non inventus est, qui redderet gratias, nisi unus. Et ideo propter periculum, contagii, & propter impatientiam eorum, & ingratitudinem, valde grave est eis servire. Præterea inter multa millia hominum, paucissimi sunt, qui possunt induci ad habitandum cum eis, quia natura multorum omnino haec abhorret. Et ideo nisi essent aliqui, qui propter Deum suam naturam in hoc vincerent, omni essent humano solatio destituti. Ex his tribus patet, quod maximum opus pietatis est talibus infirmis assistere. Tum, quia gravis est eorum infirmitas. Tum quia grave est eis servire. Tum quia deesset eis omne solatium, nisi aliqui ad hec cogarent seipso propter Deum. Et ideo tanto maioris est meriti apud Deum, quanto pietas est major: & est probabile, quod valde fit acceptum coram Deo. Exemplum in Vita beati Juliani in qua legitur, quod cum beatus Julianus receperisset quandam leprosum in hospitio, & propter Deum ipsum tractasset humane, & ipsum in lecto proprio collocaisset, cum visitasset, nihil invenit, sed auditiv vocem desursum dicentem: Juliane, quia mihi fecisti bonum hospitium, & ego propter te faciam bonum hospitium omnibus, qui illud a me petierint propter te; erat enim Christus, quem receperat in specie leprosi ad probandum misericordiam

(a) De Nosocomiis, & antiquo eorum usu apud Christianos vide quæ fuse diximus in Canonem & Chalcedonensem nostro primo Tomo Conciliorum.

diam ejus. Proinde beati Fratres, & Sorores hujus Religionis, & beata talis Religio. Si enim religio munda, & immaculata apud Deum, & Patrem, est visitare pupilos, & viduas, in tribulatione eorum, Jacobi 1. quanto magis est beata religio ista, quæ multo magis, immo summe tribulatis assistit continue, & non solum in domo, sed etiam in transitu visitant? Iterum notandum, quod Christus per Prophetam Isaiam 53. descriptus fuit per formam leprosi, ubi dicitur: *Reputavimus eum quasi leprosum*. Ipse enim Christus in carne apparentis multas curialitates leprosis exhibuit, tangendo eos propria manu: Matthaei 8. & sanando multos, & dulciter eos alloquendo, sicut patet ex Evangelio. Ipse enim in eorum forma apparuisse repperitur, sicut patet in prædicta historia Juliani, & alius quibusdam. Beatus etiam Martinus intrans Civitatem Parisiensem cum turba multa, obvium sibi leprosum horribilem legitur osculatus fuisse. Beatus quoque Franciscus cum multa devotione eisdem serviebat, & ad serviendum eisdem Fratres suos deputavit. Et ideo exemplum Christi, & beati Martini, & sancti Francisci animandi sunt homines ad serviendum, & ad assistendum eisdem. Notandum vero, quod cavendum est habitantibus cum eisdem ab illis sex, que in præcedenti titulo sunt notata. Materia: *Fratres in adjutorium in tempore estote tribulationis*. Thema: *Fratres in adjutorium*.

Ecclesiastici 40. Inter omnes tribulationes, quae possunt in hoc mundo sustineri, habent hujusmodi infirmi maximas, & ideo facta fuit cogitatio, ut instituerentur aliqui Fratres, & Sorores, quae eis essent in adjutorium, & solatium. Ad habendam autem materiam de ipsis notandum, ut supra.

XLII. Ad novos Religiosos quoscunque.

Cerca materiam ad istos, primo est notandum, quod nova Religio non est facile (a) incipienda, nec sine causa multum rationabili. Religio enim nova est, quasi nova via ad cælum, secundum quod dicitur de Christiana Religione, Hebraeorum 10. *Nunciavit nobis viam novam*. Item, est sicut nova navis fabricata ad evadendum pericula maris mundi. Item, est sicut novum castrum, fine nova fortalitia, ad qua possunt confugere homines, propter hostium infestationem, & ideo quando antiquæ viæ sunt dissipatae, vel naves veteres confractæ, vel castra, que solebant esse ad refugium, destituta, rationabile est novas Religiones fieri propter prædictas utilitates. Ubi antiques viæ Religionum sunt adhuc bona, & naves veteres Religionum adhuc sanae, & integræ, & castra Religionum multarum adhuc fortia, & stantia in bono statu, qua utilitas est fieri novas Religiones? Notandum, quod hujusmodi Religiones non sunt incipiendæ passim a quibuslibet personis, nisi sint valde authenticæ, vel ex dono Dei, vel

ex

(a) Ne admittantur novæ Religiones, cætum est quidem ex Concilio Oecumenico Lateranensi 4. anni 1215. can. 13. Idem statut in Concilio Oecumenico Lugdunensi 2. Gregorii X. anno 1223. Verum convinentibus Pontificibus Maximis, rum antetum post Lugdunense Concilium varia instituta sunt Religiones a Sede Apostolica approbatæ.

ex sufficientiis acquisitis , sicut fuerunt olim Basilius , Augustinus , Benedictus , qui incipiebant Religiones . Si enim in Civitate magna pauci reperiuntur , qui sint boni magistri ad diversa officia , artificia , quomodo erit qui libet aptus , ut si magister sapiens ad novum opus ? Non sunt & quilibet recipiendi ad fundamentum talis adifici , sicut in fundamento domorum non ponuntur quilibet lapides , sed electi , sicut & factum est de Ecclesia , quæ fundata est per Apostolos , & discipulos , quos , licet essent primo modici , Christus gratiarum diversis donis fecit quammaximos . Non sunt iterum tales Religiones proprio motu subito incipiendæ , sed auctoritate Vicarii Iesu Christi , super opere incipiendo habita prius cum eo collatione diligenter . Qui enim servorum patris familias , sine ejus mandato expresso , tale hoc acceptare presumit ? Ad hoc ergo , quod hujusmodi Religiones laudabili modo incipientur , debent concurrende magna sufficientia in incipiente , competens idoneitas in primis receptis , & summi Praefulsi auctoritas ante inceptionem . Tertio notandum , quod in prosecutione hujus operis debet esse sapientia , exemplo illius , qui dicit in Psalmo 103. *Omnia in sapientia fecisti.* Et ideo consulendi sunt magistri sapientes in hac arte , sicut faciunt , qui volunt sapienter adificare . Exemplum Exodi 31. & 35. de Bezaleel , & Coliab sapientibus , quos præcepit Dominus vocari a Moysi ad faciendum , quod præcepit faciendum . Iterum recurrentum est ad exemplaria præcedentia , sicut præcipit Dominus etiam Moyse , ut omnia faceret juxta exemplar , quod in monte monstratum fuit ei . Quæ enim sapientia facere potest tot novitates in Habitibus , in Officiis , & aliis statutis , quæ nunquam visa fuerunt , sine exemplari ? Nonne etiam ipsi magistri in mechanicis operantur ad exemplar illorum ? Item cavendum est , ne fiant talia statuta , vel Ordinationes , quæ servari non possint ab humana fragilitate , alioquin habitantes in tali Religione non sunt in seculo . Non est enim sapientia facere Domino dominum , in qua non possit habitari sine periculo . Sunt & alia multa , quæ pertinent ad hujusmodi sapientiam . Præterea debet esse constantia . Solent enim contra hujusmodi novas Religiones sicut contra nova fortalitia multi adversarii insurgere , sicut contra Nehemiam , quando reædificabat Hierusalem , ut patet Nehemias 4. Item solent ipsi primitivi Fratres istarum Religionum frequenter ruere per apostasiam . Item solent graves labores , & in variis negotiis perplexitates occurre : & ideo necesse est eis in hujusmodi adificatione constantia , ne propter adversarios , vel ruinam operis , vel fatigations continuas , opus intermittatur inceptum , sed constanter procedatur in eo . Ad quod confortat Dominus dicens Aggei 2. *Confortare Zorobabel , dicit Dominus , & confortare Iesu fili Josedebeh Sacerdos magne , & confortare omnis populus , dicit Dominus exercituum , & facite opus (scilicet domus Domini) quoniam ego vobiscum sum , dicit Dominus exercituum .* Item debet esse diligentia : *Qui enim mollis est , & dissolutus in opere suo (quod pertinet ad negligientiam) frater est sua opera dissipans .* Proverbiorum 18. Item , qui facit opus aliquod negligenter , vix perducit illud ad finem . Quo contra dicitur Ecclesiastici 38. de architecto : *Vigilia sua perfecit opus suum .* Item se- cundum aliam litteram Hieremias 48. *Maledictus , qui facit opus Domini negligenter .*

gligenter : sicut pater familias maledicit servo suo quandoque sic operanti . Ut ergo opus bene sit formatum , quod primum , & ad finem debitum ducatur , quoad secundum , & non maledictio , sed benedictio potius divina habeatur in fine , quoad tertium , & in hujusmodi opere diligentia necessaria . Materia de predictis , Thema , Ephesiorum 2. *In Christo Iesu omnis adificatio construita crescit in templum sanctum in Domino .* Et nota , quod adificatio , ad quam faciendam nimis facile moventur homines , si vel laudabili modo non incipitur , vel modo debito in ea non proceditur , non est reputanda in Christo construiri . Ut ergo in Christo construatur , primo notandum est , ut supra . Et felix talis constructio , quia crescit usque ad hoc , ut sit templum sanctum in Domino . Et bene templum , quia sicut in templo glorificatur Deus , ita & hic . Aggei 1. *Ascendite in montem , portate ligna , & adificare domum , & acceptabilis mibi erit , & glorificabor , dicit Dominus .*

XLIII. Ad familiam Religiosorum quorumcunque .

Circa hoc notandum , quod familia , quæ moratur cum bonis Religionis , consequitur inde lucrum non solum temporale , sed & spirituale simile . Deinde etiam seculares quandoque imponunt sive familie , ut faciant aliqua illicita , & hoc in periculum animæ familie ; quandoque vero & si haec non imponunt , tamen sunt in tam mala societate eorum familie , & tot exempla mala attractiva habent ad malum , quod vix abstinere possunt a malis ; quandoque vero etiæ hoc non contingat , tamen vix habent aliquam oportunitatem ad aliquod bonum , sive in Sermonibus , vel Missis audiendis , sive in jejuniis , vel penitentiis faciendis , sive in vacando Deo , vel aliquibus bonis exercitiis , & similia . Religiosi vero boni non imponunt familie sive , nisi bona , & honesta . Ibidem habetur etiam sancta societas , & multa attractiva ad bonum . Item , apud eos audiuntur Sermones , & Missæ , & sunt instructiones , & viginti correctiones , & hujusmodi . Et ideo cum familia soleat famulari propter lucrum , multo libentius debent morari cum bonis Religionis , apud quos consequuntur cum lucro temporali lucrum spirituale , quod in infinitum excedit : quam cum secularibus , apud quos etiæ consequuntur lucrum temporale , non tamen spirituale , immo , ut frequenter damnum maximum incurrint spirituale . Secundo notandum , quod familia , quæ moratur cum Religiosis , ad hoc , quod se habeat laudabiliter , debet primo habere partem intentionis sive ad bonum spirituale , ut videlicet non solum propter mercedem temporalem , sed partim propter Deum , & bonum animæ sive servitum talibus , ut sint participes bonorum eorum spiritualium , sicut participant in servitio eorum corporali . Secundo , ut caveant a scandalo mali exempli , & infamia coram hominibus , ne scandala illud devolvatur super viros sanctos habentes talem familiam : vñ enim illi , per quem scandalum venit super tales . Tertio , ut habeat mundam vitam , & conscientiam sanctam coram Deo . Non enim modicum potest displicere Deo , si videat stercus immunditie in medio templi sui , & inter viros san-

sanc̄tos , & ambulantem in via maculata sibi ministrantem in suis . Quarto , ut sit fidelis servus , bona temporalia servorum Dei non distrahendo , nec distrahi permittendo , sed fideliter ea conservando , & augendo . Quinto , ut non solum circa bona temporalia sit fidelis , sed zelum Religionis habeat , ea qua in damnum Religionis fieri viderit , indicando Pr̄latis . Sexto , in bonis operibus plus intendendo , frequentius confitendo , frequentius communicando , libentius audiendo Sermones , & Missas , & similia , quae confieverunt alii facere communiter . Tertio notandum , quod familia hujusmodi male se habens est valde culpabilis . Ipsi enim sunt sicut Judas , qui inter bonos fuit malus . Sicut autem summe laudabile est inter malos esse bonum , sicut Job , & Tobias : ita summe est vituperabile inter bonos esse malum . Pr̄terea sanctitas Domini requirit sanctitatem in familia , sicut patet in David , qui nolebat habere in medio sue domus , qui faceret superbiā , vel qui ministraret ei , nisi ambulans in via immaculata . Quomodo ergo reprehensibile non est , quod hujusmodi familia habens dominos sanctos , sit male vita ? Item pejora sunt mala , quae sunt in loco sancto , quam quae in aliis , propter quod dicitur Isaiae 26 . in reprehensionem talium : *In terra sanctorum iniqua gessit* . Cum ergo isti habitent in loco sancte Religionis , quam execrabilis est , quod aliquid indecens fiat a talibus in tali loco . Ratione ergo societas sancta , & ratione Domini sancti , & ratione loci sancti debent cavere tales a malo . Sic patet secundum tres paragraphs , qualiter libenter morandum est in Religiosorum servitio : & quid est faciendum tali familiae , ut se laudabilius habeat : & quomodo infelix est familia talis , quae male se habet . Materia de pr̄dictis . Thema , Psalmi 17 . *Cum sancto sanctus eris* . Et nota , quod Religiosus dicitur sanctus , idest agyos , quod est sine terra , & hoc quoad votum paupertatis . Item sanctus , idest mundus , & hoc quoad votum continentiae . Item sanctus , idest firmus , & hoc quoad votum obedientiae , per quod stabilit̄ se perpetuo in Domino . Cum isto viro sancto , vel sanctis debet esse libenter familia alicui servitura , & hoc quoad primum supradictorum . Item debet se habere sancte , quoad sex supradicta , & hoc quoad secundum . Vnde autem illi , qui alteri se habet , & hoc quoad tertium . Notandum autem circa hoc , quod familia , ut supra .

XLIV. Ad Mulieres Religiosas quascunque.

Notandum , quod justum est , ut Dominus , qui ab initio creavit hominem , & masculum , & feminam creavit eos , sicut dicitur Genesis 5 . habeat in suum servitium utrumque sexum . Et ideo dicit Salomon in hujus figuram , Ecclesiastici 2 . *Possidi servos , & ancillas* . Habet quidem Dominus servos , & ancillas in statu laicali . Unde in Theutonia sunt quedam Ecclesiae , in quibus sunt quedam Dominae , quae dicuntur Canonice seculares , sicut sunt & Canonici seculares in statu Religionis , quia sicut Religionis virorum , ita & mulierum . Et hi , & haec proprie dicuntur servi , & ancillae , quia non sui , sed totaliter alterius sunt , ut servi . Circa has vero religiosas mulieres , sive ancillas Christi pr̄dictas , notandum est ,

quod

quod sunt aliquae , quae ab infantia , vel etiam grandiusculæ introductæ a parentibus in monasterium , displicant sibi super hoc statu : & ideo bona , quae faciunt , minus accepta sunt Deo , quia sicut dicit auctoritas : *Ad cor respicit Deus* . Propter quod dicit Apostolus ad Colosenses 3 . *Quocunque facitis , ex animo operamini* . Aliæ sunt , quæ de via salutis faciunt sibi viam perditionis , dum in monasterio , quod ad salutem ordinatum est , vivunt , vel incontinenter , vel in proprietate , vel in inobedientia . Nunquid non melius fuisset remansiisse in mundo ? Vel non abrenunciassæ mundanis , vel libertatem sui retinuisse ? Aliæ sunt , quæ etiæ non scienter vivant in peccatis , tamen non bene custodiunt semper , nec recordantur fragilitatis foemineæ , & quomodo diabolus Evas seduxit : & ideo frequenter procurante hoste , istæ rount in peccata . Aliæ sunt , quæ non attendentes cui viro despontata sunt , scilicet , Christo Regi æternō , non gerunt se ita decenter , sicut decet sponsam tanti regis , quem etiam nihil latere potest eorum , quæ facit sponsa sua , & qui est summe zelotypus sponsa sua , & summe potens ad puniendum eandem . Aliæ sunt , quæ etiæ dē mundo eductæ sunt , tamen adhuc diligunt , quæ mundi sunt in pulchritudine vestis , & ornato vario , & hujusmodi . Et ideo non sunt de numero earum , quæ cantant , & dicunt : (a) *Regnum mundi* , & omne ornatum seculi contemptu propter amorem Domini Jesu Christi . Aliæ sunt , quæ dum debent esse spirituales totaliter , tamen nondum est præcisus umbilicus , quo junguntur carne sanguini suorum , circa quos habent interdum nimiam affectionem carnalem , & parvam spiritualem pro salute eorum . Ut ergo hujusmodi ancillæ Christi laudabiliter se habeant in Religione , debet sibi status suis placere , & ab omni peccato mortali cavere , debet caute insidias diaboli præcavere , debet assidue cogitare , & sollicitare , ut sic in omnibus se habeant , sicut decet sponsam tanti Regis . Debent & vanitatem mundi omnem contempnere . Debent & sic spirituales esse , ut carnis affectio parentum in eis extinguitur omnino . Materia de pr̄dictis . Thema , Ioëlis 2 . *Super ancillas meas in diebus illis effundam spiritum meum* : scilicet in tempore Christianitatis . O quantum habuit de spiritu isto illa ancilla , quæ dixit Luca 1 . *Ecce ancilla Domini* . Et quantum alia quæ dixit : *Ancilla Christi ego sum* , & ideo servilem personam me offendō : scilicet Agatha . Istæ etiam ancillæ prædictæ non possent ista sex supradicta facere sine spiritu Dei , & facientes ista dignæ sunt majori Spiritus Sancti participatione . Et notandum ut supra .

XLV. Ad Mulieres Religiosas inclusas quascunque.

Circa hujusmodi modum Religionis in sexu foemineo , primo notandum est , quod ad talem modum vivendi sunt multa exempla , scilicet , Lucæ 2 . ubi dicitur : *Ingressus Angelus ad eam* : notatur quod Beata Virgo morabatur clausa . Item Judith 8 . dicitur , quod ipsa in cubiculo suo cum pueris suis clausa morabatur . Item sponsa regum solent servari clausa , sicut patet , & elicetur ex Esther 2 . & in hujus figuram ipsa Esther sponsa Affueri

inter-

(a) Est una ex Antiphonis , quæ dici solet in officio Sancte , nec Virginis , nec Martyris .

interpretatur *abscondita*: quia non decet veram sponsam Assueri, quæ dicitur beatitudine, discrētere, sed clausam manere. Harum igitur exemplo, scilicet, virginis, & vidua, & sponsa regia, decet, ut mulieres, quæ Deo virginitatem overunt, & mundi solatio sunt viduata, & regi aeterno sunt despōnſatæ, inclusæ morentur. Secundo notandum, quod hujusmodi clausura valet contra periculam corruptionis. Quis enim posset dicere, quod religiosa mulieres, modo in domibus parentum, quos visitabant, modo in aliis locis, per quæ discurrebant per mundum, hujusmodi periculum non incurserent? Exemplum Genesis 34. ubi dicitur: *Egressa est Dina filia Lia, ut videret mulieres regionis illius, quam cum vidisset Schem filius Emor Princeps terræ illius, adamavit eam, & rapuit eam, & dormivit cum ea, vi opprimens virginem.* Item valet ad elevationem spiritus ad Dominum. Turba enim hominum, & rerum inducuntphantasmata spiritum retrahentes ad inferiora. Et ideo bene dicitur Matthœi 6. *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum.* Oratio enim est ascensus ad Deum secundum definitionem orationis. Item valet ad habendam dulcem præsentiam Domini, ex qua sequuntur innumeræ consolations. Et ideo bene dicitur Joannis 20. *Venit Iesus januis clausis, & stetit in medio discipolorum, & dixit eis, pax vobis.* Tertio notandum, quod licet hujusmodi clausura murorum sit bona, & laudabilis: tamen non multum prodest quibusdam, quæ carent aliis quibusdam clausuris utilioribus. Sunt enim quadam quæ clausæ sunt corpore, sed corde non, imo corda eorum evagantur per totum mundum. Non sic fuit in Maria, de qua scribit Dominus Jacobus Tusculanus Episcopus, quod ita habuit cor occupatum cum Deo, non solum vigilando, quod etiam dormiendo, nihil de re alia quacunque somniabat: & hoc pertinet ad veram sponsam Christi, sic habere, scilicet, cor in sponso suo, & solo, per amorem, & per sollicitudinem placendi ei, propter quod bene dicit Paulus 1. Corinthiorum 7. *Quia innupta est, & virgo, cogitat, idest, cogitare debet, quæ Dei sunt, & non alia.* Aliæ sunt, quæ non solum clausa cordis, sed etiam, quod pejus est, carent clausura oris: quod quantum sit perniciosum in muliere religiosa, patet ex relatione Gregorii dicens in dialogo lib. 2. cap. 23. quod duæ moniales nobiles in tantum moleſtabant quandam bonum virum, qui procurabat earum exteriora, quod compulsus est venire ad Beatum Benedictum, & conqueri super hoc eidem. Qui mandavit eis dicens comminando: *Corrigite linguis vestras, alioquin excommunico vos.* Quod cum nequamnam fecissent, & mortue fuissent: sepultæ in Ecclesiæ, Diacono clamante in Missa: *Qui non communicant, exeat,* vixit est nutricti earum, quod illæ egridentes de sepulcro exhibant Ecclesiam, totiesque factum est, quo usque nutrix veniens ad Beatum Benedictum, & narrans ei, misit Beatus Benedictus panem, qui offerebat pro eis, & sic amplius non sunt visa exire. Ex qua re patet, quam vitiosum sit, & quam grave est in muliere religiosa linguis. Ideo bene dicitur e diverso de sponsa Christi, Canticorum 4. *Sicut vita coccinea labia tua:* quia sicut vita restringit superfluitatem capillorum, ita labia sponsæ Christi debent carere superfluitatem verborum, & habere signaculum ipsum os claudens, sicut fuit

in Virgine glorioſa, cuius verba in Evangelio non leguntur, niſi septem, & omnia ædificatoria. Alia sunt, quæ carent clausura sensuum habentes oculos vagos, aures apertas ad audiendum vana, os quoad loquendum inutilia, gustum apertum quoad gustabilia, olfactum quoad odorabilia. Quo contra dicitur. 1. Corinthiorum 11. de muliere, quod debet habere velamen super caput. In quo, scilicet, capite sunt omnes sensus, in signum quod omnes sensus debent habere cooperatos, non apertos. Quod si verum est de omni muliere, quanto magis de religiosa, & inclusa? Paucum igitur, quod non solum corporalis clausura mutorum debet hujusmodi mulieres claudere, sed & spiritualis triplex, scilicet cordis, oris, & sensuum. Quarto notandum, quod in hujusmodi clausis solet triplex vitium reperiri. Unum est impatience. Sicut enim canes reclusi sunt melancholici, ita & illis accidit, & ideo frequenter turbant socias, & majores, & officiales. Aliud est curiositas audiendi, quæ in mundo fuit, & ideo habent aures avidas ad audiendum rumores, & cum ad mundum exire non possint, inducent mundum in clauſtrum hujusmodi rumoribus implendo ipsum. Aliud est minor zelus circa obſervantiam clausura, non curantes cum facile disponantur de ingrediendo, vel de ingressu exteriorum. Ut ergo hujusmodi clausura sit in illis reclusis mulieribus, providendum est eis, quod vivant pacifice contra primum vitium, & rumores non inducent in clauſtrum contra secundum, & quod zeλent clausuram, sicut solet zelari pro clausura castri ab inhabitantibus in ea, & hoc contra tertium. Materia de predicitis. Themat. Canticorum 2. *Hortus conclusus foror mea sponsa, hortus conclusus.* Nota, quod mulier religiosa dici potest foror Christi, & sponsa propter castum amorem, qui est inter eos. Hec autem dicitur hortus conclusus bis, propter duas clausuras, scilicet, corporalem, & spiritualem supradictas, quibus clauduntur interdum hujusmodi mulieres, ut caſtrum forte dupli clausura. Circa hujusmodi vero religionis modum in ſexu femineo &c. ut supra.

XLVI. Ad Moniales nigras.

Notandum, quod sancti Patres inter alia, quæ ordinaverunt circa personas religiosas, ordinaverunt multa de Habitum earum, & inter alia ordinaverunt de colore. Unde factum est eorum ordinatione, quod quadam Moniales deferunt Habitum nigrum. Et notandum, quod hujusmodi color attestat caloris charitatis, qui debet esse in talibus personis. Caloris enim est inducere nigredinem, sicut patet in domibus, in quibus fit ignis magnus, & continue, qui denigrat ipsam domum a fumo, & felix quæ potest dicere illud Canticorum 1. *Fafsum, quia decoloravit me sol:* scilicet amor Christi, quia pro ejus amore solo tali Habitum sum uestita. Item, attestatur lucui: hujusmodi enim Habitum nigro solebant uti mulieres tempore luctus, & felix illa mulier, quæ eam Maria stat ad monumentum plorans, & spretis gaudiis, & solatiis hujus mundi totam vitam ducit in luctu sancto. Item, attestatur mortificationi carnis. Mors enim inducit nigredinem in corpore prius decoro. Et hoc est, quod pertinet ad mulieres sanctas, videlicet

mortificare omnia membra sua cum Cæcilia, (a) quæ membra sua domabat. Sed notandum, quod hujusmodi color non debet esse intrinsecus per nigredinem vitorum: sed pulchritudo spiritualis, quæ consistit in multis. Unum est statuta ereta. Non enim decet sanctam mulierem esse incurvatum ad terram, sicut erat illa mulier, de qua legitur Lucae 13. sed eretam ad cælestia. Canticorum 7. *Statuta tua assimilata est palma: quæ, scilicet, est valde ereta.* Aliud est, color deceus faciei, quod summe facit ad decorum, cum est rubicundus. Canticorum 4. *Sicut fragmenta mali panici, quæ, scilicet, sunt rubea, gena tua, & hoc pertinet ad verecundiam.* Non enim debet mulier sancta habere frontem mulieris, quæ erubescit, sed pudicam, & verecundam, juxta illud Ecclesiastici 26. *Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata.* Aliud est, carentia omnis macula: modica enim macula detur pat omnem pulchritudinem; & ideo dicitur et contrario Canticorum 4. *Tota pulchra ex amica mea, & macula non est in te.* Aliud est, plenitudo membrorum. Defectus enim cuiuslibet membra deturpat totum corpus, & ideo ad pulchritudinem sanctæ mulieris requiritur, ut habeat aures ad audiendum audienda, & oculos ad videndum videnda, juxta illud Psalmi 44. *Audi filia, & vide.* Et manus ad operandum, juxta illud Proverbiorum ultimo: *Oportet est consilio manuum suarum;* & sic de aliis. Aliud est, pulchritudo membrorum. Membrum enim turpe deturpat totum corpus, & ideo sponsus cælestis commendat sponsam suam. Canticorum 4. & 7. a pulchritudine omnium membrorum, ut patet ibi. Aliud est, debita dispositio membrorum, ut quæ debent esse ante, non sint retro, ut est in quibusdam, quæ habent oculos retrospicientes ad ea, quæ retro sunt, ut uxor Loth, quæ ideo versa est in statu falso, & sic de aliis. Notandum autem iterum, quod hujusmodi pulchritudo valet ad amorem sponsi cælestis. Psalmo 44. *Et concupiscit rex decorum tuum.* Item, ad ornatum domus propriæ, sicut accidit pulcherrimis imaginibus. Ecclesiastici 26. *Sicut sol oriens in altissimis, sic mulieris bona species in ornatum domus sue.* Item, ad attractionem hominum per devotionem, & reverentiam, sicut solent homines libenter currere ad videndum rem pulchram. Psalmi 44. *Concupiscit rex decorum tuum.* Et post: *Vulsum tuum deprecabantur omnes dives plebis.* Felix pulchritudo, quæ Deum delestat, & domum suam decorat, & devotionem hominum acquirit. Materia de prædictis. Thema Canticorum 1. *Nigra sum, sed formosa filie Hierusalem.* Felix Monialis nigra, quæ hoc potest dicere. Sunt enim quædam maledictæ, quæ nigra sunt Habitum, & nigriores vitiis: sed non sic bona, immo eti sunt nigra Habitum, tamen formosa sunt virtutibus. Notandum autem, quod sancti Patres inter alia, ut supra.

XLVII. Ad Moniales albas.

Notandum, quod Virgo, quæ suam Deo voxit castitatem, dicitur: sponsa Christi. Unde & Beata Agnes de hoc gloriando dicebat: *Illi sum desponsata, cui Angeli serviant, cujus pulchritudinem Sol,*

(a) Vide acta hujus Virginis in Breviario Romano die 22. Novembris.

Sol, & Luna mirantur. Dicitur autem hujusmodi virgo sponsa Christi, quia scilicet amor sponsæ ad sponsum non est turpis: turpes siquidem sunt dilectiones mulierum ad alios, sed ad Christum pulcherrimæ. Propter quod dicit Sapientia, quæ istum amorem generat: *Ego mater pulchra dilectionis:* Ecclesiastici 24. Item sicut sponsa propter sponsum relinquit patrem, & matrem, & nationem propriam: ita hujusmodi virgo non solum hæc, sed omnia contemnit propter Christum, dicens: *Regnum mundi, & omnem ornatum ejus contempti propter amorem Domini mei Jesu Christi.* Item, sicut sponsa super omnia apponit curam, ut placeat viro, & caveat ab ejus offensa, ita & hac facere debet. 1. Corinthiorum 7. *Inupta, & virgo cogitat, quæ Dei sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu.* Notandum iterum, quod sicut reges sponsas suas faciunt coronari, sicut patet in Assuero, & Esther: ita Christus, quam accipit in sponsam, facit postmodum coronari in regno suo, ut sit Regina, sicut ipse Rex. Et hæc corona est hæc aureola communiter, de qua dicitur, quod debetur virginibus, quod patet super Exodi 25. in Glossa. Hæc est illa corona, quam duplice portavit Angelus Caeciliæ, & sponso suo Valeriano in virginitate perseverantibus. Hæc est iterum de qua dicitur Sapientia 4. *In perpetuum coronata, scilicet casta generatio, triumphat.* Et notandum, quod virginis in futuro habebunt duodecim prærogativas. Habebunt enim integratatem corporis. Unde Lucia vocavit Christum sue integratatis auctorem. Nobilis autem est vas, quod nunquam fuit confractum, quam illud, quod post fractiōnē reparatur. Item, similitudinem cum Christo in vestitu, quod est magnum in curiis, scilicet, esse vestitum, ut Rex. Apocalypsis 4. dicit Christus: *Ambulabunt mecum in albis: scilicet, virginis, quæ non coquinaverunt vestimenta sua.* Item, carebunt omni macula. Apocalypsis 14. *Sine macula sunt ante thronum Dei.* Item, erunt continuæ in Christi societate. Apocalypsis 14. *Sequuntur agnum quoquevera.* Item, erunt domicellæ Beatae Virginis mulieres virgines. Aliæ siquidem mulieres erunt quasi famulæ, sed ita familiares magis, quasi domicellæ, quæ vocantur in Cantico adolescentulæ. Item, erunt sicut Angeli Dei, qui sunt omnes virginis, sicut dicunt multæ auctoritates. Unde dicitur a quibusdam, quod virginis faciunt unum chorum cum Angelis in celo, aliis sanctis omnibus ex diverso existentibus ad laudem Dei. Item, habebunt nomen melius alii, quod dabit eis Dominus, sicut dicitur Iffaiæ 56. Item, cantabunt canticum speciale, quod nulli poterunt canere, sicut dicitur Apocalypsis 14. Habebunt gloriam specialem de triumpho carnis. Sapientia 4. *In perpetuum coronata triumphat:* scilicet casta generatio. Item, habebunt fructum plurimum in respectione animalium sanctarum, quia non solum trigesimum, aut sexagesimum, sed centesimum. Item, altissimum locum habebunt, quia cum agno in monte. Apocalypsis 14. *Vidi supra montem agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia.* Item, characterem pulcherrimum distinguente colorem: *habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus, scriptum in frontibus suis.* Ita autem prærogative possent dici duodecim stellas sponsæ, de quibus dicitur Apocalypsis 12. scilicet, integritas corporis, vestis regalis, puritas omnimoda, sequela Christi

Hi , specialis familiaritas beatæ Virginis , conformitas cum Angelis , nomen gloriosum , canticum speciale , triumphus nobilis , fructus plurius , altitudo loci , character glorirosus . Sed iterum notandum , quod ad coronam hujusmodi tam nobilem , non est digna vocari sponsa , nisi bene lata , & dealbata . Unde etiam reginae coronandae ante solent uti lavacro . Sunt autem tria , quæ valent ad dealbationem spiritualem . Unum est lavacrum , hoc est confessio , & alia sacramenta . Psalmus 50. *Lavabis me* , scilicet per sacramenta , & *super nivem dealbabor* . Aliud est concusso , sicut fit in telis quando dealbantur . Apocalypsis 7. *Illi sunt* , qui venerunt de tribulatione magna , & *laverunt solas suas* , & *dealbaverunt eas* . Aliud est , additio coloris albi per manum pictoris , & ita fit per Spiritum Sanctum infundente gratias , Psalmus 67. *Dum discerit calefis reges super eam* . Glossa : *Dum rex calefis dedit dona super virtutem Ecclesie* , tuuo inestimabiliter dealbabantur , qui hæc recipiunt . Materia de prædictis . Thema , Canticorum 4. *Veni de libano* , quod interpretatur candidatio , *sponsa mea* , *veni de libano* , *veni coronaberis* . Item , quod debet præcedere dealbatio , notatur cum dicitur ; *veni de libano* , quod dicitur candidatio , &c.

XLVIII. Ad Sorores Prædicatorum .

Sicut in generatione carnali solet accidere , quod quidam decedunt sine liberis , quidam autem relinquunt liberos , & inter istos , quidam non solum filios , sed & filias interdum relinquunt , juxta illud , quod dicitur in Genesi de patribus antiquis , *genuit filios* , & *filias* , ita in generatione spirituali accidit . Fuerunt enim aliqui Sancti , qui non creaverunt aliquem Ordinem , in quo relinquenter liberos . Alii fuerunt , qui creaverunt Ordinem aliquem , in quo relinquenter liberos . Alii vero , qui non solum hujusmodi filios reliquerunt , immo filias in Ordinibus a se creatis . Porro inter istos ultimos , vel tertios fuit beatus Dominicus , qui non solum Ordinem (a) Fratrum creavit , sed & Ordinem Sororum . Ad creationem autem hujusmodi Ordinis Sororum movit eum tanquam zelatorem maximum animarum , haec sanctissima intentio salutis animalium , & fuit duplex . Una fuit vita tio infectionis hæreticæ . In partibus enim Albigenium nobiles pauperes tradebant filias suas hæreticis ad sustentandum eas , & erudiendum , & sic fiebant

(a) Ordini Fratrum Prædicatorum initium dedit S. Dominicus ex nobilissima Gusmanorum domo , illumque confirmavit Honorius III. apud S. Petrum xi. Kal. Januarii anno 1216. Diplomatica , quod incipit : *Religiosam vitam* . Ordinem ipsum Romani Pontifices maximis semper laudibus ornarunt & beneficiis cumulatissimis , de quibus vide eruditissimum Fratrem Antoninum Bremond Tom. 8. Bullarii nuper editi iussu Reverendissimi Patris Thome Ripoll dicti Ordinis Generalis Magistri . Adscribere hic fatus sit Elogium a Gregorio IX. scriptum in literis Apostolicis , quibus Frates Incliti Ordinis Prædicatorum omnibus Orbis Christiani Prelatis commendavit sexto idus Maij anno 1227. Quoniam , inquit , abundavit iniquitas , & refrigeruit caritas plurimorum , ecce Ordinem dilectorum filiorum FF. Prædicatorum Dominus suscitavit , qui non que sua fuit , sed qua fuit Christi , querentes , tam contra profugandas heres , quam contra pestes alias mortiferas exsirpandas , se dedicarunt Evangelizatiōi verbi Dei in abjectione voluntaria paupertatis &c.

fiebant hæreticæ . Ideo statuit monasterium de Pruliano , ut ibi poneantur a prædictis nobilibus filiis prædictæ . Alia fuit vitatio inhonestatis . In urbe enim erant varia loca Monialium dissoluta , & ideo ut honestius viverent , interveniente autoritate Papali , congregavit hujusmodi Moniales (a) ad sanctum Sextum , & inclusit . Ad formam autem hujusmodi Domorum dominarum , multæ aliae create sunt per mundum , quæ sub clausura serviunt sponsos cœlesti , & plures fuissent , si Fratres Predicatores voluissent hæc sustinere . Notandum autem , quod circa filias major solet adhiberi custodia , quam circa filios . Et ideo credendum est ex provisione divina factum , ut hujusmodi modis vivendi filiulis suis traderetur a beato Dominico , in quo est triplex custodia . Una est a clausura : alia a societate , quia nulla audet etiam ad fenestram loqui cum extraneo sine socia ad hoc deputata , quæ omnia audiat : alia est de Fratribus deforis curam earum habentibus . Item notandum , quod multa sunt genera Religiosarum mulierum , quæ per mundum discurrent interdum , ex quo oriuntur innumerabilita pericula : hæc autem Sorores sunt sub clausura perpetua . Item sunt multæ , quæ etsi non discurrent , tamen facile intratur ad eas , & passim : ad istas autem nunquam aliqui ingrediuntur , nisi forte Episcopi , vel Reges , & Reginæ , & hoc cum modica , & honesta societate , & raro , & hoc cum Fratribus . Item sunt multæ , cum quibus possunt loqui extranei , cum ingrediuntur earum clausuram , istæ vero non possunt , quamdiu sunt intus extranei . Item sunt multæ , quæ habent Rectores insufficientes in sensu , & scientia , istis vero non traduntur Fratres curam earum habentes , nisi valde sufficientes , & electi . Item sunt multæ , quæ raro visitantur , & instruuntur a suis Rectoribus , etsi sint bene sufficientes : istis vero frequenter prædicatur , & frequenter audiuntur earum confessiones , & conferuntur consolations multæ spirituales . Item sunt , quæ non habent certum modum vivendi , quoad multa propter defectum statutorum : istæ vero habent statuta cum diligentia sibi tradita , in quibus claret eis , quid in omnibus sit agendum . Item multæ propter defectum communis provisionis , habent occasionem proprietatis habendas , & alia quedam mala faciendi : istis vero communiter providetur , & de omnibus abunde . O quanta gratia facta est mulieribus ad talem statum vocatis ! O miserae , quæ istam gratiam non cognoscunt ! sed miseriores , quæ eam cognoscentes , Deo super hoc non sunt gratae : sed miserrimæ , quæ ista gratia abutuntur . Hoc tamen apostolus ne in vacuum Dei gratiam recipiatis . 2. Corinthiorum 6. In vacuum recipit , qui eam non cognoscit , vel si cognoscit , tamen pro eadem non est gratus , vel quod pejus est , ipsa abutitur . Non sic faciat vos Sorores benedictæ , sed gratiam vobis factam pro salute animalium vestrum cognoscite , & super hoc gratias agite , & gratia in bonum sic utamini , quod sit honor beato Dominico , & gaudium Fratribus , qui circa vos laborant , & in mundo semper exeat bona fama . Materia de prædictis . Thema . Ecclesiastici 7.

(a) Videri de his possunt quæ suse Floravantes Martinellus scribit in Dilucidatione Observacionum ad historiam Imaginis B. Mariae Virginis Monasterii Sanctorum Sixti & Dominicæ .

XLIX. Ad Sorores de cura fratrum Minorum.

Notandum, quod sicut Dominus a principio non solum fecit hominem, sed & mulierem, & Jesus Christus non solum habuit discipulos, sed & discipulas, qua cum sequebantur, & Apostoli non solum cum viris, sed & cum mulieribus, & Beata Virgine serviebant Domino in primitiva Ecclesia, sicut dicitur Actuum 1. ita Beatus Franciscus animarum zelator, non solum instituit Ordinem Fratrum, sed & Dominarum, ut essent participes regni caelestis cum Fratribus. Item notandum est, quod beatus Franciscus habuit prærogativam super multos Sanctos in tribus. Una, qua fuit in contemptu mundi quantum ad prospera, & quantum ad adversa. Secunda, qua fuit in carnis maceratione, sicut patet in asperitate penitentiae, quam adinvenit. Tertia, qua fuit in cordis humilitate, quam maximam habuit & exempla de istis multa habentur in legenda sua, & in actibus suis. Item notandum, quod beata Clara, qua fuit prima in Ordine Dominarum, (a) & metas aliarum in multis excelsit, etiam alias mulieres religiosas multas. Sunt enim multæ sine clausura, egredientes frequenter, & ingrediētes recipientes, hæc autem perpetuo elegit includi. Præterea multæ sunt, qua etiæ sint inclusæ, tamen amplas possessiones habent, & redditus multos, & familiam multam eis honorifice servientem, hæc autem elegit his carere in paupertatem. Præterea sunt aliæ multæ, qua etiæ sint pauperes, tamen tanquam dominae volunt sibi ab aliis sibi subiectis honorifice assisti. Hæc autem è contrario omnibus sibi subiectis assistebat, sicut patet de his tribus plenarie in legenda sua. Iterum notandum, quod inter omnes Religiones de mundo pauca sunt magis multiplicatae in Fratribus, & Sororibus, & in tam bonis personis, & in tam famatis sanctitate, sicut Religiones duas beati Francisci. Quanta ergo verecundia potest esse Dominabus hujus Ordinis quibuscunque, que habent talen Patrem, sicut fuit beatus Franciscus, & talem matrem, sicut fuit beata Clara, & tot, & tales Frates, & Sorores, si degenerent a sanctitate eorum? Proinde debent horum exemplis, & cognitione spirituali commotæ dare operam ad omnia laudabilia exequenda. Notandum autem, quod hujusmodi laudabilia specialiter consistunt in tribus. Unum est, ut antiquum servent rigorem, nec charitatem primam relinquant. Aliud est, ut sub obedientia confusa se firmiter teneant, & non sint subtractionis filiæ. Pessimum enim est fastidire regimen honorum, & prudentium virorum. Aliud est, ut pacem conservent diligenter, & inter se, & ad maiores, & ad vicinos. Materia de prædictis. Thema 1. ad Corinthios 11. *Neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in Domino.* In hoc verbo innuitur, quod Dominus non solum virum, sed & mulierem ordinavit ad salutem, & gloriam æternam. Notandum, ut supra.

L. Ad

(a) Domine appellatae sunt non modo Clarisse, sed & Sanctorum omnes, teste crudito Dufetelli in suo Glossario, verbo *Domicelle*, & *Domina*. Mabillonius Tom. 2^o Annalium pag. 604. docet ab anno 970. eo appellatas sive nomine Moniales Benedictinas.

L. Ad Sorores de Ordine Humiliatorum.

In Italia sunt quædam mulieres Religiose, qua morantur cum Humiliatis sequestratim ab eis, & sunt quandoque in multo numero alicubi. Porro hujusmodi mulieres habent ex Professione sua multa laudabilia. Reprehensibile est enim in muliere discurrere, sicut innuit Paulus 1. Timothei 5. *Discunt autem otiose circumire domos:* hæ autem stant inclusæ. Item, sunt quædam inclusæ solitariae, quod est interdum occasio magni periculi: ha autem sunt insimil viventes, & charitatem fraternalm invicem, & in Fratres exercentes, sicut in primitiva Ecclesia siebat a mulieribus, ut patet Actuum 6. Item, sunt quædam Religiose, qua subsunt regimini muliebri: ha autem subsunt alicui Preposito, qui praefest tam viris, quam mulieribus in eadem Domo. Constat autem, quod melius est regi a viro, in quo præsumitur major esse prudenter, & viriliter, quam a femina, de qua suspicuntur contraria. Unde dixit Dominus a principio mulieri, Genesis 2. *Sub viri potestate eris.* Item, sunt quædam Monasteria, in quibus non recipiunt nisi virgines qua consecrantur, & faciunt solemniter Officium divinum: ha autem recipiunt omne genus mulierum, nec consecrantur, & sicut laici audiunt divinum Officium a Clericis, suis orationes more laicorum habentes. Hoc autem est majoris humilitatis, qua præfertur in merito virginitati. Item, sunt multæ, qua vix habent copiam ministrorum providentium eis de Confessione, & Sacramentis, unde sequuntur pericula interdum: ha autem sunt juxta Clericos, qui hæc omnia tempore omni possunt eis ministrare. Item sunt multæ, qua parum, aut curiosa operantur: ha autem ad modum mulieris fortis laudatae a Salomone, de lana, & lino operantur assidue, & fusum manibus apprehendunt. Et nota, quod labor manuum valet ad multa. Primo enim contra tentationes diaboli, juxta illud Hieronymi in Epistola ad Rusticum: *Semper aliquid boni operis facito, ne diabolus te inventiat otium tuum.* Item, ad carnis dominationem Ecclesiastici 33. *Servum, scilicet corpus, inclinant occupationes assidue.* Item, ad meritum. Magis enim meritorum est vivere de labore, quam de elemosynis, vel redditibus. Psalmo 127. *Labores manuum tuarum, quia manducabis &c.* Item, ad elemosynas pretiosas faciendas juxta illud Ephesiorum 4. *Laboret manibus suis, ut habeat unde tribuat necessitatem patribus.* Nulla autem elemosyna pretiosior, quam illa, qua fit de proprio labore. Item, ad gravamen in sociis tollendum, quod folet accidere, cum aliquis otiosus vult de laboribus aliorum vivere. 1. ad Thessalonices 2. *Nöte, & die operantes, ne quem vestrum gravaremus.* Et nota, quod dicitur, quod apes in otiosam tanquam in odiosam insurgunt, & expellunt eam. Item, ad vitandum otium, quod est fomentum omnium vitiiorum, sicut campus incultus malarum herbarum, Ecclesiastici 33. *Mitte illum, scilicet servum, qui est corpus, in operationem, ne vacet: multam enim militiam docuit otiosas.* Item, ad penitentiam propter peccatum primum injunctam a Deo implendam. De qua Genesis 2. *In sudore vultus tui veseris pane tuo.* Item notandum, quod ad hoc, quod hujusmodi labor sit apud Deum fructuosus, debet fieri ex animo. Colosenses 2. *T* suum

sum 3. *Quodcunque facitis, ex animo operamini.* Item diligenter. Quo contra Proverbiorum 18. *Qui mollis est, & dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipans.* Item fideliter, hoc est, sine fictione. Ecclesiastici 9. *Quodcunque potest manus tua, instanter operare.* Super omnia autem vendum est, ne hujusmodi bona fiant extra charitatem, vel postquam facta fuerunt in charitate, perdatur charitas, quia cum ipsa, & in ipsa perduntur, ut in Canonica Joannis 2. *Videte, ne perdatis, quæ operati estis.* Materia de prædictis. Thema Threnorum 2. *Replevit in filia Iuda humiliatum, & humiliatam.* Nota, quod licet hoc dictum fuerit olim in alio sensu, tamen hodie impletur in Ecclesia, quæ dicitur filia Iuda, quæ plena est in quibusdam nationibus humiliatis in utroque sexu, sicut sunt in Italia quedam mulieres &c. ut supra.

LI. Ad quasdam Religiosas de Ordine Beati Augustini.

Quidam zelatores animarum induxerunt quasdam mulieres male vitæ, quod fornicationem, ut relatio peccato congregarentur in locum unum, ubi mutato habitu seculari, & vano, agerent poenitentiam, ita tamen quod possent, si vellet, accipere viros, & haec dicuntur poenitentes, sive filia Dei. Circa has autem notandum, quod inter omnia genera peccatorum nullum est, quod ita vilificet mulierem, sicut peccatum fornicationis. Scriptura enim comparat hanc mulierem stercori, Ecclesiastici 9. *Omnis mulier fornicaria quasi stercus.* Item, nullum est adeo damnosum, quia per istas mulieres innumerablebus animæ capiuntur a diabolo. Ecclesiastici 7. *Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueos venatoris est, scilicet daemonis: sagena est cor ejus,* quia multos, & diversos capit sicut sagena: *vincula sunt manus ejus,* quia sic illaqueat, ut vix evadat captus ab ea. Sed iterum nota, quod sunt quasdam maledictæ mulieres, quæ a tali peccato, licet sit tam abominabile, & tam damnosum, tamen nunquam ab eo recedunt, & istæ sunt illa generatio, de qua dicit Salomon Proverbiorum 30. *Est generatio, quæ non est tota a cordibus suis:* sicut sunt quasdam camerae private, quæ nunquam purgantur. Item, istæ sunt, quæ habent perpetuam guerram cum Domino, nunquam quiescentes ab ejus impugnatione: propter quod dicitur Hieremias 3. *Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseverabis in finem?* Sed sunt iterum aliae, quæ poenitentes interdum de illis malis, convertuntur ad poenitentiam. Sunt autem duo, quæ debent ad hoc movere. Primum est committatio mortis. Sicut enim latrones, qui interficiunt homines transeuntes, sunt interficiendi propter damnum, quod inferunt Reipublicæ, ita Dominus hujusmodi peccatricibus sic damnosus animabus accelerat mortem. Apocalypsis 2. *Non vult Jezabel patiniter a fornicatione sua: ecce mittam eam in lectam;* scilicet agritudo, ut moriatur. Secundum est benignitas Domini ad recipiendum sic impenitentem. Hieremias 3. *Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, & ego recipiam te.* Sed sunt aliae, quæ in poenitentia non perseverant, sed retrovertuntur, juxta illud Apostoli 1. Timothei 5. *Quasdam conversæ sunt re-*

tro post Satanam. Iste autem sunt sicut uxor Loth, de qua dicitur Genesis 17. quod retroversa conversa est in statuam salis, quam lambunt animalia, ita & dæmones hujusmodi personas. Ista etiam sunt ultimæ vilitatis, de quibus dicit Dominus per Hieremiam 2. *Quam facta es vilis iterans vias tuas.* Sed sunt aliae, quæ & si non revertantur retro, tamen in statu poenitentie se habent reprehensibiliter in multis vitiis, ut sunt verbositas, otiositas, discursus, tepiditas, & similia. Quo contra 1. ad Timotheum 3. de mulieribus: *Præcipe eis, ut sint irreprehensibiles.* Sunt autem aliae, quæ ad Magdalene modum in omnibus se habent laudabiliter super præteritis dolendo, juxta illud Hieremias 6. *Filia populi mei ut luctum unigeniti, fac tibi plantum amarum:* confessionem frequentando, juxta illud Isaiae 26. *Bene cane tibi, frequenta canticum:* scilicet Confessionis, ut memoria tui sit, operibus satisfactionis insistendo, juxta illud Michæla 3. *Dole, & fatage filia Sion.* Item, quæ mundi sunt fugiendo, eis quæ Christi sunt insistendo, sanctas societas secundo, ut fecit Maria Magdalena. Requirere in sermone de ipsa, & similibus. Materia de prædictis. Thema, Isaiae 52. *Solve vincula collis tui captiva filia Sion.* Nota, quod Sion superna habet non solum filios, sed & filias multas, sed diabolus multos captivavit, & posuit in vinculis carnalium peccatorum. Ei autem, qui talis est, dicitur per zelatores animarum. *Solve &c.* Fuerunt autem zelatores quidam animarum, qui induxerunt, ut supra.

LII. Ad Puellas, quæ nutriuntur cum mulieribus Religiosis.

Quadam pueræ virgines solent enutrii in Monasteriis monialium sub disciplina, ut postea conseruentur Domino in Moniales. Et istæ educanda sunt, ut sic se habeant laudabiliter, quod digna sunt fieri sponsa Regis gloriae. Sicut enim sponsalia solvantur interdum per maculam contractam, ita non erunt digna fieri sponsa Christi, nisi cavent, ne faciant aliquid, quod displiceat Iesu Christo. Proinde cavendum est istis a discursu, sed debent stare infra secreta claustræ: sicut filii nobilium stant in cameris. Ambrosius: *Virgo, quæ Deum requirit, non debet esse vulgaris:* non debet esse in foro, non in plateis. Item, debet expavescere ingressus, & visus hominum ad se venientium: sicut Virgo Maria expavescit ad ingressum Angeli in forma hominis (a) apparentis, super quo dicit Bernardus super Missus Homilia 3. *Solent, quæ vere virgines sunt, semper pavere: & nunquam esse securæ.* Item, cavere debet a levitatibus cum Anna, quæ nunquam ludentibus se immiscuit, neque cum his, que in levitate ambulant, participem se præbuit. Bernardus: *Ritus immoderator, incessus lascivior, vestitus ornatrix magis secularibus congruunt.* Item debent gravitatem morum habere. Hieronymus dicit de talibus: *Sit in te nova gravitas: honestas admirabilis, stupenda verecundia, mira patientia, virginalis incessus,*

(a) Apparuit Angelum Virginis in viri specie docet nos S. Hieronymus in Epistola ad Letam de institutione filiæ; & in Epistola ad Eustochium de custodia virginitatis. Vide S. Thomam 3. parte, quæstione 3. articulo 3.

cessus, vera pudicitie habitus, sermo modestus, & suo tempore proferendus. Item, semper in bono debet occupari. Ambrosius: *In monasterio postea non otio torpestant, non detractionibus, non confabulationibus intendant, sed Psal- morum modulationibus, aut manuum operationibus insistant, aut certe diuinis lectionibus aurem accommodent.* Item, debet se sic in habitu deformi, & neglecta corporis pulchritudine cum B. Agatha servilem personam, & abjectam ostendere, quod nulli possit tentationem ingerere. Cyprianus de habitu Virginum: *Computari non poterit inter pueras, & virgines Christi, qua se nimis ornat, ut adamari possit.* Item, debet fugere implicationes circa homines. Cesarius: *Religiosam quamquam non oportet, non decet, non expedit parentum suorum multis obligationibus implicari, aut quarumlibet extranearum sub virtus familiaritate constringi.* Item, debet majoribus natu devota servitia exhibere. Ambrosius: *Minores natu eas, qua proiecta sunt etatis, obsequio sanctitatis venerentur.* Item, obedientiam in omnibus observare. Augustinus: *Quis nesciat obedientem mulierem, inobedienti virgini preponendum?* Item, cultum muliebrem abjecere. Cyprianus: *Quid est virginibus cum terreno cultu, & ornamenti, quibus, cum hominibus placere querunt, Deum offendant?* Cæsarius: *Pomposi indumenta, qua non utilitati, sed vanitati serviant, fastidite, atque contemniente.* Item, super omnia contemptis omnibus praefestibus semper Christum in corde habere, sicut dominus Maria (a) de Ognies, qua de alio, quam de Christo non somniabat. Augustinus: *Toto nobis figuratur in corde, qui pro nobis totus fixus fuit in Cruce.* Materia de prædictis, Thema, Esther 2. *Quarantur regi pueræ virgines speciose, & mittantur, qui considerent per universas provincias puellas, & virgines speciosas, & adducant eas ad Civitatem Sasan, & tradant eas in domum feminarum.* Hujus regis exemplo, & figura, vero Assuero Iesu Christo Regi gloriae adducuntur puella virgines in Religionem, qua est Sasan, id est, latitia gratia, & collocantur in domibus feminarum Religiosarum, ut tempore suo offerantur ei: siquidem quedam pueræ, ut supra.

LIII. Ad Capellanos, & Clericos, & familiam, qua est cum mulieribus Religiosis.

Notandum, quod sicut reginae, & nobiles mulieres habent capellanos, (b) & Clericos, & laicos in diversis officiis in sui servitium: ita & Moniales sponsæ, & filia Regis aeterni habent Capellanos, & Clericos, & laicos in diversis servitibz sibi servientes. Notandum, quod tres sunt causæ, quare hoc mulieribus istis expedit. Prima est, propter defutum industrie. Non enim mulier naturaliter est ita sensata, ut vir, & ideo indigent viris sensatis mulieres, qui earum negotia prudenter peragant. Secunda est, propter earum ineptitudinem pro negotiis suis. Non enim sunt mu-

(a) Vide ejus vitam apud Surium die 23. Junii. A parentibus nupta virginitatem una cum viro in conjugio servavit. Obiit anno 1213, 23. Junii, aetatis sua circiter 36.

(b) Qui, & unce dicuntur Capellani, sive explicuimus Tomo 1. & 2. nostri Romani Pontificis.

mulieres Religiosæ, qua debent esse in claustrø ita aptæ ad discurrendum pro negotiis suis, sicut viri hoc pro eis facientes. Tertia est, propter periculum. Non enim est sine periculo, quod mulieres occupentur frequenter pro suis negotiis circa viros seculares in loquendo, vel in commorando cum eis. Item nota, quod tria sunt, qua debent esse in hujusmodi familia. Primum est munditia castitatis. Si enim custodes virginum olim non erant, nisi eunuchi, ut patet Esther 2. & Dominus Matrem suam virginem non commendavit, nisi virginem Joann: & Stephanus in eo, quod præpositus est foeminis, testimonium habuit sincerissime castitatis, sicut dicitur in Sermon de eo: quantum decet, quod habitantes cum iitis sanctis Monialibus vigeant munditia castitatis? Secundum est fidelitas. Si enim detestabile est defraudare pauperem, vel bonam personam, cui est quis obligatus, quanto magis istas, qua & pauperes sunt, & sanctæ, & quibus obligatur familia? Hoc autem sit, cum bona earum quis distrahit, aut distrahi permittit, aut non pro posse utilitatem earum procurat. Propter hoc bene dicit Christus in Psalmo 100. *Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeant mecum;* quia cum Christo in se, vel in suis sponsis non debent commorari nisi fideles. Tertium est zelus honestatis: sicut zelant paranyphi pro honestate sponsæ sibi commendatis, & maxime si sit sponsa regis zelotypi, & plus, si sit sponsa regis talis, de quo credatur, quod non poterit eum latere negligentia circa hoc. Exemplum de Paulo, qui dicit, 2. Corinthiorum 11. *Amulor vos Dei amulatione.* Item notandum, quod tria sunt, propter quæ bonum est talibus famulari. Unum est, potentia juvandi. Hujusmodi enim mulieres propter suam bonitatem multum possunt apud Deum, & ideo qui eis serviant, sperare possunt de tali adjutorio. Aliud est, opus pietatis: quanto enim minus possunt sine adjutorio hominum, tanto magis plium est ipsa juvare. Aliud est, occasio boni: servientes enim secularibus multas habent occasiones ad mala, qui vero iitis serviant, multas habent occasions ad bonum. Materia de prædictis. Thema, Ecclesiastici 2. *Possedi servos, & ancillas: multamque familiam habui.* Nota, quod hoc impletur in Christo, qui habet servos Religiosos, qui sunt sibi sicut servi, & ancillas Religiosas mulieres, & familiam multam cum eis morantem. Notandum autem, quod sicut Regiae, &c.

LIV. Ad Beguinas.

Notandum, quod sicut legitur in Biblia, multæ fuerunt olim mulieres, quæ non reliquerunt materiam laudis post se, sed potius vita perire ex diversis vitiis, ut Eva inobediens, & ideo maledicta a Domino, Genesis 3. Item, uxoris Loth curiosa, & ideo mutata fuit in statuam salis, Genesis 19. Item, Dina filia Jacob discurrens corrupta fuit, Genesis 34. Item, uxor Putipharis vaga oculis, & ideo captiva est amore Joseph, qui erat pulcher facie, & decorus aspectu, conjectis in eum oculis, Genesis 38. Item, Maria foror Moysi rixosa: & ideo percussa est lepra, Numerorum 12. Pythonissa, qua se faciebat divinam, 1. Regum 28. quam consuluit Saul, & ideo mortuus est in bello, & regnum ejus est dissipatum, 1. Paralipomenon 10. Item,

Item, Iezabel malitiosa, quæ Prophetas Domini perfectæ est: & Naboth, ut vir suus haberet vineam ejus, fecit interfici: & ideo sanguinem ejus canes biberunt, qui effusus est in eodem loco, 3. Regum 18., & 21., & 4. Regum 9, sicut prædicter Elias. Similiter Herodias cum filia sua saltatrice, quæ propter correctionem, quam faciebat Joannes, fecerunt ei caput amputari, Marci 6. Aliæ vero fuerunt laudis materiali post se relinquentes, ut Sara, Rebecca, Lia, Rachel, Ruth, Anna uxor Elcanæ, & mulier, quæ fecit coenaculum Elifiso, in quo ministraret ei: Judith, Esther, Maria Virgo, Anna prophetissa, Maria Magdalena, & aliæ mulieres, quæ sequabantur Dominum, & Doreas, quæ erat operibus bonis plena, & eleemosynas faciens, & aliæ multæ. Et nota in quibus omnes istæ fuerunt laudabiles. Porro in diebus nostris sicut sunt aliquæ mulieres male imitatrixes malarum, ita sunt aliquæ per Dei gratiam bona imitatrixes bonarum, quæ a timore Domini conceperunt spiritum salutarem, & in medio perversa nationis ducunt vitam sanctissimam, & hæ dicuntur Beguinæ. (a) Et nota, quod multi, & multæ in medio mundi constituti, sic occupantur in exterioribus, quod raro cogitant de animabus suis: istæ vero non sic, sed plus de anima cogitant, & de ea sunt sollicitæ, & hoc facit timor divinus, Ecclesiastici 21. *Qui timet Deum, convergetur ad cor suum.* Porro conversus ad cor debet cogitare de eo sanctificando, de præteritis per omnia ad hac valentia, & sic faciunt istæ, & hoc facit idem timor, Ecclesiastici 2. *Qui timet Deum, in conspectu illius sanctificabunt animas suas.* Quia vero parum hoc prodest, nisi de futuro caveantur peccata, istæ summopere ab hoc carent, & hoc facit idem timor, Proverbiorum 15. *Per timorem Domini declinatur a malo.* Quia vero non sufficit in se malum persequi, nisi ubique malum odiatur, ideo istæ ubique peccatum detestantur timore Domini ad hoc incitante, iuxta illud Proverbiorum 8. *Timor Domini odit malum.* Quia vero averttere a malo minus est, nisi quis se exerceat in bonis, ideo & istæ exercitant, & exercent se in omni bono, eodem timore ad hoc excitante, secundum illud Ecclesiastici 15. *Qui timet Deum, faciet bona.* Sed quia sunt aliqui, qui etiæ faciunt bona multa, tamen in multis sunt negligentes, vel circa minora peccata, vel circa commissiones, & similia. Istæ carent hujusmodi negligencias eodem spiritu agitatæ, iuxta illud Ecclesiastici 7. *Qui timet Deum, nihil negligit.* Denique sollicitæ diligentes debent inquirere, quæ beneplacita sunt Domino, ut illa faciant, quod est super omnia, & hoc facit idem timor, Ecclesiastici 2. *Qui timet Deum, inquireat ea, quæ beneplacita sunt ei.* Felices Beguinæ, & omni laude dignissimæ, quæ timore di-

vino

(a) Duplex Beguinorum genus in Historia Ecclesiastica reperitur. Aliæ enim erant, quæ astictæ voto sancte, religioseque vivebant iuxta constitutiones sibi a Sancta Begga Sanctæ Gertrudis foro traditas, vel, ut rectius opinantur aliqui, a pio quadam Prebytero, Lambertu Begha dicto: unde & ipsa Beguina nuncupata, & ex iis esse dicuntur illæ, quæ pie, & sancteque vivunt adhuc in Belgio. Aliæ erant Beguinæ, quæ sine voto, & libere, licet monachice, vivebant, sequentes Beguardorum errores, & cuiusdam Margarita Portretæ ex Hannonia oriundi feminæ Parisii dannatae, & comburi iustæ ob editum librum erroribus plenum anno 1210. Vide Pagium in Breviariorum Romanorum Pontificum, ubi de Clemente V. agit, num. 56.

vino replete hoc faciunt. Materia de prædictis. Thæma, Proverbiorum ultimo. *Mulier timens Deum, ipsa laudabitur.* Nota, quod sicut legitur, ut supra.

LV. Ad Canonicas seculares.

Notandum, quod sicut olim fuerunt non solum Prophetæ, sed etiam Prophetissæ, ut patet in Sibyllis, & Anna prophetissa, & Elizabet, & aliis multis; & non solum Apostoli, sed & Apostolæ, ut cantatur de Magdalena, & non solum viri martyres, sed & mulieres, ita in Ecclesia Dei in quibusdam nationibus, ut in Theutonica, & in vicinia ejus non solum sunt Canonici, imo & Canonica (a) in quibusdam Ecclesiæ collegiatis divino cultui deputata, & ad laudes divinas more Canonicorum secularium convenientes. Nec est hoc mirandum, quia non solum Moyzes cantavit canticum Domino dicens: *Audite Cœli;* sed & Maria foror ejus cum ceteris mulieribus dicens: *Cantemus Domino.* Et Anna uxor Elcanæ dicens: *Exultavit cor meum.* Et ipsa Beata Virgo dicens: *Magnificat anima mea Dominum.* Notandum autem, quod tria sunt, quæ debent inducere hujusmodi mulieres ad bonum. Primum est nobilitas, sunt enim quasi omnes nobiles: inhonestas autem magis dedecet in persona nobili. Proinde debent attendere, quod omnes gloriose virginæ, quæ sunt in honore magno in Ecclesia, fuerunt nobiles, ut Agnes, Cacilia, Agatha, Margarita, Catharina, Barbara, Dorothea, Kunegundis, ut harum exemplo non deturpant suam nobilitatem, sed adornent eam morum nobilitate. Secundum est, stipendia quæ accipiunt a Deo in Ecclesia, sicut in primitiva Ecclesia bona vidua. Hoc ergo attentes, non debent aliquid attentare contra largitorem hujusmodi stipendiiorum, sed potius ex hoc se plus, & plus eidem obligatas esse attentes ea, quæ ad ejus honorem pertinent, exequi diligenter. Tertium est, sequestratio in parte Dei. Ipse enim, sicut Clerici, sequestrata sunt in servitium Dei, & ideo debent esse sanctiores matronis secularibus, quia quod sequestrabatur olim in servitium Dei, sanctius erat. Notandum iterum, quod hujusmodi Dominarum laus sanctitatis consistit in multis. Unum est in hoc, quod frequentant Ecclesiæ in Officiis divinis die, ac nocte. Aliud est,

(a) Canonica primis seculis videntur appellata Diaconisse, quod proinde ac Clerici sub canone Ecclesiastico constituta essent. Fusa de his egimus nostro 1. Tomo Conciliorum. Canonice deinde appellata sunt Sanctimoniales, de quibus Eugenius Papa III. & Concilium Remense anni 1148. statuant, ut Sanctimoniales, & mulieres, quæ Canonica nominantur, & irregulariter vivunt, juxta beatorum, Benedicti, & Augustini regulas, vitam suam in melius corrigant. De Sanctimonialibus, quæ Canonica seculares appellantur, ita scribit in sua Occidental. Historia Jacobus de Vitriaco cap. 31. *Ad imitationem, & exemplum prædictorum Canonicorum (secularium) in partibus Hannoniae & Brabantia, & in quibusdam Theuvonicorum, & Alemannorum provinciis sunt mulieres, quæ Canonicas seculares sunt, Domicellæ appellant; non enim Maniales nominari volunt; sicut Canonicas seculares Monaci non dicuntur. Hæ siquidem adeoperjosa accipiunt, quod non nisi filia Militum, & nobilium in suo Collegio volunt recipere, Religioni & morum nobilitati, seculi nobilitatem preferentes. Purpura autem, & byssus, & pellibus griseis, & aliis secunditudinis sue vestibus induuntur circumdate va-*rietatibus, cum tortis crinibus, & ornati prelio circumamitti. *Ec-*

est, quod Habitum non lascivium in aliquo, sed honestum deferunt, sicut & Clerici habent deferre honestiorem Habitum, quam ali. Aliud est, quod nullam societatem, vel familiam suspectam secum teneant, sed tantummodo honestam, & bona fama. Aliud est, quod omnem familiaritatem suspectam adventantium, euntium, & redeuntum prudenter divitant. Aliud est, quod nullam lasciviam cantilenarum, vel joculatorum, & hujusmodi, coram se sustineant. Aliud est, quod bona Ecclesiae, quae habent, in bonos usus volum expendant. Materia de prædictis. Thæma, Ecclesiastæ 2. *Feci mibi Cantores, & cantatrices.* Nota, quod hoc impletur in Christo, in cuius gloriam, & honorem non solum viri, sed & mulieres cantant in Ecclesiis. Et notandum, quod sicut olim, &c.

LVI. Ad omnes Litteratos.

Notandum, quod quantumcumque viri litterati dent operam studendo, sive legendo, sive in scholis morando ad habendum scientiam, sive intellectum, sive sensum, sive sapientiam, quæ omnia confusio nomine idem significant, tamen non possunt habere hoc, nisi a Deo. Ecclesiastici 1. *Omnis sapientia a Domino Deo est.* Omnis, inquit, scilicet, quæcumque sit illa. Porro hujusmodi donum est de maximis donis Dei. Proverbiorum 8. *Omne desiderabile nō potest ei,* scilicet sapientia, comparari. Non solum autem magnum, sed & pernecessarium. Hujusmodi enim dono homines, qui intellectu vigent, sunt similes Angelis; bestiæ vero assimilantur, qui carent intellectu. Quo contra dicitur in Psalmo 31. *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus;* imo quod pejus est, sine hoc dono sunt homines quasi cœci, carentes lumine: & ideo ambulant in via, nescientes viam tenere debitam, Psalmo 81. *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant;* imo quod pessimum est, propter hoc in fine perirent, Baruch 3. *Et quia non habuerunt sapientiam, & perierunt propter fratrem insipientem.* Vide ergo, quam necessarium est hoc donum, sine quo homines sunt quasi bestiæ, & quasi cœci nescientes viam, & in fine perduntur. Iterum notandum, quod quidam tanto dono abutentes, non reddunt Deo gratias super hoc, sed in seipsum vane gloriantur, similes Philosophis de quibus dicitur, Romanorum 1. *Nec gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis.* Alii sunt, qui etiæ recognoscant tantum donum a Deo, tamen non servient ei de illo, nec de feudo tali redditum servitium debitum, ut patet in Medicis, & Advocatis, & Magistris in liberalibus artibus, & in similibus, qui de sua scientia nihil pro Deo faciunt, nec aliquod lucrum Domino suo reportant de hujusmodi talento sibi tradito, sicut servus iniustus, de quo habetur Matthæi 25. Alii sunt, qui, quod pejus est, Deum impugnant sua scientia, per quam efficiuntur acutiores ad malum. Hieremæ 4. *Sapientes sunt, ut faciant mala.* Notandum vero, quod sunt aliqui, qui non abutuntur hujusmodi scientia, sive sensu, sed convertunt in bonum, & quoad Deum, & quoad proximum, & quoad seipsum: quoad Deum, existentes Deo grati de tali dono, sicut David fecit in Psalmo 33. *Benedicam Dominum,*

minimum, qui tribuit mihi intellectum. Item intellectum suum circa ea, que Dei sunt, non mundi, exercentes. Psalmo 24. *Da mibi intellectum, & scruta bor legem tuam.* Item, ex hoc in amore Dei crescentes, quia ex majori scientia plus habet homo proficere in cognitionem Dei, & divinorum: *Qui autem plus cognoscit,* sicut dicit Augustinus, *plus debet diligere.* Quoad proximum, docendo, quia scientis est docere. Ecclesiastici 21. *Sapientis scientia tanquam irundatio abundabit,* scilicet, per doctrinam ad alios. Item subveniendo, ut bonus Medicus de scientia sua, & Advocatus de suo patrocinio, vel subventione: quod rogat Apostolus, Philippiensium 1. *Hoc oro, ut charitas vestra magis, & magis abundet in scientia, & in omni sensu.* Item, alios in bono præcedendo, sicut qui melius scit viam, solet alios in via præcedere. Ecclesiastici 4. *Sapientia præbit in via iustitiae.* Quoad seipsum, per hoc proficiendo in sui cognitione. *Qui enim plus scit, plus potest se ipsum cognoscere,* quod est summa utilitatis. Quo contra, Bernardus: *Multi multasciunt, & seipso nesciunt.* Melius est autem, secundum Augustinum, seipsum cognoscere, quam omnia, quæ docet philosophia. Item, proficiendo in bonam operationem. Psalmo 100. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Item proficiendo in factum laborem. Ecclesiastici 1. *Qui addit scientiam, addit & laborem.* Quanto enim plus cognoscit quis, tanto plura invenit, quæ sunt causa sancti laboris. Materia de prædictis. Thæma, Ecclesiastici 51. *Danti mibi sapientiam, dabo gloriam.* Nota, quod in hoc verbo notantur quatuor supradicta. Primo notatur, quod Deus est Dator hujus doni, cum dicitur: *danti.* Item, quantum sit istud donum, cum dicitur: *sapientiam.* Item, quod non sit abutendum hoc dono, cum dicitur: *dabo,* quasi non abutor. Item, quod non sit nisi bene utendum, cum dicitur: *gloriam,* & sic per sapientiam se habet quis bene ad Deum, bene ad proximum, bene ad seipsum, quæ omnia cedunt in gloriam Dei,

LVII. Ad omnem Clericum.

Circa Clericos nostri temporis sunt multa reprehensibilia. Sunt enim multi, qui non curant addiscere: & ideo sunt Clerici sine litteris, quod est una de magnis abusionibus seculi. Et ideo e diverso, ut nullus Clericus possit se excusare ab addiscendo, statutum est in jure, ut in villis bonis ubique sint scholæ in grammaticis, & in Metropolitanis sedibus in Theologia, in quibus omnes possunt addiscere. Alii sunt, qui rarissime vadunt ad Ecclesiæ, similes illis, de quibus dicitur 2. Machabæorum 4. *Item non circa altaris officia erant dediti, sed contempto templo, & negligenti sacrificiis festinabant participes fieri palestræ.* Miris res, Anna mulier non de templo die, ac nocte discedebat, sicut dieitur Lucae 2. & isti cultui divino deputati raro conveniunt in Ecclesia in die, rarius in nocte. Alii sunt, qui etiæ frequentent Ecclesiæ, tamen adeo sunt immundæ vitæ, quod cor unius ministerium abominabile est Deo. Bernardus: *Sic circumire altaria, sic frequentare Psalmos, sed in immunditia, laus est execrabilis, & oratio in peccatum.* Et ideo e diverso dicitur in Psalmo 25. *Lavaba inter innocentes ma-*

nus meas , & circumdabo altare tuum Domine . Alii sunt , qui cum debent lucere per bonum exemplum tanquam lucerna super cadelabrum , tamen nullum dant bonum exemplum lucis . Quo contra admonendus est Clericus , ut sic vivat , ut exemplum vita secularibus prebeat . Alii sunt , qui , quod pejus est , Ecclesiam sponsam Christi maculant turpitudine vita sua . Augustinus : *Qualis est clericus , qui pro amore unius famulae totam Ecclesiam patitur culpari .* Quo contra , Hieronymus in Epistola ad Nepotianum : *Clerici vita debet ornare Ecclesiam .* Alii sunt , qui contra statuta Ecclesie , & Apostoli verbum , se secularibus negotiis implicantes parum curant in Ecclesia nisi de divitiis , & gloria . Quo contra Hieronymus ibidem . *Negotiatorum Clericum , & ex inope divitem factum , & ex ignobili gloriosum , quasi quandam pestem fuge .* Alii sunt , qui bona Ecclesie , quae sunt pauperum , in usus sacrilegos expendunt . Bernardus : *Bona Ecclesiarum bona pruperum sunt , & sacrilega eis crudelitate subtrahitur , quicquid inde ministri , & dispensatores prater vittum sibi retinent , & vestitum .* Ideo dicitur e diverso . Matthaei 25 . *Servi bone , & fideli , quia in pauca fuisli fidelis , scilicet in temporalibus , super multa te constitutam .* Alii sunt , qui in exterioribus , in habitu , in corona , in tonsura minus decentibus , & in aliis hujusmodi levitatem , & lasciviam praetendent , neglegit illis , quae scripta sunt . Extra , *De vita , & honestate Clericorum .* Quo contra dicit Augustinus in Regula . *Ininceſi , statu , habitu , & in omib[us] morib[us] nostris nihil fiat , quod cujusquam offendat aspectum .* Alii sunt , qui fastidientes viros bonos , societas stultorum laicorum sectantur , & sunt sicut populus . Quo contra legiur de Levitis , quod erant separati a communi populo , ut essent in hoc sanctiores . Numerorum 20 . *Sancti critis mibi , quia ego sanctus sum , & separavi vos a ceteris populis .* Alii sunt , qui quamvis sint de familia Dei , tamen non apponunt curam aliquam circa ea , quae Dei sunt . Quo contra legitur de Levitis , quod zelabant pro Deo , cum Moys[e] interficienes idololatras . Exodi 32 . *Fecerunt Levita iuxta sermonem Moysi , occideruntque viginti tria millia hominum in illa die .* Materia de predicitis . Thema , Ephesorum 4 . *Obseruo vos ego vincitus in Domino , ut digne ambuletis vocazione , qua vocatis esis :* quod facit Clericus cum non negligit addiscere , quod frequentat Ecclesiam , cum mundus Deo assistit in ministerio , cum dat bonum exemplum laicis , cum ornat sua vita bona Ecclesiam , cum secularibus negotiis se non immiscerit , cum bona Ecclesie sancte dispensat , cum in exterioribus honestatem pretendit , cum societatem bonorum sectatur , cum pro eis , quae Dei sunt zelat , ut supra dictum est .

LVIII. Ad Clerum totius civitatis congregatum in Ecclesia .

Notandum , quod sicut Dominus a principio in superiori parte mundi posuit stellas , ita in superiori Ecclesia , scilicet clericali posuit diversas personas quasi stellas diversas . Unde Genesis 1 . *Posuit stellas in firmamento cali , secundum litteram , & in firmamento Ecclesiastici status secundum ministerium Clericos .* Porro stellae sunt in celo ad tria , scilicet , ad gloriam Dei . Baruch 3 . *Et lumen stella cum iucunditate , ei*

scilicet , ad gloriam ejus . Et ideo debet cavere Clericus , ne aliquid faciat , propter quod nomen Dei blasphemetur , vel quod non cedat ad Dei honorem , sed potius quicquid facit , cedat ad Dei gloriam , ut sit vera stella . Item ad ordinatum cali , Ecclesiastici 44 . *Species cali gloria stellarum .* Et ideo cavendum est omni Clerico , ne faciat aliquid , per quod deturpet Ecclesiam , sicut pueri deturpant lectrum suum . Hieronymus in Epistola ad Nepotianum : *Clerici vita , Christi debet ornare Ecclesiam .* Item ad lucendum in mundo inferiori . Genesis 1 . *Posuit Stellas in firmamento cali , ut luceant super terram .* Ita & Clericorum est lucere laicis per bonum exemplum . Sed heu , stellæ , quæ solebant lucere per bonum exemplum , jam non lucent . Sic Joëlis 2 . *Stellæ retraxerunt splendorem suum :* imo , quod pejus est , versæ sunt multæ in nigredinem pessimi exempli . Ezechielis 32 . *Nigrescere faciam stellas cali , scilicet , permisive : imo , quod est pessimum , horribilia signa apparent in eis .* Nam quædam cadunt facile de celo per mortale peccatum ad tentationem , juxta illud Apocalypsis 6 . *Stellæ cedderunt de celo in terram , sicut fucus emittit grossos suos , cum a vento magno moveretur .* Non solum autem in parvis stellis hoc contingit , imo in magnis . Apocalypsis 8 . *Cecidit de celo stella magna ardens sicut facula .* Non solum autem in paucis , sed in multis Apocalypsis 12 . *Cauda draconis trahebat tertiam partem stellarum cali .* Et hec sunt signa , de quibus dicitur Luca 20 . *Eruunt signa in stellis .* Magnum enim signum est , quod tam facile , & tam magna , & tot cadunt de celo . Porro stellæ sic cadentes non dant lucem boni exempli , sed custodientes fe acas , istæ dant exemplum . Baruch 3 . *Stella in custodiis suis dederunt lucem .* Et tales debent esse Clerici . Sic enim se dicunt custodire diligenter , ut nihil in eis notabile malum appareat , sed toti sint lucidi per bonam vitam . & aliis luceant per bonum exemplum . Et nota , quod tria sunt , quare Clerici ad hoc potius sunt obligati , quam ali . Primum , est sublimitas status . Status enim ipsorum est sublimior , quam laicorum , & ideo sunt sicut lucernæ posita in candelabro , de quo Luca 11 . & ideo eorum est lucere . Secundum est , observantia laicorum . Ipsi enim observant eos diligenter , quia facti sunt spectaculum hominibus , & mundo , & ideo debent magis cavere a feditate , ut non apparet in eis . Tertium est , damnositas malorum exempli in eis . Non enim tantum nocet malum exemplum in laico , sicut in Clerico , quia non ita inducit illud homines ad imitandum , sicut exemplum Clerici , qui debet esse quasi dux in via , & ideo si male vadit , plus nocet sua deviatio . Materia de predicitis . Thema , Matthaei 5 . *Sic luceat lux vestra coram hominibus , ut videant opera vestra bona , & glorificant patrem vestrum , qui in celis est .* Notandum , quod sunt aliqui Clerici , qui multum curant de cantando , vel pertinentibus ad scientiam , vel de honorifice vivendo , sed parum curant de bona vita . Contra quod dicitur hic , *lux vestra .* Lux enim dicitur bona vita , sicut mala dicitur tenebrae : *nunc asternit lux in Domino .* In hoc ergo , quod dicitur , *lux vestra , innititur , quod talium debet esse vita bona , cum vocetur lux .* Sed quia bona vita talium non solum debet esse coram Deo , sed etiam coram hominibus , ideo dicitur : *luceat coram hominibus , ut videant tecum .* Sed quia hujusmodi apparentia non debet fieri

propter gloriam propriam, juxta illud Matthæi 6. *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: sed propter Dei gloriam, juxta illud 1. Petri 2. Et bonis operibus vos considerantes glorificent Deum: ideo subdit: & glorificant &c.* Ad quæ melius intelligendum, notandum, quod sicut Dominus, ut supra.

LIX. Ad Canonicos (a), & ad Clerum Cathedralis Ecclesie.

Notandum, quod in qualibet dioecesi est aliqua Ecclesia major, in qua est sedes Episcopalis, & ideo dicitur Cathedralis. Porro Canonici, & Clerici in hac deservientes tenentur multo plus ad bonam vitam, quam Clerici Ecclesiæ aliarum inferiorum, triplici ratione. Prima est, propter stipendia. Habent enim majora, & meliora stipendia, quam alii in aliis, & ideo tenentur magis ad bene militandum Domino. Secunda est, propter exemplum. Ipsi enim sunt quasi civitas supra montem posita, ad quam respicit totus alius Clerus dioecesis. Et ideo cavere debent magis, ne aliquid reprehensibile inveniatur in eis. Tertia est, propter eorum assumptionem. Ipsi enim sunt, de quibus assumuntur Sacerdotes parochiales frequenter, & ad alia officia bona, Decanatus, Præpositurae, & multi sunt lapides de lapidina, & ideo tenentur ad majorem bonitatem, ut in illis, qui ex eis sumuntur, Ecclesia non decipiatur, si boni non fuerint. Secundo autem notandum, quod hujusmodi bonitas præcipue confitit in tribus. Unum est circa cultum divinum, ut videlicet faciant laudabiliter Officium divinum. Aliud est circa disciplina honestatem, ut videlicet in Habitū, & in aliis canonicis ordinationibus specialiter resulgeat in eis disciplina Ecclesiastica honestatis, cum ipsi debeant esse exemplar aliorum, qui sunt per diœcesim. Aliud est circa correctionem, ut videlicet diligenter, & ut viriliter corrigantur quæcunque fuerint inventa reprehensibilia apud eos. Justum est enim, quod Episcopi, & alii boni homines, & Capitulum ferventius corrigit, quæ sunt prope, & coram eis, quam quæ longe, & distanter ab eis sunt. Sed (pro dolor) illi, qui plus alii Clericis ad hujusmodi bona, & alia tenentur, pejores in his, & in aliis multis inveniuntur. Sacerdotes enim parochiales, & Clerici eorum omni die surgunt ad matutinas, & ad Officium divinum conveniunt. Item Sacerdotes, & clerici prædicti modicam habent provisionem, & tam duram vitam ducentes, serviunt assidue Domino in Ecclesia: isti vero de Ecclesia non curantes, non faciunt pro magna parte, nisi bibere, & comedere laute, & dormire, & in otio vitam ducere, sicut illi de Sodoma, quorum iniurias fuit panis saturitas, & otium, sicut dicitur in Ezechiele. Cap. 16. Item, alii Clerici saltem pro paupertate carent a multis lasciviis: isti vero suis abutentes dvititis, in dissolutiones innumerabiles, & lascivias se esfundunt. Item, alii Clerici ad sacros ordines se ingerunt, isti vero in sacrâ ministeriis

Do-

(a) De Canonice Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiæ, atque de officiis iuri busque utrisque communibus sive agit Vanespen Parte 1. *Juris Ecclesiastici universi Tit. 7.* itemque in peculiari Dissertatione Canonica, quam inscripsit, *De infinito & officiis Canonicorum.*

Domino affistere deditantur. Item, aliorum infamia coram paucis diffunditur: istorum vero infamia omnes replet Civitates. Item, alii interdum corriguntur, & correctionem recipiunt, vel ab Episcopo, vel ab aliis majoribus suis: isti vero quibusdam altitudinibus se defendentes, omni correctioni resistunt. Alii vivunt in qualicunque humilitate, isti vero pro magna parte non curant, nisi de gloria seculari. Sunt & alia multa, propter quæ magis possunt dici hostes Dei, quam ministri Dei: quod deplorans Hieremias Threnorum 1. dicit: *Facti sunt hostes in capite ejus: quod fit, cum in Cathedrali Ecclesia, quæ est caput, tales inveniuntur. Materia de prædictis.* Thema, Zacharia 1. *Zelatus sum Sion zelo magno.* Notandum, quod Cathedralis Ecclesia potest dici, Sion, quia est in alto super alias Ecclesiæ, sicut Sion erat in alto: & quia in ea residet Episcopus Dominus aliorum spiritualis, sicut in Sion David: & quia debet tueri totam diœcesim, sicut Sion erat ad firmamentum Hierusalem. Porro si pro statu totius Ecclesiæ est zelandum, specialiter tamen pro statu hujusmodi Ecclesiæ, juxta verbum prædictum. Notandum autem, quod in qualibet diœcesi, ut supra.

LX. Ad quoquaque Canonicos secularares.

Notandum, quod Canonici aliqui dicuntur secularares, (a) non quod seculariter debeant vivere, cum dicat Apostolus, Romanorum 12. *Nolite conformari huic seculo: sed quia cum sint in statu seculari, debent regulariter vivere, quod nonat hoc verbū: Canonici, quod idem est, quod, Regulares. Canon enim Graece, idest, regula Latine.* Unde extat quadam Regula Canonicorum secularium approbata a Paschasio (b) Papa, & a Cardinalibus, qui subscripterunt se, in qua sunt plurima bona; quæ debent regulariter hujusmodi Canonici facere. Scindum igitur, quod hujusmodi Canonici regulariter debent in suis Ecclesiis residere. Ad hoc enim dati sunt redditus hujusmodi Capitulus, ut Ecclesia coram habeat personas deservientes in ea Creatori. Item, residentes debent certis horis ad Ecclesiam convenire ad Officium divinum. Item, convenientes debent in ministeriis suis peragere ea, quæ pertinent ad cultum Dei. Quo contra (proh dolor) multi non resident, & alibi consumunt bona, quæ ibi accipiunt. Multi vero de-

(a) Quod Canonici, qui hodie dicuntur secularares, vitam olim communem elegerint, fuse ostendit Thomasinus in sua veteri ac nova Ecclesiæ disciplina. Quod autem haec vita communis institutio in aliisque citius, in aliis serius, circa secundum tempore 210. & deinceps desitter, deplorant passim seculi 11. arque 12. Autores, eamque mutationem non auctoritatibus Ecclesiæ, sed defectu, & refrigescenti charitati abscribunt. Porro coepierunt Canonici secularares dici ad discrimen ceterorum Canonicorum, qui Regule stricte inherentes, Regulares vocantur. Quod tamen deridet Wolcenus Abbas lib. 3. cap. 15. in Homilia de zizania dicens: *Rara avis in terris Canonicus a canone vire.* Unde ergo audí unde: *Est namque canon vix & ut dictum est, & est canon pecunia, videlicet aliquis penitus certa; unde solet dici: Solve mihi canonom meum.* Eja ergo, Canonice, inventamus canonom tuum: a quo derivaris, a canone pecunia, non a canone vite; id est a canone regionis, non a canone Religionis.

(b) Pro Paschasio videtur legendum Paschalisi, fortasse: nullus enim in Catalogo Romanorum Pontificum, Paschalii nomine repertus.

residentibus ad Ecclesiam cum aliis rarissime veniunt. Multi vero de venientibus, in ministeriis Ordinum suorum defervere degendantur. Item, non debent suis superioribus debitam subjectionem subtrahere, sed devotam obedientiam reddere. Item, inter se non discordias, sed pacificam concordiam habere debent. Item, ad exteriore non duritiam, sed viscera pietatis debent exhibere, in hospitalitate ad extraneos, & misericordiis ad miseros, & humani modi, quorun contraria (heu) in multis inveniuntur. Item, non debent in sua Ecclesia, quæ sua sunt querere, sed commune bonum proprio preferre. Item, pro spiritualibus magis, quam pro temporalibus zelare. Item, contra malitias quæ frequenter emergunt se opponere: & felices Canonici, qui hoc regulariter, & concorditer faciunt. Materia de prædictis. Thema, ad Philippienes 3. *In eadem permaneamus regula.* Verbum illud dictum est omnibus Christianis: quod si pertinet ad omnes Christianos, quanto magis ad illos, qui dicuntur Canonici, a Canone, quod est regula. Notandum, quod Canonici aliqui dicuntur, &c.

LXI. Ad Canonicos Cathedralis Ecclesie.

Notandum, quod ordinatione divina factum est, ut in omni Diœcesi in Cathedrali Ecclesia essent Canonici propter multas utilitates magnas. Non enim in novo testamento sunt Episcopi per successionem carnalem, ut olim: sed per electionem, sicut patet in electione Matthias, & hoc ad hujusmodi Canonicos pertinet, sicut ad Apostolos electio Matthias. Item, apud eos residet autoritas Episcopalis vacante sede, quoad multa. Item, sunt dati in adjutorium Episcopo, sicut milites suo Castellano, ut eorum adjutorio melius regatur Diœcesis. Item, ipsi sunt, quibus provisum est copiosus in temporalibus, ut per eos honorabilius deferviatur in Ecclesia Cathedrali. Item ipsi sunt, ad quos frequenter recurritur pro variis negotiis a tota Diœcessu tanquam ad refugium sumum. Item, ab ipsis assumuntur Episcopi, & aliae personæ magnæ in Ecclesia Dei. Item, præter ista communia sunt aliqua alia magna, quæ quandoque ad eos pertinat, ut creatio Canonicorum, iurisdictiones magnæ, collatio parochiarum, & similia. Et hac omnia, si diligenter respiciantur, requirunt, ut sint viri magni multimoda magnitudine, & ad prædicta idonei. Quo contra (proh holor) sunt multi tales, qui vere ad omnia prædicta nihil valent, quod deplorans Hieremias Threnorum 1. dicit: *Abstulit Dominus omnes magnificos de medio mei.* Pro magna enim parte non sunt hodie magni scientia, vel virtute, vel aetate, vel fama, vel autoritate, & similibus, Canonici in Catedralibus Ecclesiis, sicut olim fuerunt, & status eorum requireret: imo sunt alii pravi, alii nihil scientes, alii sine discretione, alii male morigerati, alii infames in populo, alii bona Ecclesia illicite expendentes, alii dilapidatores, alii in Ecclesia sua nihil facientes nisi bibere, & comedere, & in ocio vivere. Alii nihil boni, vel quæ Dei sunt, in Ecclesia sua quærentes, & istæ, & aliae sunt innumerableis maculæ, cum quibus intrant sanctuarium Dei, contra illud, quod præcipitur Leviticus 22. Materia de prædictis. Thema 1. Corinthiorum 1.

Videte vocacionem vestram fratres, vos scilicet Canonici Cathedralis Ecclesie, qui estis fratres ad invicem, videte ad quid vocati estis, ut scilicet, illud faciat, & tales sitis, qui illud facere valeatis. Ad quod intelligentem, notandum, quod ordinatione, &c.

LXII. Ad omnes Scholarès.

Notandum, quod quoddam est studium, quod semper est malum, & nunquam potest fieri bonum, scilicet studium in malitia, ut in calicibus potandis, Proverbiorum 23. & avaritia, Hieremias 6. & Hieremias 11. *Tu ostendisti mihi studia eorum:* & hoc destruxit Iudeos, Hieremias 21. *Ne forte egreditur, ut ignis indignatio mea, & succendatur,* & non sit, qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum. Aliud est, quod semper est bonum, scilicet studium virtutum, de quo Ecclesiastici 44. *Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, scilicet virtutum, pacificantes in domibus suis.* Et hoc est in quo Paulus studebat Actuum 24. In hoc studio oportet sine offendiculo conscientiam habere ad Deum, & ad homines semper. Tertium est, litterarum. De quo Proverbiorum 25. Stude sapientie filii mihi. Et hoc potest esse bonum, & malum, quia multis est via ad bonum, & multis est via ad malum. Notandum autem, quod hoc studium potest esse malum a fine. Unde Bernardus Sermone 26. in Cantica. *Quidam scire volunt, ut sciuntur, & vanitas est, quidam ut sciunt, & curiositas est, quidam ut divites sunt, & cupiditas est.* Potest etiam bonum esse ex fine. Unde ibidem Bernardus. *Quidam scire volunt, ut proficiant, & charitas est:* & ideo bene dicitur Hieremias 18. *Dirigite vias vestras, & studia vestra,* scilicet ad bonum finem, & dimittendo malum. Item, potest esse malum ex materia, ut cum quis studet in libro de arte amandi, & in similibus, quæ dant occasionem ad malum. Isidorus: *Ideo prohibentur Christianis figurae Poëtarum, ne per oblectamenta fabularum mens ad incendia libidinum inciteretur.* Et est eadem ratio, quare non debet studeri in Nigromantia, & in aliis, quæ ad peccatum pertrahant. De quo dicitur in Psalmo 52. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.* Item, potest esse malum, vel bonum ex vita, quam ducunt in scholis. Proverbiorum 20. *Ex studiis suis intelligitur puer si recta, & munda sunt opera ejus:* sicut fuerunt Daniel, & socii ejus pueri in Babilonia, quibus propter hoc data est major sapientia, & intelligentia. Et nota, quod quidam male se habent in scholis minus bene studendo. *Studium,* att Tullius in 1. Rhetoricæ, est affidua, & vehe mens ad aliquam rem animi applicata cum magna voluntate occupatio. Nota singula, & invenies in eis contraria. Alii sunt, quod pejus est, qui in scholis malas societas sectantur, & ubi deberent addiscere litteras, addiscunt mala a talibus. Alii sunt, quod pejissimum est, qui bona sibi missa a parentibus, & interdum pauperibus, vel de redditibus Ecclesiasticis, expendunt vivendo luxuriose. Sed attendant isti tales prædicti illud quod dicit Dominus per Hieremiam 33. *Visitabo super vos studia vestra, ait Dominus.* Et ideo præ timore hujus visitationis debent videre, quo fine student, & qualiter

Iter in studio vivunt, ut videlicet bono fine studeant: & in bono, & bene vivant in studio. Materia de prædictis. Thema Hieremias 35. *Bona facite studia vestra.* Notandum, quod quoddam est studium, ut supra.

LXXXIII. Ad Scholares in Grammatica.

Studentes in grammatica, qui pro magna parte sunt pueri, & adolescentes, exhortandi sunt, quod libenter addiscant. Et quia hoc parum valet sine bona vita, admonendi sunt, quod bonam vitam ducant: & quia multi nesciunt in quo hæc consistat, instruendi sunt in iis, quæ requiruntur ad ipsam. Circa quod notandum est, quod omnis occupatio circa res addiscendas, aut est circa mechanica, & hoc pertinet ad corpus, aut circa litteras, & hoc ad animam, & ideo tanto nobilior est, quanto nobilior est anima corpore. Et de hac nobilitate dicit Socrates: *Scire cum imperante aequalis gloria est.* Item, ista occupatio est introitus ad omnem scientiam. Sine litterarum enim scientia, nulla sapientia, divina, seu prophetica, seu humana, possunt ad plenum sciri. Sapientia autem adeo est utilis, quod veniunt omnia bona cum ea, sicut dicitur Sapientia 7. Item in mechanicis addiscendis magnus est labor, sed in litteris addiscendis multa est annexa consolatio. Tullius: *Quid dulciss litterario orio.* Pythagoras: *Debet homines viaticum senectutis litterarum eruditione parare.* Plato: *Littera insipienti animo, tanguam baculus inservo corpori convenit.* Hæc autem tria habent magnam consolationem. Patet ergo, quod hujusmodi occupatio, nobilis est, & utilis valde ex consolatione annexa, & ideo non debent hujusmodi scholares fugere scholas, vel intermittere lectiones, sed addiscere cum omni diligentia. Circa secundum notandum est, quod litteræ sine bona vita non salvant. Unde Augustinus lib.8. Confessionum cap.8. *Surgunt indotti, & rapiunt calum, & nos cum litteris nostris ad inferna descendimus.* Item sunt occasio multorum malorum. Actuum 26. *Multa litteræ, te faciunt insanire.* (a) Quod impletur in multis, dum per litteras suas vexant alios, & superbiunt, & similia. Item, erunt in die iudicii in testimonium damnationis multis. Unde 2. Reg. 11. legitur, quod Urias portavat secum litteras mortis sue. Et ideo bene dicitur Hieremias 35. *Bonas facite vias vestras, & studia vestra.* Primo dicit *vias:* Secundo *studia,* quia nisi sint viæ bonæ, sequuntur ex studio prædicta mala. Circa tertium notandum est, quod hujusmodi adolescentes debent parentibus obedire devote, exemplo pueri Jesu, qui erat subditus parentibus, ut dicitur Luca 2. Item debent cavere a levitatibus puerilibus, ut sunt furari fructus, certari ad invicem, & similia: exemplo Tobie junioris, qui cum esset junior nihil puerile gestit in opere. Tobiae 1. Item, debent frequentare Ecclesiam ad audiendum Officium, & Sermones: exemplo Nicolai (b) pueri, qui Ecclesia frequentans limina, sacra pectora condebat mandata. Item, debent declinare pravas societas, cum illa, quæ dicit Tobie 3. *Nunquam cum illis, qui in levitate ambulant, participem*

(a) In actibus Apostolorum cap. 26. versu 24. legitur: *Multa litteræ ad insaniam convertunt.* Sed he mutationes passim in hoc opere occurunt.

(b) Vide ejus vitam apud Surium die 6. Decembbris.

cipem me præbui. Item, debent libenter morari in domo cum parentibus, non discurrere, vel vagari inutiliter, exemplo Jacob, qui sicut dicitur Genesis 25. *domi morabatur, Esau discurrente.* Item, thesaurum virginitatis diligenter servare, ut Bernardus puer, de quo legitur, quod accedente muliere ad eum de nocte, exclamavit: latrones, latrones, & hoc multoties propter thesaurum, quem volebat ei furari. Item, de peccatis puerilibus confiteri diligenter: exemplo Augustini, qui multa de his inserit in libro confessionum suarum. Item, dare operam ad proficiendum in bono, tanquam bona indolis, exemplo pueri Jesu, de quo dicitur Luca 2. *Proficiebat ætate, & sapientia, & gratia: non sicut multi, qui & si proficiant ætate, tamen non in aliis duobus.* Sed, heu, sunt multi, qui sicut dicit Augustinus Lib.1. Confessionum, cap.18. *aliqua facta sua mala renunciant, tamen barbarismo, & solacismo reprobensi confunduntur.* Si autem libidines ornatis, & consequentibus syllabis pronunciant, laudari gloriantur. Et postea: *Vides hæc Domine, & taces, quomodo filii Adam servant patæ litterarum tradita & prioribus, & accepta patæ perpetue salutis negligant.* Et nota, quod hujusmodi peccata non sunt negligenda, quia de omnibus istis distracta ratio exigetur. Ecclesiastis 11. *Et scito, quod pro omnibus adducet te Deus in iudicium:* & loquitur de peccatis pluribus. Materia de prædictis. Thema, Ecclesiastici 6. *Fili a juventute tua excipe doctrinam, & usque ad canos invies sapientiam.* Istud verbum impletur maxime in studentibus in Grammatica: isti enim hujusmodi doctrinam accipiunt a juventute. Notandum autem, quod studentes in Grammatica, &c.

LXIV. Ad Scholares (a) de Cantu.

Notandum, quod moris fuit apud gentiles coram diis suis cantare; Danielis 3. *Cum audieritis sonitum omnis generis musicorum, cadentes adorabitis statuam auream.* Hoc idem fuit apud Iudeos de Deo vero. Ecclesiastici 47. *Stare fecit cantatores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos.* Hoc idem fit in cælo sanctæ Trinitati ab Angelis secundum Chronicam, (b) quæ dicit, quod beatus Ignatius raptus in spiritu vidit in cælo Angelos cantantes hymnos sanctæ Trinitati per antiphonarum repetitionem, & ideo statuit hoc idem fieri in Ecclesia Antiochena, & inde deri-

(a) De Schola Cantorum fuse egimus nostro 1. Tomo Pontificalis Romani in Prolegomenis, cap. iv.

(b) Alludit ad historiam Socratis lib. 6. cap. 8. ubi ita inquit: *Ignatius Antiochiae in Syria tertius a Petro apostolo Episcopus vixione vidit Angelorum sanctam Trinitatem bynum; alterna vice decantatis collaudantium, & formam canendi in ea vixione expressam Ecclesia Antiochene tradidit.* Unde illa traditio in omnibus Ecclesiis recepta est. Ignatius ita canari tradidit folos hymnos; nam Psalmos alterna vice decantandos ad junxerunt postmodum Flavianus & Diodorus Presbyteri Antiocheni, de quibus ita scribit Theodoreus lib. 2. historiæ, cap. 24. *Hi primi psallentum choro in duas partes divisio, hymnos Davidicos alternis canendos tradiderunt.* Quæ primum Antiochiae cœpta ubique pervaserunt, & ad ultimas Orbis terre oras pervagata est. Vide Lupum in Canonem 75. Trullanum.

derivatum est ad Latinos, per Ambrosium. Ex his ergo patet, quod Ecclesia non immerit cantat coram Deo, cum & gentiles, & iudei, imo & Angelii in celo hoc faciunt. Notandum autem, quod hujusmodi cantus ecclesiasticus ubique fit ad Dei laudem. Psalmus 70. *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam.* Item, ad devotionem convenientiam. Unde de Augustino scriptum est, quod flebat uberrime in hymnis, & canticis suave sonantis ecclesia. Item, ad repulsionem demonum. 1. Regum 16. *David psallebat manu sua, refocillabatur Saul, & levius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malignus.* Item, ad infusionem gratiarum in canentibus. Gregorius super Ezechielem: *Cum vox psalmodia per intentionem cordis agitur, omnipotenti Deo iter ad cor preparatur:* scilicet per adventum gratiae, & ideo non est hujusmodi cantus inutilis, sicut dicunt (*a*) haeretici quidam Ecclesiam in hoc deridentes, imo valde utilis, & laudabilis est, praecepit cum in hoc Ecclesia militans conformetur triumphanti. Bernardus: *Nibil in terris ita representat quendam cœlestis habitacionis statum, sicut alacritas laudantium Deum.* Item notandum, quod tria sunt, quae impedit bonum officium hujusmodi cantus. Unum est carnalitas. Pellis enim carnaosa, nisi desiccatur, non bene cantat. Aliud est, discordia ad proximum Christianum. Non enim bene sonat cantus plurium, quando discordant. Tertium est, perversitas cordis. Hujusmodi enim cantus, quantumcumque fit sonorus in voce, auffert dulcedinem ejus coram Deo. Unde Proverbiorum 25. *Accutum in vitro, qui cantat carmina cordi per verso* (alias cordi pessimus): quod dicitur, quia sicut vitrum quantumcumque fit clarum continens acetum, ministrat potum amarum, ita & cantus cordis perversi non placet Deo. Ideo et diverso ad excludendum ista dicitur in Psalmo 150. *Laudate eum in tympano,* quod est pellis desiccata, & hoc contra primum; & *choro,* scilicet, concordia, & hoc contra secundum: *chordis, & organo,* contra tertium. Materia de predicitis. Thema, Ecclesiastici 44. *In pueritia sua requirentes modos musicos.* Nota, quod hoc verbum dicitur de viris quibusdam illustribus antiquis, & extenditur usque ad quosdam novi testamenti, ut fuerunt Ambrosius, Gregorius, & alii quidam, qui adiuvenerunt per sapientiam suam cantus musicos in Ecclesia, in quo edocenter pueri in infancia sua. Circa quod notandum est, quod Cantorum, &c.

LXV. Ad Scholarcs in Logica, & in artibus liberalibus, & philosophicis.

Tem notandum, quod studium in liberalibus artibus, & scientiis philosophicis valet in Christianitate ad multa. Valet enim ad defensionem fideli, quam non solum haeretici, (*b*) & pagani impugnant, sed Philosophi.

Pro-

(a) Quantum erent ea in re haeretici, ostendit Bellarmine in suis Controversiis Tomo 4, lib. 1. *De bonis operibus in particulari, cap. 16.*

(b) Inter alias Leges, quas in Christianos promulgavit Julianus imperator Christiani Religionis desertor, una fuit, ne Christiani Doctores humaniores literas, ac liberales disciplinas docere possent: quam quidem eo consilio sanctitatem effe ait Ammianus Marcellinus, ne per Doctores Christianos a cultu Deorum Gentiles descenderent. Vide Basilius ad annua 362.

Propter quod dicit Apostolus Colossium 2. *Videte, ne quis vos seducat per philosophiam:* sicut autem non potest se defendere a fallaciis, qui nihil novit de eis, ita nec se potest defendere ab inani Philosophia, qui nihil novit de philosophia. Item, valet ad intelligentiam Scripturarum sacrarum. Innumerabilia enim sunt in eis, & in Glossa, & in dictis Sanctorum, quae nunquam possunt intelligi sine istis. Et ideo sicut Sancti dicunt, de spoliis Aegyptiorum ditantur Hebrei, cum de dictis philosophicis juvent se fideles ad expositionem sacram Scripturarum. Item, valet ad honorem Ecclesie. Magnus enim est honor ejus, quia non solum in Iure, vel in Theologia, sed etiam in Philosophia viri intelligentes in ea inveniuntur. Porro honor iste multo major est, quam honor divitarum, quanto melior est sapientia, quam divitiae. Si ergo tantum curat Ecclesia de honore divitarum, quanto magis curare debet de isto honore? Ex his ergo, & multis aliis rationibus patet, quod studium in liberalibus artibus valde necessarium in Ecclesia est: unde illi, qui hoc non approbant, vel hoc impediant, vel scientias lucrativas istis preferunt, videntur esse de Philisteis illis, qui 1. Regum 22. *Providerunt ne faber ferrarius inveniretur in Irael, ne forte fuerent Hebrei gladium, aut lanceam.* Glossa: *Diabolus per paganos, per haereticos, per falsos Christianos studet impedire, ne sint docti in Ecclesia, qui spiritualia faciant armis nobis ad pugnandum.* Pagani enim prohibuerunt, ne Christiani liberalibus artibus intraverentur. Sed notandum iterum, quod licet istud studium sit in se laudabile, tamen tria sunt reprehensibilia in eo. Unum est, nimia morositas. Sunt enim multi, qui nimis morantur in hujusmodi studio, similes illis, qui habent ire ad aliquem locum, & in via nimis detinuntur. Hujusmodi enim artes non sunt nisi via ad majora. Seneca: *Non nego perspicienda ista, sed prospicienda tantum sunt, & a longe salutanda.* Aliud est, nimia dilectio. Quidam enim ita diligunt ea, quæ audiunt circa ea, quæ dicuntur in illis, quod vix possunt ab eis evelli, & fornicantur cum illis per hujusmodi amorem, sicut cum aliis creaturis. Seneca: *Hoc habent peccatum, quod quandam dulcedinem sui faciunt in animum spe subtilitatis induitum teneant.* Et propter hoc dicuntur a Boëtio de consolatione Philosophiae Syrene usque in exitium dulces. Aliud est, nimia curiositas, quidam enim non sunt contenti quibusdam, quae in istis artibus sunt utilia, sed non celsant audire, & exercitari in multis, quæ non habent, nisi solam curiositatem. Quo contra Ecclesiastici 3. *In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus ejus operibus ne fueris curiosus.* Iterum autem notandum, quod, & si landabile sit istud studium, & a predicitis reprehensibilibus sit cavendum, tamen ad hoc, ut sit meritorum, est ordinandum ad bonum finem. Non enim studendum est in istis propter sapientiam finaliter, ut faciebant philosophi, qui dicuntur amatores sapientie. Quo contra Bernardus in sermone 26. super Cantica: *Quidam scire volunt, ut sciант, videlicet propter vanam gloriam: quidam, ut sciantur, videlicet propter cupiditatem: quidam scire volunt, ut divites fiant: sed propter aliquam utilitatem spiritualiem, ad Deum, diligendum est hoc studium, juxta illud Hieremia 17. Dirigite studia vestra: quod sit, cum studium ad Deum dirigitur, & non ad aliud*

aliud distorquetur. Ex his ergo patet, quam laudabile sit illud studium, & a quibus cavendum est in ipso, & ad quem finem est dirigendum istud studium. Materia de prædictis. Thema, Actuum 17. *Quidam Epicurei, & Stoici philosophi differabant cum Paulo.* Nota, quod sicut patet ex his verbis, studium in liberalibus artibus olim fuit apud Athenas, deinde autem translatum fuit ad urbem Romam, tempore vero Caroli translatum fuit in Franciam, & deinde derivatum est ad multa loca. Notandum, quod studium istud ubique in Christianitate ad multa valet, ut supra.

LXVI. Ad Studentes in Medicina.

Notandum, quod propter peccatum primorum parentum conditio humana deteriorata est in tribus, videlicet in rationis offuscatione, quæ illuminant rationem. Item, in morbostate propter corruptibilitatem, & hoc quoad corpus: & contra hoc inventa est ars Medicinae. Item, in rerum proprietate, communes enim erant omnes res, & contra hoc inventa est scientia Juris, per quam redduntur, & conservantur unicuique sua. Porro inter istas tres scientias, Medicina quoad multa est melior: cognitio enim ejus, quod docent liberales scientiae, parum confert: scientia autem Juris, et si confert, tamen plus valet illud, quod confert Medicina, quanto plus valet corpus, quam res. Sunt enim tria valde utilia, ad quae valet ista scientia Medicinæ. Primum est cognitio suæ naturæ corporæ. Ipsa enim est, quæ docet, quam misera, quam fragilis sit natura corporis humani. Secundum est, opus misericordia. Per ipsam enim possum fieri multa opera misericordia circa infirmos, qui subjacent magnæ miseriae. Tertium est, medicina spiritualis animalium. Per arte enim scientiae medicinalis multa habetur instruere circa medicinam spiritualem. Sed notandum iterum, quod sunt multi Medici, qui in operatione artis suæ multoties offendunt multum. Sunt enim aliqui, qui quia nesciunt sufficienter quod est artis, omitunt in operatione, & ideo rei sunt mortis multorum, & hoc est peccatum homicidii. Alii sunt, qui faciunt emere res caras a suis familiaribus cum per viliora possent infirmis interdum æque subvenire, & hoc est infidelitas. Alii sunt, qui ea, que ordinavit Ecclesia (a) facienda circa infirmos pro salute animarum, ut confessio, & communicatio, & similia, negligunt, & hoc est inobedientia ad Ecclesiæ mandata. Væ talibus Medicis, qui quod deberent sanare occidunt, & confidentibus in se sunt valde infideles, & salutaria Ecclesiæ negligunt mandata. Proinde notandum est, quod ad hoc, quod studium istud vertatur in bonum, debent hujusmodi studentes intentionem, suam ad utilitates supradictas dirigere. Debent etiam cavere, ne egridantur ad practicam, ante bonam sufficientiam artis acquisitam. In prosequendo vero

(a) Cautum est id quidem in variis Conciliis, praesertim in Lateranensi Ecumenico Innocentii III. anno 1215. can. 22. ac novissime in Lateranensi Synodo Benedicti XIII. Tit. 32. cap. 1. Quod tamen passim negligitur, multique homines Christiani ob hanc Medicorum scordiam ex hac vita sine Sacramentis decedunt.

vero practicam debent cavere, ne in dubiis unquam procedant, sine consilio, vel deliberatione multa. Sic etiam fideliciter agant cum patientibus, quod cum paucioribus expensis, quantum poterunt, eis subveniant; salarium sic temperatum recipiant, quod suam conscientiam læsam non relinquant. Super omnia vero debent cavere, ne occasione Medicinae aliquid faciant contra Deum, in se, vel in aliis, ne dum corporibus sanandis intendant, animas suas, vel aliorum interficiant. Denique vero non debent tantum in arte confidere, quantum in orationibus, & magis in Deo confidant. Unde Ecclesiastici 38. dicitur de medicis, quod ipsi orient pro infirmis. Materia de prædictis. Thema: Ecclesiastici 38. *Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creavit altissimus: omnis medela a Deo est.* Nota, quod istars Medicinæ in hoc verbo commendatur a tribus: videlicet ab auctore, scilicet Deo: ab utilitate, cum dicitur, *propter necessitatem:* item a fructu, cum dicitur, *honora.* Notandum autem, quod propter peccatum, ut supra,

LXVII. Ad Studentes in Jure communi.

Nota, quod est quoddam Jus, quod dicitur naturale, & hoc est scriptum in corde cuiuslibet a natura. Aliud est, quod est scriptum in libris divinis Bibliae, & hoc dicitur divinum, & continet plura, quam primum, quia multa continet, quæ sunt fidei. Aliud est, quod dicitur positivum, quod indicatum est ab hominibus, & continet plura quam duo prima, & hoc continetur in libris Juris, tam civilis, quam canonici. Primum est de veritate morum. Secundum est de moribus, & fide, & pertinet magis ad fideles. Tertium de quibusdam his superadditis, quæ pertinent ad diversos fideles, quoad diversa. Notandum autem, quod hujusmodi Jus positivum valet ad pacem: nisi enim essent hujusmodi jura, multi semper haberent contentiones ad invicem, sed per jura determinantur hujusmodi contentiones. Item, valent hujusmodi jura ad justitiam: per jura enim redditur unicuique quod suum est, quod est justitia. Item, ad subventionem miserorum. Multæ enim miserabiles personæ nunquam relevantur ab oppressionibus multis, nisi per jura subvenirentur eis. Item, ad repressionem malorum. Multi enim reprimuntur a multis malitiis propter ea, quæ sunt ordinata in Jure. Item, ad promotionem bonorum: multa enim bona promoventur per eadem. Item, ad regimen populi: per ipsa enim reguntur homines, & ordinantur in eis omnia. Item, ad conservationem legis Dei: sicut enim antemurale valet ad conservationem civitatis, ita & hoc ad legem Dei, quia sine istis facilius irrumpetur in eam. Sed notandum iterum, quod sunt multi studentes in jure, qui sicut Philosophi præponebant mandata hominum legi Dei, ita & ipsi parum curant de scienda lege Dei in comparatione ad jura sua humanæ: quod non est sine periculo magno, quia sine lege Dei non est salus, sine istis vero humanis iuribus est salus interdum. Præterea, interdum ignorantia istorum excusat, ignorantia vero illius non excusat. Sunt etiam alii, qui illud quod inveniunt in iuribus humanis, quod pertinet ad animas, non curant: & de his, quæ ad terrena pertinent, summe curant,

similes porcis, qui in horto revolvunt stercore, & de floribus non curant, & porcis, qui intrantes apothecam non curant de speciebus aromaticis, & dant se terræ fætenti. Sunt autem quidam, quod pejus est, qui ipsa sua scientia abutuntur, dum nullum bonum finem ponunt in studio suo, & in practica scientiae sua multipliciter ab eo quoq; iustam est deviant, & declinant. Materia de prædictis, Thema, Esther 1. *Faciebat Rex cuncta secundum consilium sapientum scientium leges, ac jura majorum* (a). Argumentum est: si ita erat apud infideles, multo magis apud fideles debent esse sapientes, scientes leges, & jura, quod non potest esse, nisi hæc addiscant: & ideo debet esse studium, & studentes in talibus apud Christianos. Notandum, &c.

LXVIII. Ad Studentes in Jure Civili.

Notandum, quod sapientia divina, cuius interest omnia gubernare, sicut in sensibilibus carentibus libero arbitrio per superiora regit inferiora, secundum Philosophos, & etiam secundum Sanctos, & ad regendum melius inferiora dedit eis certas leges, quas nunquam transgrediuntur, sicut patet Proverbiorum 8. de legibus datis abyssi, & aquis: non solum autem certas leges, sed & iustitias, ex quibus, consurgit iustitia naturalis universi, de qua agitur in Tymæo Platoni: ita ad regimen hominum habentium liberum arbitrium, quosdam fecit superiores, ut Reges, & Imperatores, qui alios regunt, & editæ sunt leges a juris sapientibus, per quas etiam non solum per potentiam eos regunt, sicut faciunt illi, qui dicunt, Sapientie 2. *Sit fortitudo nostra lex iustitiae.* Et quia quedam sunt leges iniquæ, quarum conditoribus comminatur, Isaia 10. dicens: *Va condentibus leges iniquas: quæ sunt omnino respondeat, & detestandæ, ideo ipso inspirante sunt leges sacratissimæ ad regimen Principum juste exercendum.* Item notandum, quod Hieremias 32. in emptione agri, quem de Dei mandato emit, usus est legibus. Unde ibidem: *Accipi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecata.* Quæ omnia pertinent ad jura civilia. Similiter Apostolus eisdem usus est Actuum 25. dicens: *Si nihil eorum est, que hi accusant me; nemo potest me illis donare. Cesarem appello.* Similiter ipse Christus usus est eis, reddens tributum pro se Cesari debitum. Matthæi 17. & docens sic faciendum esse, dixit: *Reddite, quæ sunt Cesaris, Cesari.* Lucas 20. Magna laus legum est, cum & Prophetæ tantus, & Apostolus tantus, ino & ipse Christus his usi sunt. Sed notandum iterum, quod studio tam sacrarum legum, & tam authenticarum multi miserabiliter abutuntur: cum enim debent in eis studere amore iustitiae, vel scientiæ, vel docendæ, vel exequendæ; ipsi hoc relatio, quod in eis est, aliud querunt in eis, videlicet, ut per eas magnificentur in mundo, vel ut sciant in omni negotio resistere eis, quæ sibi non placent, vel

ut

(a) Imitati sunt quidem hoc exemplum plurimi Principes Christiani, inter quos S. Stephanus Hungarie Rex, uti legitur in ejus vita: *Regni negotia ita disposita, ut accisis undique prudenter, at sanctissimi viri, nihil unquam sine illorum consilio mulieretur.*

ut timeantur ab omnibus propter calumnias, & impugnationes, quas sciunt movere. Et hæc est visio, quam vidit Salomon, qui dixit: *Ecclesiastici 2. Vidi sub sole in loco judicii impietatem: quod impletur, quando in schola, in qua docetur iustitia, versantur prædictæ iniuriantes, & similes in cordibus studentium.* Deinde notandum est, quod hujusmodi Scholares post recessum a scholis sunt interdum judices, interdum consiliarii magnorum, interdum advocati. Et ideo si Deum habent præ oculis, debent cum multa sollicitudine dare operam diligentem ad ea, per quæ possunt hac exercere laudabiliter, & vitare ea, quæ sunt in eis reprehensibilia, cum eos contingit in talibus occupari. Materia de prædictis, Thema, Proverbiorum 8. *Per me Reges regnant, & conditores legum iusta decernunt: verbum est sapientiae divina, & aeterna.* Et notandum tria in illo. Unum est, quia ex sapientia aeterna producuntur Reges in mundo, ibi: *per me Reges regnant.* Aliud est, quod ex eadem sapientia processerunt Reges in mundo, scilicet: *conditores legum.* Aliud est, quod ex eadem processit iustitia legum, per quam *iusta decernunt.* Ad quod intelligendum plenus, est notandum, quod sapientia divina, ut supra.

LXIX. Ad Studentes in Jure Canonico.

Notandum, quod sicut homo constat ex duabus naturis, scilicet, ex corpore, & anima: ita providentia superna ordinavit, quod existent duo genera rectorum hominis. Unum quoad corporalia, scilicet principes seculares; aliud quoad spiritualia, scilicet, Praælati Ecclesiæ: & quia rectores aliorum debent eos regere, non secundum potentiam, vel voluntatem, sed secundum iustitiam; ideo ordinatione divina factum est, ut esset duplex Jus in Christianitate, scilicet, Civile quoad regimen primum, & Canonicum quoad regimen secundum, quamvis in utroque istorum quandoque aliquid miscreatur, quod pertineat ad alterum: quia proprietas unionem corporis, & animæ, ea qua ad unum istorum pertinent principaliter quandoque alii sunt annexa. Notandum autem, quod ista jura canonica commendabilia sunt a tribus, scilicet, a materia, & hoc scilicet, quia versantur circa spiritualia, & ideo tanto excedit, quanto spiritualia excellunt omnia temporalia. Item, ab autoritate: sunt enim educta partim a jure naturali, partim a jure divino, partim a dictis Sanctorum, partim a sententiis Romanorum Pontificum, partim a Conciliis, partim a legibus, quæ omnia sunt magna auctoritatis. Item, ab utilitate: hæc enim sunt quasi sepes circa vineam Domini, de qua habetur Matthæi 20. Nisi enim hoc existent, multa, & varia vita irruerent in Ecclesiam Dei, quæ ipsam omnimode dissiparent. Sunt iterum superædificatio super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, quia super doctrinam ab eis traditam, hæc superaddita sunt ad completionem ædificationis Ecclesie. Item, sunt quasi quedam colligatio totius boni Christianitatis, quod effunderetur, nisi per ista restrigeretur, sicut vinum dolii sine colligatione effunditur. Patet igitur, quod triplex est utilitas hujus Juris Canonici, scilicet defensio a vitiis multis,

con-

consummatio sedis Ecclesiastici, conservatio bonorum spiritualium. Notandum iterum, quod in hujusmodi scientia iuris sunt multa, quae pertinent ad animarum salutem. Alia vero, quae pertinent ad causas litigiosas. Sed sunt quidam infelices, qui primum vocant paleam, & non curant de illo tanquam de palea, cum e contrario secundum sit palea. Quicquid enim temporale est, palea est, cum sit transitorium, sicut dicitur super illo verbo: Exodi 5. *Dispersus est populus in omnem terram Aegypti ad colligendas paleas: imo etiam illi, qui ista sequuntur, sunt palea secundum Augustinum dicentes: Dum paleam sequeris, palea efficieris.* Et ideo tales comburentur igne inextinguibili. Hęc igitur, quae ad causas temporalium pertinent, reputanda sunt palea, quae vero ad salutem animarum, granum, quod melius est. Ita & in ista scientia istud, quod ad salutem animarum pertinet, diligentius est colligendum, sicut granum diligentius colligitur quam palea. Alii sunt, qui ista scientia non utuntur ad utilitatem proximi, sed ad documentum, studentes diligenter in his, per quae possunt turbare Elezioni, appellare contra maiores Praelatos suos, & similia multa, abutentes iurę ad injuriam. Alii sunt, qui tantum extollunt scientiam, quod venerunt ad hanc stultitiam, ut dicent, quod melius regitur Ecclesia Dei per ista iura, quam per Theologiam. Ad quod respondit quidam, dicens, quod istud verum esset, si Ecclesia Dei essent campi, & vineæ, & hujusmodi possessiones, sed si Ecclesia Dei sunt anima fidelium, constat, quod melius regitur Ecclesia per Theologiam, quae docet fidem, & mores ad animarum salutem pertinentia, quam per ista iura. Patet ex his, quod studentibus in ista scientia praeferenda sunt ea, quae ad salutem pertinent, eis, quae ad causas. Cavendum est iterum, ne habeatur animus ad ea perterritanda, per quae possunt alios perturbare. Providendum est etiam, ut ita temperate diligatur, quod propter illam Theologiam minus quidem non reputetur. Notandum iterum, quod istud Jus dicitur Canonicum, id est regulare, quia rectitudinem continet sicut regula, & quia prava per ipsum corriguntur, sicut per regulam distorta, & quia regulariter ad omnes pertinet, sicut dicuntur Epistolæ canonice, id est universales. Materia de prædictis. Thema, Proverbiorum 14. *Suscipiat verba mea cor tuum, custodi verba mea, & vives.* Verbum est matrix Salomonis ad ipsum. Ex quo elicetur, quod doctrina matris Ecclesie est devote audienda. Et quia parum valet audire, nisi custodiantur, dicitur, *custodi.* Porro ista doctrina potest dici jus Canonicum, quod traditum est ab Ecclesia. Circa quod notandum, quod sicut homo, ut supra. Vel aliter. Actuum 6. *Tra-debat eis custodiō dogmata, quae erant decreta ab Apostolis, & Senioribus.* Argumentum de prædictis legendis, & sciendis. Circa quod notandum, ut supra.

LXX. Ad Studentes in Theologia.

Notandum, quod sunt quedam Leges dictæ seculares, quae traditæ sunt a Principibus secularibus, & versantur circa secularia negotia, & sunt bona. Aliæ sunt Ecclesiasticae, & haec traditæ sunt a Praelatis Ecclesiasticis, & versantur circa negotia Ecclesiastica, & sunt meliores.

Alia

Alia est lex, scilicet divina, quae a Deo tradita est, & versatæ circa animarum salutem: juxta illud Psalmi 18. *Lex Domini immaculata convertens animas: & bene immaculata, quia nihil habet falsitatis, sicut habent illæ leges, quae sunt abrogatae; nec terrenitatis, sicut habent multa iura, quae circa terrena versantur, sed solum circa animas versatur, & ideo optima.* Si ergo tolerabile sit studere in legibus illis, quibus non est interdictum, est utile est studere in jure Canonicæ, tamen super omnia alia laudabile est studere in scientia legis divinæ, quæ omnes alias scientias excedit, & ratione auctoritatis, quia a Deo est immediate tradita; & ratione materia, quia de materia nobilissima tractat, scilicet, de divinis; & ratione finis, quia est ad salutem animarum ordinata. Notandum autem, quod hoc est studium, in quo studet beatus vir, de quo in Psalmo 1. dicitur: *In lege ejus meditabitur die, ac nocte.* Hoc est iterum, ad quod devote oculos suos aperit, Psalmi 118. *Revela oculos meos.* Hoc est etiam, in quo studentes beatificantur. Psalmi 93. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Sed notandum iterum, quod sunt multa reprehensibilia in quibusdam hujusmodi scholaribus. Sunt enim quidam, qui accedunt ad hujusmodi scientiam corde non mundo: & ideo non intrat ad eos, quia in malevolam animam non introibit spiritus sapientiae. Ut ergo sapientia ista posuit addicci, debet accedens ad eam cor mundificare, secundum illud Jacob 1. *Abjicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitia, in mansuetudine suscipite insitum verbum: scilicet divinum.* Alii sunt, qui ex hujusmodi auditu in nullo proficiunt ad faciendum, quod audiunt. Quo contra dicit Psalmus 34. *Da mibi intellectum, & scrutabor legem tuam &c.* Alii sunt, qui stantes juxta fluenta semper, nunquam in alios fructum faciunt. Quo contra Psalmus 1. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est fecis decursus aquarum, quod fractum suum dabit in tempore suo.* Alii sunt, qui nimiam moram contrahentes in hujusmodi scholis, relictis melioribus, ibi senescunt. Quo contra dicitur de quadam Monacho, quod cum venisset Parisios ad audiendum Theologiam, & audivisset prima die exponi illud præceptum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* statim recessit ad patriam suam, dicens: quod sufficiebat sibi, si toto tempore vita sua posset hoc implore. Qui autem hujusmodi sunt, sunt sicut bona terra, quæ ex semine facta semel, reddit fructum multum. Alii sunt, qui sub specie sanctitatis cuiusdam in hujusmodi studio morantes deserviunt ambitioni, per hujusmodi studium intendentis promoveri, vel cupiditati, suos sic redditus colligentes sine residencia, vel voluptuosam vitam sive labora in scholis ducentes. Et hi sunt, qui sapientiam, quæ desursum est, convertunt in terrenam, & diabolicalam contra tria prædicta. Alii sunt, qui quadam curiositate ducti non possunt satiari semper addiscere nova, quæ semper inveniuntur in Theologia, more Atheniensium, qui ad nihil aliud vacabant, nisi ad audiire aliquid novi, vel dicere, sicut dicitur Actuum 17. Dixit autem quidam Abbas religiosus eidam talium: *Dicatis mihi, magister, quod est melius homini, facere bonum, quod scit, aut addiscere bonum, quod nescit?* At ille respondit: *Melius est homini facere bonum, quod scit,*

Y

quam

quam aliud addiscere, quod nescit. Dixit Abbas: Quid est ergo de vobis, qui semper vultis addiscere bonum, quod nescitis, & parum, vel nihil facitis de bono, quod scitis? At ille obmutuit. Ideo bene dicitur Joannis 13. *Si hac scitis, beati eritis, si feceritis ea: non dicit: si didiceritis illa.* Materia de prædictis. Thema Proverbiorum 25. *Stude sapientiam filii mihi.* Nota, quod Theologica scientia dicitur Sapientia, & propter saporem, & propter hoc, quod docet facere facienda, quod facere facit sapientem, & quia quicquid non concordat cum ista sapientia, quæ continet legem divinam, stultitia est. Notandum autem, quod sunt quædam leges diætæ seculares &c. ut supra. Vel alter: *Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota &c. & ex verbo appareat, quam studiosus fuit David in lege Domini. Notandum, ut supra.*

LXXI. Ad omnes Laicos.

Notandum, quod sicut in mundo quædam pars est superior, scilicet cælum, & quædam inferior, scilicet terra: & in homine, quædam pars magis comprehensibilis, scilicet anima, & quædam minus, scilicet corpus: & in tabernaculo quædam pars sancta, & quædam sanctior, quæ dicebatur sancta sanctorum: ita & inter fidèles Christi sunt duo genera hominum, scilicet Clerici, qui sunt superiores dignitate, & magis intelligentes per scientiam, & sanctiores habent esse, quam laici, qui in his minus abundant. Ad notandum autem istam distinctionem, sunt in Ecclesiis Christianorum duæ partes, (a) scilicet Chorus, qui ad Clerum pertinet, & Navis, quæ ad laicos. Notandum autem circa laicos, quod ipsi non debent ascendere ad scrutandum secreta fidei, quam tenent Clerici, sed adhærente implice, juxta illud Job 1. *Et boves arabant, & asinae pascebantur juxta eos:* quod exponit Gregorius dicens: quod asinæ, idest simplices, debent esse contenti doctrina fuorum majorum. Item, debent ipsi Clericis, tanquam Dei ministris exhibere reverentiam: quia sicut dicit Maximus in sermone. *Dignitas, que ministri offertur, illi, cuius ministri sunt, exhibetur.* Quid autem mirum, si hoc faciunt laici Clericis, cum ipse Alexander legatur Sacerdotem Iudaorum adorasse? Item, habent eis iura ecclesiastica reddere, immo Deo in eis. Matthæi 22. *Reddite, que sunt Dei Deo.* Item, propter periculum incontinentia debent cito contrahere. 1. Corinthiorum 7. *Unusquisque suam uxorem habeat propter fornicationem:* scilicet evitandam. Item diligenter filios in bono instruere, exemplo Tobiae, qui tam diligenter filium instruxit. Ephesiorum 6. *Filios vestros educate in disciplina, & correctione Domini.* Item, ad vicinos officia charitatis servare. 1. Petri 4. *Ante omnia in vobismetipsum charitatem continuam habentes.* Item, in consuetis temporibus ad Ecclesiam, ad audiendum instructiones, & mandata Ecclesiæ, fine intermissione convenire, exemplo parentum Iesu, de quibus dicitur Lucæ 2. *Ascendentibus illis in Hierusalem secundum consuetudinem diei*

(a) De hisce & alijs Ecclesiæ partibus vide nostrum 2. Tomum in alteram partem Romanorum Pontificalis, Tit. I. §. 1.

diei festi. Item, orationes communes, scilicet Dominicam, *Pater noster*, & Angelicam, scilicet, *Ave Maria*, & Apostolicam, idest, *Credo in Deum*, addiscere, & in certo numero quotidie dicere. Argumentum autem, quod sint hæc addiscenda habetur Lucæ 11. ubi dicunt discipuli: *Dominne doce nos orare.* Et est credendum, quod orationes tradita e Deo, & a Sanctis, majoris sint virtutis. Item, secundum facultates elemosynas facere Tobiae 4. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum ibi fuerit, exiguum libenter imperti. fude.* Item, facilem se ad obedientiam Prælati suis exhibere. Psalmo 76. *Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moyse, & Aaron: & bene dicit, tuum, quia oves fues, & non alienæ audiunt vocem ejus.* Materia de prædictis. Thema, Sapientia. 1. *In simplicitate cor-dis querite illum.* Notandum, quod hoc pertinet ad laicos, qui in sancta simplicitate debent vivere. Ad intelligentiam autem hujusmodi verbi pleniorum, notandum, quod sicut in mundo, &c. ut supra. Vel alter in Psalmo 77. *Attendite popule meus legem meam, & inclinate aurem vestram in verba oris mei.* Notandum, quod sicut in mundo, ut supra, usque ad laicos. Iste autem laici sunt, qui proprie dicuntur populus. Notandum autem circa eos, quod ipsi non dicunt, &c. ut supra. Et hæc doctrina circa eos est vox Domini, quam debent audire, &c.

LXXII. Ad Laicos in Civitatibus.

Notandum, quod Dominus mittens prophetas in mundum, frequentius misit eos in civitatem, quam ad alia loca minora, ut Hierusalem, Ninive, Babyloniam, sicut patet ex Scripturis. Item, ipsem etiam veniens, frequenter prædicabat in civitatibus, quam alibi, sicut patet consideranti historiam evangelicam. Unde Luca 8. *Et ipse iter faciebat per civitates, & castella prædicans, & evangelizans regnum Dei.* Item, Apostoli, & discipuli frequentius prædicabant in civitatibus, quam in aliis locis, sicut patet ex historia, & ex legendis Sanctorum. Rationes autem, quare sic faciendum est, sunt istæ: in civitatibus sunt plures, quam in aliis locis, & ideo melius est ibi predicare, quam alibi, sicut melius est facere elemosynas pluribus, quam paucioribus. Item, ibi sunt plura peccata, de quibus Psalmo 54. *Vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate.* In quo notantur sex genera peccatorum valde gravia, & ideo magis est ibi prædicandum, quia major est necessitas: majoribus enim periculis magis est obviandum. Item minora loca, quæ sunt circa civitates, magis conformantur civitatibus, quam e converso, & ideo fructus prædicationis, qui fit in civitate, magis derivatur ad ista loca, quam e converso, & ideo magis conandum est facere fructum per prædicationem in civitatibus, quam in aliis locis minoribus. Sed iterum notandum, quod sunt quædam civitates, quæ non lunt recipere prædictores Dei, & ideo vñ cís, Lucæ 10. *Sodomites remissus erit in die illa, quam illi civitati, quæ non receperit vos.* Aliæ sunt, quæ & si recipiant ad inhabitandum, tamen non curant audire Sermones, contra quas Lucæ 11. *Regina austri surget in iudicio cum viris generationis bujus,* & con-

& condemnabit eos, quia venit a finibus terra audire sapientiam Salomonis: & illi nolunt propter verbum Dei venire ad Ecclesiam suam. Aliæ sunt, que etsi audiunt tamen in nullo se corrigit. Contra quos in eodem: Viri Ninivitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eum, quia paenitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Porro istarum civitatum malarum quædam sunt sicut Sodoma, de qua dicitur Ezechielis 16. Hæc fuit iniqüitas Sodoma, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum ejus, quod manum egoen, & pauperi non porrigeant, & elevata sunt, & fecerunt abominationes coram me. Et nota hæc sex ex natura peccatorum, que, proh dolor, hodie inveniuntur in multis civitatibus, & ideo timendum est illis de simili pena cum Sodoma, de qua Iudea 1. Sodoma, & Gomorrah, & finitima civitates factæ sunt exemplum ignis eterni paenam substinentes. Aliæ sunt sicut Babylonia, de qua multa dicuntur Isaia 13. & Hieremias 41. & Apocalypsis 18. Cujus finis fuit va duplex. Apocalypsis 18. Va ve civitas illa magna Babylon, que amicta erat byssø, & purpura, & deaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, quoniam una hora delirata sunt tanta divitiae. Non solum autem destituentur istæ divitiae, sed & pœna addentur. Unde ibidem: Glorificavit se, & quantum in deliciis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Et ideo duplex va, unum de amissione bonorum, & aliud de incurso malorum. Aliæ sunt sicut Hierusalem depravata, de qua Isaia 1. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis plena iudicis, iustitia habitavit in ea, nunc autem homicide: argentum tuum versum est in scioram, vinum tuum mixtum est aqua, principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributions, pupillo non judicant, & causa vidua non ingreditur ad illos. Quis autem sit finis eorum, dicit, cum sequitur: Heu ego confabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Notandum autem, quod viri Deum timentes, habitantes inter malos in hujusmodi civitatibus debent caveri a malis, que ipsis mali faciunt. Ecclesiastici 7. Ne pecces in multitudine civitatis. Non solum autem hoc, sed & exemplum sanctæ conversationis ostendere juxta illud 2. Petri 2. Conversionem vestram inter gentes habentes bonam. Non solum autem hoc, sed & pro salute aliorum laborare exemplo Loth, de quo, 2. Petri 2. Asperita, & auditu iustus erat. Asperita quod exemplum: auditu quod verbum doctrinae sanctæ, quo corrigebat malos, ut patet Genesis 19. Materia de prædictis. Thæma Michæla 6. Vox Domini ad civitatem clamat, & salus erit timentibus nomen ejus. Vox Domini est Prædicator, cuius est prædicare in civitatibus, ad quam vocem non quilibet, sed qui timet nomen Domini, salvus erit. Circa quod notandum est, quod Dominus, ut supra.

LXXXIII. Ad Reætore, & Officiales Civitatis.

Notandum, quod civitas, que non habet Reætorem, de facili destruuntur. Proverbiorum 11. *Vbi non est gubernator, populus corruit.* Et ideo sicut in navi marina ad hoc, ut bene incedat, ponitur gubernator,

tor, & plures ad juvandum eum in diversis officiis, ita in civitate bene disposita debet esse Reætor, & cum eo ali multi ad juvandum eum in diversis officiis in regimine civitatis. Quia ergo ex istorum bono statu dependet multum bonus status civitatis, justum, & expediens est, ut & ipsi Dei verbum, per quod instruantur in eis, quæ ad eos pertinent, non contemnant audire, propter quod dicitur Sapientia 6. *Dicite iudices finium terræ, prebete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum.* Scindum ergo, quod in hujusmodi statu non sunt ponendi nisi sapientes. Unde Salomon, propter regimen populi sibi immenses, specialiter petit sapientiam a Domino. Ezechielis 27. *Sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores.* Et ideo cavendum est, ne in hujusmodi statu ponantur, vel pravi, vel inexperti, vel capitosi, & alii hujusmodi, de quorum sapientia non habetur certa spes. Quia vero sapientia sine iustitia potius calliditas, quam sapientia est nominanda, sicut dixit Plato: ideo providendum est, quod isti, qui ponuntur in isto statu, sint justi. Sapientia 1. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Quod quia non invenitur in quibusdam, dicitur Sapientia 6. *Data est vobis potestas, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniam cum essetis ministri regni illius, non rete iudicatis legem iustitie, nec secundum voluntatem Dei ambulatis.* Item, quia in executione eorum, que sunt a talibus ordinata, occurunt difficultates frequenter, debent, qui sunt in isto statu, esse ordinati ad superandum hujusmodi impedimenta: propter hoc bene dicitur Ecclesiastici 7. *Noli querere sibi iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniqüitates:* quasi dicat, nisi sis virtuosus, & virilis. Unde tales docuit Jethro præficiendos aliis, cum dixit Exodi 18. *Elige viros potentes de omni plebe.* Viros dicit, id est: viriles corde; & potentes, in efficacia operis. Patet ex his, quod hujusmodi homines debent esse sapientes, & iusti, & viriles. Notandum autem, quod Dominus præcepit, Numerorum 25. suspendi in patibulis principes populi, propter fornicationem populi. Ex quo relinquitur, quod ad tales pertinet habere curam magnam, ne peccata committantur a populo, vel ista, vel alia: quia sicut dicitur Proverbiorum 14. *Miseros populos facit peccatum:* Ad ipsos enim pertinet providere populo a miseria. Item, sunt quidam ex istis, qui non carant succurrere personis miserabilibus. Isaia 1. *Pupillo non judicant, causa vidua non ingreditur ad eos.* Sed contrarium ad eos pertinet eodem capitulo: *Querite iudicium, subvenite oppreso, defendite viduam.* Item sunt, qui inferiores iuste gravant. Isaia 3. *Populum meum exæctores sui spoliaverunt, & mulieres dominata sunt eis.* Quo contra eodem capitulo: *Quare atteritis populum meum, & facies pauperum comolitis.* Exemplum Nehemia 5. *Duces, qui fuerunt ante me, gravaverunt populum,* ego autem non feci ita propter timorem Domini. Item sunt aliqui, qui in istis regimini querunt utilitatem propriam, seu commodum, plus quam commune bonum. Quo contra dicit Plato: *Qui reipublicæ præfecti sunt, utilitatem ciuium sic tueantur, ut quæcumque agunt, ad illam referant, oblixi commodorum propriorum.* Item sunt aliqui, qui ad partem se inclinantes dant materiam, & occasionem dissensionis. Quo contra Plato dicit

dicit de talibus: *Sic carent totum corpus, ne dum unam partem tuerintur, alteram defērānt.* Item sunt aliqui, qui faciunt statuta, seu leges iniquas, vel factis utuntur. Contra quos Isaiae 10. *Vix, qui condūnāt leges iniquas, & scribentes iugūstias scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauīs humiliūm populi mei.* Item sunt alii, qui innuitantur confusitudini præcedentium, et si sunt malae. Contra quod Levitici 18. *Nolite facere ea, quæ fecerunt hi, qui fuerunt ante vos.* Ut ergo isti Rectores laudabiliter se habeant, debent peccatis populi obviare, personis miserabilibus subvenire, a gravamine minorum eavere, bonum commune quærere, in partem non declinare, statuta iniqua, & consuetudines iniquas præcedentium non sequi. Materia de prædictis. Thema, Ecclesiastici 10. *Qualis Rector civitatis, tales & inhabitantes in ea.* Ex hoc verbo elicetur, quod in civitatibus debent esse Rectores. Notandum autem, ut supra.

LXXIV. Ad Majores Civitatis.

Notandum, quod Moyse dicebat interdum verba Domini majoribus populi. Unde Exodi 19. *Venit Moyse, & convocatis majoribus nati populi exposuit omnes sermones, quos mandaverat Dominus.* Item & Joannes Baptista speciales sermones faciebat publicanis, & militibus, sicut pater Lucæ 3. Petrus quoque Majoribus congregatis prædicavit, Actuum 4. *Principes populi, & Seniores audite, &c.* Horum exemplo, & auctoritate prædicandum est interdum Majoribus Civitatis, cum inventiuntur congregati, vel aliqua occasione congregantur. Notandum autem, circa hujusmodi homines solent multa reprehensibilia inveniri. Sunt enim multi illorum, qui ducunt vitam otiosam, cum tamen sit modo tempus operandi, sicut in missibus, & sic parum duraturum sit. Propter quod dicitur Galatarum 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* Alii sunt, qui non solum vitam otiosam, sed nimis delicatam ducunt cum divite Euangelico induito purpura, & bysso, & epulante quotidie splendide, & ideo timeant, ne cum ipso sepellantur in Inferno. Alii sunt, qui contentiosi inter se, turbant Civitatem, partes quas possunt sibi attrahentes. Psalmo 106. *Etsaī est contentio super Principes, scilicet, supra Majores.* Quo contra dicitur in Psalmo 71. *Suscipient montes, idest, Majores: pacem, inter se: populo, idest ad utilitatem populi, quia sequitur ex hoc eorum pax.* Alii sunt, qui per potentiam suam injuriant minoribus. Jacobi 2. *Nonne divites per potentiam opprimit vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia?* Quo contra deberent eis de suo largiri, ut eorum abundantia suppleret eorum inopiam, juxta illud Lucæ 5. *Qui habet duas tunicas, det unam non habenti, & qui habet escas, similiter faciat:* Alii sunt de communi bono non curantes, sed solum propriis commodis inhabitant. Quo contra dicitur: 1. Machabœorum 14. *Seniores sedebant in plateis, & de bonis terra tractabant.* Alii sunt, qui occupati circa terrena, differtunt de die in diem ordinare de bonis suis, & de salute sua, & interim subito tolluntur, sicut ille dives, cui dixit vox: *Hac nocte tollent animam tuam.* Et in Psalmo 72. *Subito defecerunt, perierunt propter ini-*

iniquitatem suam. Notandum iterum, quod hujusmodi mala, & alia magis sunt in eis reprehensibilia, quam in minoribus. Tum quia sunt sapientes. Tum quia sunt magis obligati Deo ex pluribus bonis ab eo receperitis. Tum quia sunt in altiori statu, & plurim oculis expoſiti. Materia de prædictis. Thema, 2. Regum 19. *Rex David misit ad Sadoc, & Abiathar Sacerdotes, dicens: Loquimini ad maiores natu Iudeæ.* Argumentum est, quod prædicandum est interdum Majoribus. Ad quod melius intelligendum, notandum est, quod Moyse &c.

LXXV. Ad Turbam popularem Civitatis.

Notandum, quod Dominus interdum predicabat discipulis suis. Unde in Euangeliō frequenter dicitur: *Dixit Iesus discipulis suis.* Interdum majoribus Judeorū, Matthæi 23. loquens Majoribus dicit frequenter: *Via vobis Scribae, & Pharisei:* sed frequenter prædicabat turbis, sicut patet ex Euangeliō: & hoc iuste. Isti enim sunt simpliciores, & ideo magis indigent instructione. Item devotiores ad verbum Dei, & ideo non perit in eis ita de facili semen verbi. Item plures, & ideo major est fructus in prædicatione ad eos. Prædicabat autem eis intelligibiliter, quia parabolæ: & breviter, ut melius retineretur: & utiliter de pertinentibus ad eos, ut proficerent, sicut patet aperte de his tribus in parabola Sunnitidis, Lucæ 18. Hujus igitur exemplo propter prædictas cauas, & modo prædicto, prædicandum est turbis. Notandum autem, quod tria solent esse reprehensibilia in quibusdam turbis. Unum est, quod magis volunt imitari mala facta doctortum suorum, quam eorum bona doctrinam. Cujus contrarium est faciendum. Matthæi 23. *Locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos dicens: Super Cathedram Moysi federunt Scribae, & Pharisei. Omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, servate, & facite: secundum opera vero eorum nolite facere.* Exemplum dicitur, quod Parochiani cuiusdam Sacerdotis solebant ei dicere, cum prædicaret eis multa bona: *Sciatis, quod nunquam nos volumus facere ea, quæ vos dicitis, sed ea faciemus, quæ vos videbimus facere.* Cum autem quadam die sequerentur eum ad Procesionem, & occurreret eis quoddam lutum magnum, ipse cum Cruce præcedens eos, intravit lutum illud, & cum transfixet, & respxisset retro, & nullus eum fecutus fuisset per lutum, confundens eos, dixit eis: *Quid est, quod solletis dicere, quod per viam malam vitiorum me vultis sequi, & per lutum illud nullus me fecutus est?* Aliud est, quod multitudinem populū in malo aliqui de facili sequuntur. Contra quod dicitur Exodi 23. *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* Aliud est, cum ad persuasionem aliquorum majorum de facili inclinantur ad malum, sicut factum est in Passione Domini, cum ad maiorem incitationem mota est turba contra Christum, quæ primo sibi devota erat. Et Actuum 17. dicitur: *Zelantes autem Iudei, assumentesque de vulgo quosdam viros malos, & turba facta, concitaverunt Civitatem contra Paulum.* Porro e converso quædam fuit laudabilis in turba. Unum est devotione ad Christum, & sic fuit olim in diebus Christi. Nam ex magna devo-

devotione, quam habebat turba ad Christum, currebat ad Sermones ejus, & sequebatur eum etiam propter hoc in desertum, & trans mare: propter hujusmodi etiam devotionem omnis turba quererebat eum tangere: propter hoc etiam honorabat eum sternendo vestimenta sua ei in via, & clamabat dicens: *Benedictus, qui venit in nomine Domini:* & hujusmodi multa alia sunt in Evangelio. Aliud est facultas fidei, facilius enim credebat turba Iesu, quam Majores. Unde Joannis 7. dicunt Pharisei: *Nunquid aliquis ex Principibus credit in eum?* Sed turba haec, quae non novit legem, maledicti sunt. Aliud est zelus pro Christo. Turba enim zelabat pro Christo contra majores eum persequentes. Matthaei 21. *Quarentes cum tenere, timuerunt turbas.* Felix turba, quae doctrinam suorum majorum plusquam vitam sequitur, & caret a sequendo multitudinem in malo, & ad Majorum iniquitates non inclinetur, & Christa devota, fideliter credit in eum, & pro eis, quae ipsis sunt, zelat frequenter. Materia de prædictis. Thema, Proverbiorum 3. *Cum simplicibus est sermocinatio ejus.* Simplices sunt turba popularis. Notandum autem, quod Dominus interdum, &c.

LXXVI. Ad familiam divitium in Civitatibus.

Notandum, quod sicut divites plus habent substantiam hujus mundi, ita solent habere majorem familiam, propter varias necessitates. Unde scriptum est de Job: *Fuit possesto ejus septem millia ovium:* & post: *Et familia multa nimis.* Porro hujusmodi familia propter occupationes varias raro solet ad Ecclesiam convenire, nisi forte in magnis festis, & tunc in Missa matutinali, & ideo pium est tunc, vel quando possunt, habere opportunitatem instruere ipsam circa pertinentia ad salutem. Notandum ergo, quod hujusmodi familia solet interdum Dominos suos damnificare, eorum bona surripiendo, sicut Onefimus fecit Philemoni, de quo dicit Paulus in epistola ad Philemonem: *Qui tibi aliquando fuit inutilis.* Glossa: *tua tollendo.* Hujusmodi vero laſio, tanto magis est peccatum, quanto levius magis tenetur Dominio ad fidelitatem, & quanto Dominus magis in eo confidit, quam in extraneo. Aliquando vero, et si non facit hoc in propria persona, tamen sustinet hoc in aliis, & isti sunt illi, de quibus dicitur in Psalmo 49. *Si videbas furem, currebas cum illo:* quia consentiens reputatur, qui, cum possit resistere, non curat, & ideo dignus est pari poena. Interdum vero sunt aliqui, qui in sibi commissis a Domino operibus non laborant diligenter. Quo contra dicitur de Jacob Genesis 31. quod sic diligenter laborabat in servitio Laban, quod die, ac nocte, astu, & gelu urebatur, & fugiebat somnus ab oculis ejus. Ex his patet, quod famuli servientes Dominis, sic debent esse fideles Dominis suis, quod non debent bona eorum surripere, nec hoc in aliis sustinere, & pro viribus negotia eorum diligenter facere. Et isti sunt illi fideles, de quibus dixit David in Psalmo 100. *Oculi mei ad fideles terra, ut sedeant mecum &c.* Notandum insuper, quod hujusmodi familiæ, interdum male se habent adinvicem. Nam quandoque non se diligunt ex quadam invicia, unde prorumpunt modo in rixas, modo in oblocutiones mutuas, modo

in accusationes falsas ad Dominum, & quandoque ad pugnas, ad verbera. Contra quod dicitur. 1. Petri 4. *Ante omnia mutam in vobismetipſis charitatem continuam habentes.* Quandoque vero mala familiaritate conjuncti juvant se invicem, & zelant in peccatis immunditias, vel alii perpetrandis: in hoc contrarii Joseph, qui fratres suos accusavit apud patrem de crimen pessimo, eorum peccata detestans. Genesis 37. Quandoque vero sunt adinvicem infideles, ut se se defraundo, vel bonum mutuum impediendo, vel faltem non procurando contra illud præceptum naturæ: *Quod tibi non vis fieri, aliis ne feceris.* Ut ergo bene se habeant adinvicem, amorem habere debent inter se in bona amicitia, debent vero a malo cavere, & adinvicem fidelitatem conservare. Notandum etiam, quod aliqui famuli propter ipsos Dominos suos male se habent ad Deum, aut eis serviendo in peccatis, aut propter eos aliqua peccata faciendo, aut propter eos, quae Dei sunt, omitendo, aut ad Ecclesiam nunquam veniendo, aut festa Dei frangendo, & similia: offendendo Dominum Dominorum, propter Dominum terrenum. Ut ergo in statu suo salvantur, instruendi sunt, ut supradictum est, quomodo se habeant ad Dominos suos, & quomodo adinvicem, & quomodo ad Deum. Materia de prædictis. Thema, ad Colosenses 3. *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Dominum.* Verbum istud dicitur servis, servi autem dicuntur a serviendo. Et ideo competit omnibus aliorum servitiis deputatis. Instruuntur autem in hoc, quod non ita intendant servire hominibus, quin magis timeant, & cogitent de timore Dei servando in tali servitio. Ad quod melius intelligendum, est notandum, quod sicut, ut supra.

LXXVII. Ad Laicos in Caſtris.

Notandum, quod castella facta sunt, ut miserabiles personæ habeant tempore persecutionis in eis refugium, sicut petra refugium est erinacis. Sed heu, sunt modo frequenter refugium latronum, & prædonum, & ideo propter hujusmodi receptionem receptantes sunt socii eorum in culpa: propter quod dicitur Isaiae 1. de principibus, qui tales solent recipere, socii furum, scilicet, in culpa, & ideo socii in poena erunt, quia facientes, & consentientes pari pena digni sunt. Item, sunt facta ad defensionem transuentium, propter quod & concessa sunt multis pedagia. Sed e contra sit in multis, quia non solum non defendunt eos, sed frequenter in multis injuriantur eisdem, retribuentes malum pro bono, dum his, quibus tenentur ad bonum, inferunt mala. Item, sunt facta ad impugnandum tyrannidem malignorum. E contrario vero per ipsa impugnantur Ecclesiæ, Religiones, Hospitalia, & hujusmodi loca pia, quæ sunt in mandatis eorum, sicut Sancta conciluntur a Sarracenis. Porro hujusmodi caſtra Christianorum, in quibus talia fiunt, capta sunt a diabolo, juxta illud Judith 2. *Aſcendit Holofernes omnia caſtra, & obtinuit omnem munitionem:* & ideo diabolus, qui in eis dominatur, facit ibi talia fieri contra Deum. Item, quod in his caſtris solent interdum regnare discordia inter Majores, juxta illud Psalmi 106.

Effusa est contentio super principes. Item, violentiae Majorum super minores, juxta illud Jacobi 2. *Nonne divites per potentiam opprimunt eos.* Item, laetitiae in cantibus, & solatii, & festis variis, & hujusmodi, que solent esse signum futurae tempestatis, sicut ludus dolphinorum in mari. Contra quorum primum, Ephesiorum 4. *Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in unam spem vocationis vestrae.* Contra secundum, Proverbiorum 22. *Non facias violentiam pauperi.* Contra tertium, Lucæ 6. *Væ vobis, qui nunc ridetis, quia langebitis, & fibebitis.* Materia de prædictis. Thema, Lucæ 9. *Circubant Apostoli per Castella evangelizantes, & curantes ubique.* Notandum, quod Dominus habebat speciale hospitium in castello, juxta illud Lucæ 10. *Intravit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Marthæ nomine exceptit illam in domum suam.* Item, ibi sanavit leprosus, juxta illud Lucæ 17. *Cum ingrederetur Iesus in castellum quoddam, occurrerunt ei de cem viri leprosi.* Item, in eis prædicabat frequenter, juxta illud Marcii 6. *Circubat castella Iesus in circuitu docens.* Hujus igitur exemplo debent Prædicatores declinare ad castella, & curationi animarum ibidem operari, & prædicationi ibidem insistere, sicut & Apostoli faciebant, ut patet in verbo proposito.

LXXXVIII. Ad Laicos in villis.

Notandum, quod sunt quidam in hoc mundo, quod vivunt de peccato, utpote de usura, vel furto, vel rapina, vel fraudibus, vel mendacis, vel alii male acquisitis, vel habitiis, & isti pro magna parte sunt divites mundi seculares. Sed vae de tali cibo viventibus, quia venenatus est, & idcirco vertitur eis in malum. Job 20. *Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum.* Alli autem sunt, qui vivunt de iusto, sed non de labore proprio, immo de alieno, intrantes in labores agricolaram, quibus laborantibus ipsi morantur in otio, & isti pro magna parte sunt Clerici, & Religiosi, (a) ac divites, & ideo frequenter prorumpunt in gravia scelerata, juxta illud Ezechielis 16. *Hæc fuit iniqüitas Sodoma, superbia, sa turitas panis &c.* Alli sunt, qui vivunt de iusto labore, & isti sunt agricultura habitantes in villis, ad cujus vita commendationem, dicitur Ecclesiastici 7. *Ne oderis laboriosa opera, & rufificationem ab altissimo creant.* Item notandum, quod hæc est vita, ad quam ducendam sumus ab initio in hoc mundo positi. Genesis 3. *Emisit Dominus Adam de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est.* Hæc est etiam vita, quam in primitiva Ecclesia ducebat Paulus. Actuum 20. *At ea, que mibi opus erant, & his, qui mecum erant, ministriaverunt manus istæ.* Et iterum ducendam docebat, Thesalonicensium 4. *Operamini manibus vestris, sicut præcipimus vobis:* & post: *Et si quis non vult operari, non manducet.* Hæc est iterum vita,

(a) Quod olim Monachi vixit laboribus suis sibi compararent, constat ex S. Augustino, De opere Monachorum. Quod autem plurimis abhinc seculis bona possident, & ex aliorum elemosynis vivant, tradunt Historici passim, eamque disciplinam adversus Hereticos defendit in suis Controversiis Bellarminus, & alii Theologi passim.

vita, quam sancti Patres antiqui solebant ducere in desertis, sicut patet in Vitis Patrum. Et nota, quod hæc est penitentia a principio imposta homini a summo Sacerdote. Genesis 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Item, hæc est occupatio, quæ custodit hominem a multis peccatis, quæ faceret, si esset otiosus, sicut terra otiosa facile germinat herbas malas. Genesis 2. *Posuit Dominus hominem in paradisum voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum:* scilicet, hominem per hunc modum a peccatis. Item hic est labor, qui carnis rebellionem edomat. Ecclesiastici 23. *Jugum, & lorum curvat collum durum, & servum malevolum, idest corpus, operaciones affidue.* Item hoc est, quæ facit cito, & diu competenter abundare. Ecclesiastici 40. *Vita sibi sufficientis operarii conculcabitur, & in ea inveneries thesaurum.* Exemplum in Vitis Patrum de fratre illius Monachi, qui quandiu recipiebat a fratre suo, semper egebat, quando autem incepit labrare, & dare & contrario fratri suo, ex tunc abundavit. Item hæc est, quæ facit elemosynas pretiosas. Plus enim valet una de proprio, quam alia multæ: & ideo bene dicit Apostolus ad Ephesios, cap. 4. *Qui furabatur jam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.* Sed iterum notandum, quod ad hoc, quod talis vita placeat Deo, non debent tales murmurare contra Deum de hoc, quod eos fecit pauperes, & laboratores in hoc mundo, sicut faciebat quidam, qui quando in labore suo sentiebat penas, assidue maledicebat Adam, quod per eum pervenerat ad talem miseriariam: & multi maledicunt diei nativitatibus suis, quando ad hujusmodi laborem natu sunt. Item, debent cavere, ne aliquam malitiam habeant in se, quæ reddat vitam eorum Deo inacceptam, sicut habuit primus agricultura Cain, qui fuit malignus. Item, debent secundum statum suum dare operam ad bona facienda, veniendo tempore suo ad Ecclesiam suam, reddendo Ecclesiis, & dominis debita de substantia sua, secundum possibiliterem suam, exponendo in pios usus: juxta illud Tobiæ 4. *Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impetriri stude: & familia multa.* Quam accepta autem fit Deo talium bona vita, patet ex libro Collationum, (a) ubi dicitur, quod cum quidam adduxisset dæmoniacum ad quendam Eremitam, ut precibus ejus sanaretur, supervenit quidam agricultor, deferens illi Eremita de primitiva frugum suarum. Cum autem oraret Eremita pro illo dæmoniaco liberando, & non exiret dæmon, tandem orante illo agricultor exivit dæmon clamans, & dicens: O Eremita, pro illo agricultor, & non propter te exeo, sed orationes hujus agricultor me expellunt. Cum autem quæsivisset discrete ille Eremita ab illo agricultor, cuiusmodi vitam duceret, adjuratus super hoc respondit, dicens: Ecce pater scias, quod ego sum agricultor, & vivo de labore meo: per gratiam Dei nunquam novi mulierem, nisi uxorem meam. Item, servavi me a lassione proximi mei, & nunquam permisi boves meos transire per agrum alienum, quia prius ponarem eis morsellum in ore, ne palcerent fegetem alienam. Omni autem mane, antequam vadam ad opus, transeo per Ecclesiam orando, & in regressu de opere redeo per eandem regnati Deo de omnibus, quæ

mihi evenerunt in die. Felices agricola, qui talem vitam, vel similem ducunt. Plures autem de talibus videantur salvari, quam de alio genere laicorum. Materia de praeditis. Thema. Psalmus 127. *Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.* Beatus es nunc in spe, & bene tibi erit in re. Et nota, quod bene dicitur *Beatus*, quia cessavit labor, & succedit fructus iuxta illud Isaiae 9. *Lataeuntur coram te, sicut, qui latentur in melle, quando, scilicet colligunt fructum laboris, &c.*

LXXIX. Ad Laicos in Burgis.

Quidam sunt Burgi, & villa in talibus locis, quod frequenter ad hujusmodi declinant transeuntes causa pernoctandi, vel paufandi. Sunt autem multa reprehensibilia, quae solent in inhabitatoribus inventari. Ad quod sciendum, quod hospitalitas virtuosa, qua sit propter Deum, solet recipere passim extraneos, iuxta illud Job 36. *Foris non maneat peregrinus, ostium meum viatori patuit.* Magis autem pauperes: juxta illud Isaiae 58. *Eugenos induc in domum tuam.* Maxime autem viros bonos. Exemplum 4. Regum 4: de muliere divite habitante in Suna, quae dixit viro suo de Eliseo: *Animadverto, quod vir iste sanctus est, qui transit per nos frequenter, faciamus ei canaculum parvum, & ponamus in eo lectulum, mensam, & sellam, & candelabrum, ut cum redierit ad nos, maneat ibi.* Sed proh dolor, multi hujusmodi hospitum, nec propter paupertatem, nec propter sanctitatem, volunt aliquos recipere, nisi solum propter pecuniam. Ipsi sunt similes quoad primum Aegyptii, de quibus dicitur Sapientiae 19. *Alii quidem ignotos non recipiebant advenas: quoad secundum vero Iudeis, quibus dicitur in persona pauperis Joannis 5. Ego veni in nomine Patris mei, scilicet, pro Deo quarens hospitium, & non acceperitis me: quoad tertium vero Samaritanis, de quibus dicitur Luca 9. non receperunt Iesum, quia facies ejus erat eunus in Hierusalem.* Et ideo vnde talibus, qui nihil habent de hospitalitate propter Dominum, sicut nec Aegyptii, nec Iudei, nec Samaritani. Et hoc est unum reprehensibile quoad Deum. Item contingit frequenter, quod etiam quoad eos, quos recipiunt pro pecunia, male se habent, quandoque in principio promittendo eis bonum locum, bona cibaria, bonos lectos, & hujusmodi multa, in quibus omnibus mentiuntur eis, contra illud Colosensem 3. *Nolite mentiri invicem: Quandoque in medio extorquendo ab eis quicquid possunt, modo per se, modo per uxorem, modo per filios, modo per familiam, dicentes illud Ecclesiastici 29. Trans hospes, orna mensam, & que habes in manu, ciba ceteros: & familia.* Quandoque in fine in disticta computatione cum magnitudine receptorum, juxta illud in eodem: *Pascet, & potabit ingratos, & ad hoc amara audiet.* Præterea tenent quandoque, vel sustinent malas mulieres in domibus suis, causa attrahendi hospites, & iste sunt, quae auferunt hospitibus animas. Quia mulier pretiosam viri animam capit, ut dicit Salomon Proverbiorum 6. Vendunt etiam quandoque hospitibus corrupta cibaria, quae ludent eos, quoad corpus. Habent iterum quandoque falsas mensuras, vel alias

frau-

fraudulentias, per quæ nocent eis quoad res, & ideo verius possent dici hostes, quam hospites: quia nocent, & quoad animas, & quoad corpora, & similia multa sunt, in quibus se habent reprehensibiliter quoad hospites. Item contingit interdum, quod moventur invidia contra proximos similis officii, & ex invidia quandoque prorumpunt in obloctiones, & ex his quandoque oriuntur graves inimicitiae, & sic se habent reprehensibiliter quoad proximos: & sic sunt tria reprehensibilia, videlicet quoad Deum, quoad hospites, quoad proximos. Materia de praeditis. Thema, Romanorum 12. *Hospitalitatēs seūtantes.* Notandum, quod circa hospitalitatem, ad quam incitat hic Paulus, solent multa reprehensibilia inveniri. Ad quod scendum, notandum est, quod hospitalitas &c. ut supra.

LXXX. Ad omnes Nobiles.

Notandum, quod sicut in rebus inanimatis una est nobilior alia, ut aurum ferro, sic & in vegetabilibus, ut arbor hortensis nobilior est, quam silvestris, & in sensibilibus eodem modo, ut leo nobilior dicitur inter omnia animalia: ita inter omnia rationalia unum est nobilis alio, ut Deus Angelo, Angelus Homine. Inter homines quoque licet omnes sint æque nobiles natura, tamen ex aliis causis unus dicitur nobilis, alius ignobilis, juxta illud Pauli 1. Corinthiorum 4. *Vos nobiles, nos ignobiles.* Sciendum autem, quod in hominibus est duplex nobilitas. Una est carnalis, de qua Hierusalem 39. *Omnes nobiles Iudeu occidit rex Babylonis.* Quod satis impletur hodie in nobilibus mundi, & diabolo. Alia est spiritualis, de qua dicitur: *Nobilitas sola est animalium, qua moribus ornata;* quod dicitur, quia haec est præcellens. Et notandum, quod haec spiritualis nobilitas in multis præcessit carnalem. Carnalis enim non solum habetur a bonis, sed etiam a malis. Nam raptiores, homicidae, sacrilegi, & omni generi vitiorum scelerati, hanc habent frequenter. Spirituali vero non habent nisi soli boni. Et ideo sicut spiritualia bona, que non habent nisi soli boni, in infinitum sunt meliora, quam temporalia, que communiter habentur a bonis, & malis: ita & nobilitas spiritualis in infinitum præcessit carnalem: certum est, quod omnis caro servilis conditionis est respectu spiritus, qui est datus in Dominum. Nobilitas ergo carnalis surgit ex parte servilis naturæ, quæ est in homine. Nobilitas vero spiritualis ex parte naturæ dominantis in homine. Sicut enim Dominus nobilior est servo, ita nobilis spiritualis melior est carnali. Item, qui facit peccatum, servus est peccati, & per consequens diaboli peccatum suggesteris: quid ergo prodest nobilitas carnalis nobili peccatori, cum vitam miserabilem, & servitutem inducat peccatum? Quid autem e converso nocet ignobilis carnalis bono viro, cum tamen nobiliter triumphet, & Dominus sit nobilium carnalium predicatorum per virtutem? Nonne commendabilior est ignobilis affurgens in triumphum nobilem, quam nobilitas in servitutem ignominiosam reducta? Item, per nobilitatem carnalem attinet homines nobilibus mundi, sed per spiritualem attinent Deo, qui est in fine nobilitatis, ut dicit Philosophus in

in Metaphysica sua. Unde Marci 3. *Qui facit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.* Item, nobilis carnalis ut frequenter facit multa mala peccata, quibus nihil est vilius: nobilitas vero spiritualis facit opera virtutum, quibus nihil est glorioius. Quantum ergo opera gloria fa praevalent vilibus, tantum praeceps spiritualis nobilis carnalem. Item carnalis nobilitas facit homines tenere magnum locum in curiis mundi, sed spiritualis in curia Cœli, juxta illud, quod Dominus dicitur est in Cœlo seruo fidelis: *Quia super pauci fuisti fidelis, supra multa te constituam.* Et iterum notandum est, quod licet propter prædicta, & alia multa, spiritualis nobilitas præceps carnalem, tamen sunt aliqui, qui carnalem præferunt spirituali, similes Judæis, qui Barabbam latronem insignem prætulerunt Christo, sicut dicitur Matthæi 28. Non sic facit sapientia divina, imo nihil reputat carnalem in comparatione ad spiritualem. Hieronymus: *Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus.* In hoc etiam concordat sapientia Sanctorum. Hieronymus: *Ille apud Deum potior, non quem nobilitas generis, sed quem devotio fidei, & vita sancta Deo commendat* (a). In hoc iterum concordat sapientia philosophica. Unde Seneca: *Nemo altero nobilior est, nisi cui rectius ingenium est, & bonis actibus aptius.* Sic ergo patet, quod tam secundum sapientiam divinam, quam Sanctorum, quam etiam Philosophorum, nobilitas carnis est condemnanda in comparatione ad spiritualem. Materia de prædictis. Thema, Sapientiae 8. *Generositatem illius, scilicet sapientie, glorificat contubernium habens Dei, sed & omnium Dominus dilexit illum.* Et nota, quod licet istud verbum habeat diversas expositiones, tamen quantum ad præfatum pertinet materiam, sic potest exponi, ut dicatur, contubernium habens Dei, id est, nobilitas spiritualis glorificat generositatem sapientie, eo quod triplex sapientia supradicta eam extollit: quam etsi mundus non glorificet, tamen omnis, in quo Deus habitat, eam glorificat, & extollit. Ad intelligentiam autem plenioriem hujus rei, notandum est: quod sicut in rebus inanimitis, &c.

LXXXI. Ad Nobiles malos.

Notandum, quod quidam nobilitate carnali abutentes, occasione ejus incident in vita. Ergo in illis nobilitas generis parere solet ignobilitatem mentis. Sunt multa hujusmodi vita: unum est elatio cordis. Sicut enim Lucifer considerans nobilitatem natura suæ, elatus est, ita & isti. Unde de Tyro Principe dicitur Ezechielis 28. *Elevatum est cor tuum.* Contra quod Job 20. *Si ascendenter usque ad calum superbia, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur:* & bene, quia gloria viri peccatoris est stercus, & vermis est. Aliud est, contemptus inferiorum. Unde Gregorius de nobilibus libro 2. Dialogorum cap. 23. *Minus se in hoc mundo despicio*

(a) Legere est hanc Hieronymi sententiam in Epistola ad Celentianum de institutione Matris familias, quam una cum aliis Patrum locis refuta Joannes Buxæus in suo Opusculo, de statibus hominum, ubi agit de nobilitati statu.

despicit, qui plus se ceteris fuisse meminit. Quo contra Hieronymus: *Nolle te unquam de generis nobilitate preponas, nec obscuriores quoslibet, & humili loco natos te inferiores putes.* Necfit religio nostra personas, nec conditio[n]es honorum, sed animas resipicit. Aliud est, vitiū vanitatis, utpote in vestibus miris, in iudicis, in solatis, in venationibus, & similibus, in quibus expendunt dies suos, juxta illud Psalmi 77. *Defecerunt dies eorum in vanitate.* Contra quod Isaiae 5. *Vix, qui trahitis iniuriam in funiculis vanitatis.* Aliud est, violentia. Ipsa enim per potentias frequenter, & violentias pauperibus, Ecclesiis, & minus potenteris irrogant, utentes illa lege impiorum, qui dicunt Sapientiae 2. *Sit fortitudo nostra lex in justitia.* Contra quod Leviticus 19. *Non opprimes proximum tuum.* Aliud est prodigalitas. Expendunt enim ultra vires suas stulte, & ubi non subest causa bona, propter quod perirent, & annihilantur etiam quoad temporalia, juxta illud, quod dicitur de Moab, Hieremie 48. *quia plus fecit, quam potuit, ideo perierunt.* Contra quod in Psalmo 130. *Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me:* id est, super meas vires. Aliud est rapina. Multi enim istorum vivunt non nisi de rapina ab omnibus suis, vel extraneis, vel viciniis, vel Ecclesiis, vel Religionibus, & similibus: similes catulus leonum, de quibus dicitur in Psalmo 103. *Rugientes ut rapiant, & querant a Deo escam sibi.* Contra quod dicit Alanus nobilis: *Cum nobilitas summa sit dare, ab opposito summa rusticitas est auferre.* Et ideo vos etsi summe rusticis, qui non cessatis alii semper auferre. Actuum 20. *Beatus,* id est gloriolus, est magis dare, quam accipere: quanto magis, quam auferre? Aliud est, amor sui generis immoderatus. Sunt enim multi nobiles ita colligati amore generis sui, quod sequuntur se invicem ad mala, ut ad guerras, & ad hujusmodi, quæ sunt frequenter contra Deum, sicut equi colligati per chordam in prato sequuntur se ad invicem ubique: & ideo quia preponunt istum amorem amori divino, ammittunt Deum. Matthæi 10. *Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus.* Et nota, quod hujusmodi peccata, & similia vertunt nobilitatem in ignobilitatem. 1. Regum 2. *Qui me contemnunt, scilicet peccando, erunt ignobiles.* Item, in vilissimam servitudinem, juxta illud Iohannis 8. *Qui facit peccatum servus est peccati.* Item, in fine in ignominiosam penam, Psalmo 149. *Et nobiles eorum in manicis ferreis.* Materis de prædictis. Thema, Exechielis 22. *Dedi te opprobrium gentibus, & irrisione universis terris, que juxta te sunt, & que procul a te triumphabant de te sordida, nobilis, grandis interita.* Verbum est, quod dicitur ad Hierusalem, que etsi esset nobilis civitas, tamen propter peccata in ea commissa, de quibus prosecutus Propheta diffusus, dicitur sordida. Et ideo comminatur ei Prophet, que hic continentur, scilicet opprobrium, irrisio[n]em, & interitum: quod & timendum est omni nobilitati perverse. Ad horum autem intelligentiam, notandum est, quod quidam nobilitate, &c.

LXXXII. Ad Nobiles devotos.

Notandum, quod sicut quidam abutuntur nobilitate in malum, ita quidam utuntur in bonum. Iste sunt, qui dant operam, ut sicut sunt nobiles carne, ita sint nobiles virtutibus, juxta illud Hieronymi: *Ad hoc tantum nobilitatis memineris, ut cum nobilitate generis morum sanctitatem confendas.* Iste sunt etiam, qui non sunt contenti nobilitate secundum quid, nisi habeant integrum, & plenam nobilitatem, attentes illud ejusdem Hieronymi: *Non est, quod sibi aliquis de generis nobilitate blandiatur, si ex meliori sui parte sit servus.* Iste iterum sunt, qui sicut arbores nobiles faciunt fructus nobiles, ita & ipsi nobiles fructus virtutum proferunt, juxta illud quod dicit Dominus de arbore, & fructu ejus. Sicut enim arbor bona fructus bonos facit, & mala malos, ita nobilis arbor fructus nobiles facere debet. Notandum autem, quod hujusmodi opera virtutum, que debent proferre nobiles, sunt multa. Unum est humilitas, juxta illud Ecclesiastici 3. *Quanto magnus es, humiliata in omnibus.* Exemplum de beato Martino, qui serviebat serviens sibi. Aliud est castitas: quomodo enim cor nobile potest inclinari, ut fleat genua coram meretrice, sicut dixit quidam nobiles Romanus, qui vitam tam castam ducebat, licet in aliis multis malis esset. Hieronymus: *Disce sanctam superbiam.* Hæc siquidem est sancta superbia, cum dedignatur cor nobile ad hujusmodi vilitatem se humiliare. Aliud est largitas. Non enim est opus nobilitatis, esse tenacem, sed communicare sua: exemplo leonis, quod est nobilissimum animal, & liberale, propter quod Philotheus vocat eum animal communicativum. Hæc autem tria predicta, sunt contra tria vitia mundi, scilicet, superbiam, luxuriam, & avaritiam. Aliud est fidelitas ad Deum. Summum enim opprobrium est in nobili, quod proditiose se habet ad Dominum suum terrenum: quanto magis, si sic se habet ad Dominum cælestem supremum? Hoc autem fit, quando de bonis suis impugnat eum, vel non opponit se pro ipso, vel sustinet in posse suo fieri aliqua in dedecus ejus, & similia. Et nota, quod legitur in Chronicis, quod quidam Imperator volens probare, qui erant ei fideles, fecit proclamari in aula sua, quod omnes, qui nollent negare Deos suos, recedent a curia sua. Cum autem multi nollent negare Deos suos, retinuit omnes, qui noluerant negare Deos suos, & abjecit omnes, qui negaverunt, dicens: *Quomodo illi possunt esse fideles hominibus, qui sunt infideles Deo suo?* Ex quo patet, quod vera fidelitas nobiles viri in hoc probatur, quod sit fidelis Deo suo: ad quod incitat Joannes in Apocalypsi 12. ubi dicitur: *Ef̄o fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vite.* Aliud est benignitas. Non enim pertinet ad nobiles, ut sicut dumi, & arbores silvestres proferant spinas pungentes, modo istum, modo illum per crudelitatem, & iracundiam, & turbulentiam, sed suaves, & dulces proferant fructus, sicut ficulnea, que est arbor nobilis, profert fructus dulces, non spinas. Proinde debet vir nobilis charitatus esse ad socios, sicut dicitur de Martino, quod mira erat in eo erga commilitones charitas: subjectos regere clementia, & lenitate, sicut dicitur de leone quod parcit parvulis,

& mu-

& mulieribus, & prostratis: & similia opera facere, que pertinent ad benignitatem. Aliud est magnificentia, qua consilit in hoc, quod ad magna habeat cor suum, & modica contemnet, cuius contrarium faciunt multi modo rusticano, toto conatu intendentess terrenis, que parva sunt; & celestia, qua magna sunt contemnentes. Non sic faciebat David nobilior in terris, qui dicebat in Psalmo 72. *Quid enim mihi est in celo, & a te quid volui super terram?* Et si sunt alia tria pertinentia ad virum nobilem. Primum quod Deum. Secundum quod alias. Tertium quod se. Materia de predicatis. Thema, Joannis 8. *Si filii Abraham estis, opera Abraham facite.* Verbum istud, dixit Dominus Iudeis jaçtantibus se de nobilitate generis Abraham. Et colligitur ex hoc verbo, quod ad nobilitatem pertinet, opera nobilia, & laudabilia facere ratione generis. Ad quod intelligendum melius, notandum est, quod sicut quidam abutuntur nobilitate, ut supra.

LXXXIII. Ad Magnates.

Notandum, quod viri constituti in sublimitate, raro solent audire (a) sermones: & ideo opus charitatis est, cum aliqua occasione inventur congregati, & potest haberi aditus, quod prædicetur eis, cum multum indigeant. Ad habendum autem materiam hujus sermonis, notandum est, quod interdum quidam, vel multi istorum Principum faciunt aliqua contra Ecclesiam Christi, & ministros ejus, similes in hoc principibus Iudeorum, qui contra Christum conspiraverunt, secundum illud Psalmi 2. *Afliterunt Reges terra, & Principes convernunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.* His autem contrarium tenentur facere. Nam ad hoc sunt in Ecclesia hujusmodi potestates, ut Christi serviant. Ad Romanos 13. *Ministri Dei sunt in hoc ipsum servientes.* Exemplum de Ioseph ab Arimathea nibili decurione, qui Crucifixo mortuo servivit. Matthæi 27. Interdum iterum hujusmodi Magnates discordant ad invicem, juxta illud Psalmi 106. *Effusa est contentio inter Principes.* Et ex hoc sequitur turbatio miserabilis in eorum subditis, sicut quando turbantur superiores partes aëris, turbantur inferiores partes terræ, & ideo ut pax esset in mundo, expedit, quod semper esset concordia bona inter Principes, quod non est opus hominis, sed solius Dei, juxta illud Job 25. *Qui facit concordiam in sublimibus suis.* Interdum se habent pessime ad populum suum. Proverbiorum 28. *Leo rugiens, & ursus esuriens, Princeps impius, super populum pauperem.* Quo contra dicitur Ecclesiastici 4. *Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, & opprimens subditos tibi.* Iterum, interdum se habent male ad iustitiam, non puniendo maleficia, sed dimittendo, contra legis mandatum, maleficos vivere. Et ideo iustitia, quam

A a

de

(a) Causam hujus abusus ita exponit Concilium Ticinense Seculo IX. habitum: *Quidam laici, ac maxime potentes, ac nobiles, quos studiosum ad predicationem venire oportebat juxta domos suas Basiliicas habent, in quibus diuinum audientes officium, ad maiores Ecclesias rarius veniri conseruerunt: & dum soli afficiunt, & pauperes veniunt, quid aliud, quam, ut mala patienter ferant, illis prædicandum est?*

de aliis facere debeant, veniet super illos. 3. Regum 20. *Quia dimisisti vi-
rum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius.* Item, in-
terdum male se habent ad opera misericordie, duri ad pauperes, duri ad
egenos, & de sui abundantia nihil influentes in eos, similes diviti Epuloni
ad Lazarum. Quo contra dicitur Danielis 4. Nabuchodonosor Regi: *Peccata
tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum.* Quod
tanto amplius debent facere Magnates, quanto minus in aliis operibus peni-
tentiae exercentur. Interdum male se habent ad cultum divinum, de Officio
divino, parum curantes, ad sacra quaecunque irreverentes, ad cultores Dei
indevoti, & similia: in quo sunt similes diabolo, de quo dicitur Ecclesi-
stici 1. *Exercitatio peccatarum cultura Dei.* O quantum distant hi tales Princi-
pes ab illis primitivis Principibus Christianis, qui tantum sublimaverunt
Ecclesiam Dei propter cultum divinum extollendum. Et ideo deploratur,
Hieremias 1. dicens: *Omnis amici ejus, scilicet Principes, qui tantum di-
lexerunt primitivam Ecclesiam, spreverunt eam, & facti sunt inimici.*
Interdum etiam se male habent circa usum potentiae sibi datae a Deo, fa-
ciendo ex potentia multa, quibus justitia non concordat. Ut autem scias,
cuicunquemodi justitia ad hujusmodi potestatem pertineat, audi, quid dicat Cy-
prianus in libro de 12. abusionibus: (a) *Summa iustitia, inquit, Regis est, &
idem intelligas de omni Principe) neminem per potentiam injuste opprimere,
sine exceptione personarum inter virum, & proximum suum judicare, adve-
nis, & viduis, & pupillis defensorem esse, cobibere farta, adulteria punire,
iniquos non exalcare, impudicos histriones non nutrire, impios de-
terra perdere, patricidas, & perimentes non sinere vivere, Ecclesias defendere,
pauperes eleemosynis alere, justos super negotia regni constitui, se-
nes, & sapientes, & fabrios consiliarios babere, magnorum ariolorum, &
pytoniarum superstitionibus non intendere, iracundiam suam differre, pa-
triam fortiter, & juste contra adversarios defendere, prosperitatibus ani-
mi non elevari, cuncta adversa patienter tolerare, per omnia in Domino con-
fide, fidem catholicam in Domino babere, filios suos non sinere impie age-
re, certis orationibus infestare, ante horas congruas non gustare cibum: hac
regni prosperitate in presenti faciunt, & Regem ad ecclesia perducunt.
Materia de praedictis. Thema, Isaiae 32. *Princeps ea, qua Princeps di-
gno sunt, cogitabit.* Notandum, quod ad principes pertinet, ut bene se ha-
beant ad Deum, bene inter se, bene ad subditos, bene circa justitiam, be-
ne circa misericordiam, bene circa usum potentiae: & circa ista, quæ eos
decent, debent cogitare, secundum verbum istud. Notandum autem, quod
interdum &c.*

LXXXIV. Ad

(a) Falso is liber S. Cypriano tribuitur; uti norunt Eruditi omnes. Locus recitat
extat quidem in nono abusionis gradu. Juxta morem sui tempore varias Humbertus
noster Authoribus sententias adscribit, quæ tamen illorum, quos citat, Authorum
non sunt.

LXXXIV. Ad existentes in Curia Principum.

Notandum, quod valde periculosum est multis commorari in Curia
Magnatum. Petrus enim negavit Christum in curia summi Sacer-
dotis Caiphæ, Matthæi 26. Joannes Baptista decapitatus est in cu-
ria Herodis, Matthæi 6. Vasthi, quæ noluit ostentare pulchritudinem suam
in curia Regis Aseri, ejecta est de regno, Esther 1. Suni autem multa,
quæ solent accidere in hujusmodi curiis, quæ sunt in periculum animarum.
Unum est taciturnitas veritatis: quia enim veritas odiosa est, pauci sunt in
curiis, qui dicant eam domino, vel magistris curie sua, ne fiant eis odiosi.
Seneca: *Viscere, quid deest habentibus omnia? Deest eis, qui dic at verita-
tem.* Exemplum dicitur, quod quidam Philosophus solebat multa mala dicere
de quadam Rege malo. *Quod cum dictum fuisset Regi, capit cogitare, quod
consilium posset circa hoc apponere: & attendens, quod nimis haberetur
pro malo, si siveiret in eum corporaliter, usus est alio consilio circa eum,
& faciens eum evocari, rogavit eum obnoxie, ut moraretur cum eo, quia
volebat eum habere pro patre, & magistro, & credere ejus consiliis. Quod
cum Philosophus respuisset a principio, reputans, quod non esset ei com-
morandum in societate tam scelerati Principis, tamen multis, & frequen-
tibus precibus devictus acquevit. Cum autem illectus esset deliciis, & ho-
noribus sibi exhibitis in curia, paulatim capit cessare a detestatione Princi-
pis, ita, quod tandem omnino tacuit de vitiis ejus, timens, ne eum ex-
pelleret de curia sua cum vituperio, & sic amisit ipse veritatis verbum in
curia, contra illud, quod orat Psalmus 118. *Ne auferas de ore meo verbum ve-
ritatis usqueaque.* Hoc autem est, quod deplorat Isaías, dicens cap. 6.
Va mibi, quia tacui. Glossa: *quod Oziam, & alios non reprehendit li-
bere.* Aliud est adulatio. Sunt enim multi, qui solum non tacent in curiis
sper malis, ne displeaseant, imo adulantur, ut placeant. Matthæi 11. *Qui
mollibus vestiuntur, in dominibus regum sunt.* Glossa: *Palatia frequentant mol-
libus indui adulantes.* Exemplum Esther cap. 1. de consiliariis Aseri, qui
adulantes ei dederunt consilium, quod ei credebant placere de repudiatione
Vasthi. Sed maledicuntur isti ab Ezechiele Propheta dicente: cap. 13. *Vixi,
qui confidunt pulvilos sub omni cubito manus.* Glossa, *ide est, juavem adu-
lationem.* Adestit invidia frequenter. Cum aliquis enim habet maiorem gra-
tiam apud dominum curiæ, alii invidenter ei, sicut fratres Joseph invidebant
ei, quod a patre plus ceteris amaretur. Exemplum 1. Regum 21. de Da-
vid, cui Satrapæ Philistinorum invidentes, detraxerunt apud Regem Achis,
de cuius familia erat. Qui autem hujusmodi sunt, sunt filii diaboli, cuius
invidia intravit mors in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui sunt
ex parte illius. Sapientæ 2. Aliud est proditio. Sunt autem multi istorum,
qui non sunt contenti invidia mentali, sed proditio in occulto procurant
aliqua mala illis, cum quibus comedunt, & bibunt in eadem curia. Abdias:
Qui comedant tecum, ponent infidias subter te. Sed utinam attenderent isti,
quod Propheta Psalmus 54. impetratur eis: *Cum Tu vero, ait, homo unanimis,
dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, magnifica-
ju-**

super me supplationem : & ideo veniat (inquit) mors super illos, qui sunt fici tales ; & descendant in infernum viventes. Aliud est, affiditas rumorum, quibus tota die implentur curiae. Unde dicitur, quod in curia armaturi non soleant comedere, quounque apportati fuissent aliqui rumores. Iste sunt ranæ, quibus repleta est tota domus Pharaonis Regis, sicut patet Exodi 8. Et nota, quod haec fuit una maxima plaga : quia hujusmodi rumores multa mala inducunt. Nam quandoque in eis malum dicitur de inimicis, quandoque falsa prospera de amicis, quandoque provocativa ad invidiam, quandoque dejectiva in malam tristitiam, & familia multa, propter quod in curia Christi, quæ est religio, caveretur, ne rumores ibidem infernatur. Unde dicit Bernardus unam abusione religionis esse rumorem in claustris. Aliud est, intentio secularis. Sunt enim multi, qui non commorantur in hujusmodi curiis propter aliquam spiritualem, vel bonam intentionem, sed solum ad hoc, ut in mundo magnificenter. Non sic faciebat Sebastianus, qui solummodo ad hoc morabatur in curia Imperatoris, ut animas Christianorum, quas in tormentis videbat deficere, confortaret. Non sic etiam docuit Paulus, qui instruendo servos, quomodo debeant Dominis servire, dicit Colossium 3. *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Dominum.* Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus. Sunt & alia multa, ut superbia ad extraneos, & incompassio ad miserios habentes negotia in curiis, & extortiones multimodas circa pecunias, & servitia, & familia, quibus involuti in curiis perdunt animas suas. Verum sicut multi in eis pereunt, ita multi possent ibide mereri, si essent sicut Joseph in curia Pharaonis, & sicut Daniel in curia Nabuchodonosor, & sicut Nehemias, & Esdras in curia regis Tyri, qui in eis se secundum Deum laudabiliter habuerunt. Et nota qualiter. Materia de prædictis. Thema, Oœcœ 5. *Domus regis auſcultate, quia vobis judicium eſt.* Domus Regis dicitur tota congregatio, que cum Rege moratur, secundum illud, quod dicitur : *Creditur Domus ejus, id est reguli, tota.* Cum ista ergo eſt judicium disceptationis, & retributionis, secundum meritum, & demeritum uniuscuiusque in ea commorantis retribuetur ei. Ad quod melius intelligendum notandum, quod valde periculosa fum est, &c.

LXXXV. Ad existentes in Curia Romana.

Notandum, quod in Curia Romana interdum solent fieri Sermones (a) in audiencia, & solent ibide convenire in illa commorantes. Ad habendum autem materiam de Sermone hujusmodi, considerandum est primo, de cuiusmodi personis est hujusmodi curia construenda. Secundo, de his, quæ sunt facienda in hujusmodi curia. Tertio, quæ cavenda. Circa primum, cum talis curia indigeat multis personis, pro variis, & magnis officiis,

(a) Est antiquus mos a S. Dominico Ordinis Prædicatorum institutore originem trahens, ut Magistri Sacri Palatii, qui ex eodem inclito Ordine a Summo Pontifice assumuntur, certis diebus sermones habeant ad ipsius Pontificis familiam.

officiis, valde cavendum est, ne passim aliqui incorporentur tali curiæ, quia potius sicut ista curia excedit omnes curias hujus mundi, ita & personæ hujus curiæ debent esse valde excellentes, sicut in curia cœli, a qua debet sumi exemplar, hujusmodi sunt excellentes valde personæ omnes, juxta illud Lucæ 6. *Qui minor eſt in regno calorum, major eſt illo, scilicet Joanne Baptista.* Debent proinde, qui incorporantur isti, esse homines auctoritatis, juxta illud Exodi 18. *Provide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, qui oderint avaritiam, qui judicent Populum omni tempore.* Viros dicit, quod sonat in auctoritatem. Debent etiam esse sapientes juxta illud Esther 1. Sapientes ex more regio semper Regi adhaerent. Debent etiam esse excellentes bonitate. Unde Bernardus ad Eugenium, lib. 4. de talibus loquens, dicit : *Tales sint, qui preter Deum nihil timeant, nihil sperent nisi a Deo, ad adventantium manus non attendant, sed in necessitatibus stent viriliter pro afflictis, & judicent in equitate pro manefictis terre. Sint composti ad mores, probati ad sanctimoniam, parati ad obedientiam, mansueti ad patientiam, subiecti ad disciplinam, rigidi ad censuram, fideles ad dispensationem, concordes ad pacem, conformes ad unitatem.* In iudicio recti, in consilio providi, in jubendo disforeti, in disponendo industriti, in agendo strenui, in loquendo modeſti, in adversitate securi, in prosperitate devoti, in zelo sobrii, in misericordia non remissi, in otio non otiosi, in hospitio non dissoluti, in convivio non effusi, in cura rei familiaris non anxii, alienæ rei non cupidi, sua non prodigi, ubique, & in omnibus circumspecti, & cætera multa. Patet ergo, quod omnes de curia, tales esse debent, viri auctoritatis, sapientes, & excellentes, quod significatum est in Apocalypsi, ubi dicitur. 4. & 5. quod circa thronum erant seniores, quod sonat in auctoritatem : animalia oculata, quod sonat in sapientiam : & Angeli, quod sonat in sanctitatem. Quia ergo talium copia non habetur, querendi sunt ubique. Bernardus ad Eugenium Papam : *An non eligendi sunt de toto orbe iudicaturi?* Circa secundum notandum, quod tria solent fieri in hujusmodi curia, scilicet, Justitia, gratia, & provisio, de quibus pro temporum, & audientium conditione dicere poteris ; & virtus, si quæ fuerint arguere. Materia de prædictis. Thema lib. 1. Machabœorum 8. *Curiam fecerunt sibi Romanii, quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine, ut quæ digna sunt, gerant.*

LXXXVI. Ad Pauperes.

Notandum, quod pauperes raro veniunt ad Ecclesiam, raro ad Sermones, & ideo parum sciunt de pertinentibus ad suam salutem, & ideo instruendi sunt ad suam salutem, cum inveniuntur congregati ad Ecclesiam aliquam, vel alibi, circa fidem, & circa ea, quæ pertinent ad omnes Christianos, ut est confiteri fœmel in anno, & communicare, & scire Orationem dominicalem, & Ave Maria, & Symbolum, & hujusmodi : & circa ea, quæ pertinent ad mores tam in cavendis, quam in seständis. Inter alia vero sunt instruendi specialiter circa ea, quæ pertinent ad bonum statum pau-

pauperum. Circa hoc autem notandum, quod vulgus solet beatos reputare divites hujus mundi, juxta illud Psalmi 43. *Beatum dixerunt populum, cui hac sunt, scilicet, temporalia: Dominus autem, cuius judicium est verius, non sic, immo dicit Luce 6. Vnde vobis divitibus, qui hic habetis consolationem vestram: & vere vobis, quia cito transit consolatio ista. Apocalypsis 18. Vnde va Civitas illa magna, quae amicta erat byssu, & purpura, & coco, & deaurata est auro, & lapide pretioso, & margaritis, quoniam una hora destituta sunt tanta divitiae.* Exemplum de divite stulto, cuius animam repetierunt in morte, & reliquit subito omnia, que paraverat, Luce 12. Et iterum Vnde: quia propter istam consolationem transitoriam amittunt aeternam, ut patet Luce 16. de divite Epulone, qui recepit bona in vita sua, & ideo non habuit consolationem in alia vita, sicut Lazarus. Et iterum Vnde, quia non solum non habent consolationem illam beatam, sed incurvant desolationem aeternam: *Quomodo, inquit Psalmus 72. facti sunt in desolationem, subito defecerunt: & loquitor de divitibus, ut patet ex praecedentibus.* Et Bernardus: *Quid faciet illa misera conditio, cum se videbit omni consolatione denudatam?* Sed iterum notandum, quod est quidam status pauperum, qui invitent paupertatem, & ideo modo furantur, ut relevent paupertatem, modo blasphemant Deum perverse jurando, eo quod fecit eos pauperes, juxta illud Proverbiorum 30. *Aut egestate compulsus furer, & hoc ad primum: & perjurere nomen Dei mei, & hoc quoad secundum: modo praeamaritudine animi contemnunt semetipso, & passim exponunt se omni malo, nec curam aliquam apponunt circa salutem propriam.* Et ideo bene dicitur ista paupertas nequissima. Ecclesiastici 14. videlicet propter abundantiam malitia, que est in ea. In persona ergo hujusmodi pauperum bene dicit: Psalmus 30. *Infirmata est in paupertate virtus mea, cum videlicet ratione paupertatis peccat in proximum, in Deum, in semetipsum, modo praedicto, non obstante aliqua virtute.* Et nota, quod filius Dei, qui poterat habere omnia, pro voluntate sua elegit paupertatem in mundo, ut in nobis exemplum daret idem faciendi. Ipsi etiam Apostoli propter suam, & aliorum salutem, facilius operandam: multi etiam Philosophi hoc idem fecerunt, ad hoc ex ratione inducti. Praedicti miseri pauperes, paupertatem sibi a Deo datum pro magno bono, odiunt, & maledicunt, & impatienter ferunt. Non sunt illi de ipsis pauperibus, quos etiam Scriptura Sacra beatificat, sed sunt similes illis, qui tentationes ad probations sibi datas cum murmure recipiunt, & impatientia, & ideo unde debuerunt consequi preimum beatum, afflentur pessimam finem. Judith. 8. *Illi, qui tentationes non suscepserunt cum timore Domini, & impatientiam suam, & impropterum murmuratio- nis suae contra Deum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & a serpentibus perierunt.* Item notandum est, quod est quidam status pauperum, qui paupertatem suam bono animo portant. Exemplum in Vitis Patrum de illo paupere, quem senex audivit de nocte, cum jaceret in terra habens partem desuper, & partem subtus dicentem: *Gratias ago tibi Domine, quia multi divites modo sunt in carceribus, & compeditibus, nec habent ubi faciant urinam.* Ego autem velut Imperator extendo pedes meos ubi volo, & habeo

& habeo libertatem surgendi, & eundi ubi volo. Et nota, quod sicut dicit Bernardus, *Paupertas non est virtus, sed amor paupertatis.* Item, innumerabilia bona, quae dicuntur in Scriptura de paupertate, non intelliguntur nisi de amatore paupertatis. Item, amor paupertatis facit, ut etiam divites rebus, qui amant paupertatem, consequantur omnia bona promissa pauperibus, sicut patet per expositiones Scripturarum factas a Sanctis. Et ideo diligenda est paupertas ab eo, cui data est a Deo, videlicet, quod vertatur ei in meritum virtutis, & ut assequatur omnia bona promissa pauperibus, & ne praferantur in merito divites, quos frequenter Scriptura reprobat, pauperibus quos commendat. Felices isti pauperes spiritu, idest voluntate, nam, & si modo non habeant aliquid in regno hujus mundi, in fine tamen habent regnum celorum, in quo nullus rei est penuria, in quo nulla est doloris afflictio, in quo nulla est vilitas, sed honor, & gloria, ad qua transibunt cum Lazaro indigente, & affligito, & vili habitu, de praesenti penuria, de praesenti afflictione, de praesenti vilitate. Augustinus: *Paupertate regnum, & hoc quo ad primum. Labore requies, & hoc quoad secundum. Ignotitia gloria, & hoc quoad tertium, emitur, sicut Luce 14. Pauperes, & hoc quoad res, & debiles, & hoc quoad corpus, & cacos, & claudos, & hoc quoad contemptum vilitatis, introduc hic. Materia de praedictis: Thema, Matthaei 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Et nota, quod non dicit divites, & hoc quoad primum trium superdictorum: nec dicit pauperes rebus, & hoc quoad secundum: sed dicit pauperes spiritu, & hoc quoad tertium. Ad intelligentiam autem praedictorum, notandum est, quod pauperes &c.

LXXXVII. Ad Pueros.

Notandum, quod pueri sunt dure nutriendi quoad corpus. Unde Lycurgus, qui primas leges dedit, & praecipit, quod filii divitum nutritur in villis a rusticis, ut assueti duritie vitae valentiores esent: & hoc factum est de Beato Bernardo, de quo scriptum est, quod mater eius sic dare nutriebat eum, quasi ad Eremum cum esset missura. Item sunt tenendi sub disciplina quoad voluntatem, quia puer, qui dimittitur voluntati sua, confundit matrem suam. Proverbiorum 39. Et ideo dicitur Proverbiorum 23. *Noli subruber a puero disciplinam.* Item, sunt instruendi, non solum a grammaticis, vel in grammaticis, & aliis scientiis, sed in pertinentibus ad salutem, juxta illud, quod dicitur. 2. ad Timotheum 3. *Ab infunia litteras sacras nosti:* & hoc quoad intellectum. Notandum autem, quod instruendi sunt circa hoc a patribus, Ephesiorum 6. *Erudite filios in disciplina, & correptione Domini.* Et etiam a matre, Proverbiorum 4. *Et ego fui tenellus, & unigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum, custodi praecepta mea, & vivas, &c.* Et iterum a doctribus, (a) juxta illud, quod dicitur de pueri Iesu Luce 2. *Inve-*

(a) Ut pueri Christiana Doctrina informarentur, unus è nostræ Congregationis Orato- rii S. Hieronymi Charitatis Presbyteris Hencius Petrus Placentinus opera S. Philippi Ne-

Inveniuntur cum sedentem in medio Doctōrum audientem illos. Item notandum, quod pueri sunt instruendi, quasi in initio bivii, scilicet bonæ, & male viæ, & ideo sicut melius est docere in initio bivii, quam viam teneant, & quam dimittant, quam quando jam multum iverunt per viam malam, ita & docendi sunt pueri ab infanthia circa cavena, & facienda, Tobiae 1. *Tobias filium suum ab infanthia docuit timere Deum, & abstinerē ab omni peccato.* Item bonitas, quæ ab infanthia addiscitur, altius insigritur propter subjectum tenerum, & ideo diutius retinetur, juxta illud Poëtae.

Quo semel est imbuta recens servabit odorem

Testa dia.

Proverbiorum 22. Proverbium est: *adolescens iuxta viam suam, cum se-
nuerit, non recesset ab ea.* Et verum est non solum de mala via, sed etiam de bona. Item bonum, quod ab initio affluescent homines, fit eis levius. Tullius: *Optima forma vivendi eligenda est, quam iucundam reddat affluetu.* Unde equo a principio difficile est affluescere ambulare gradiendo, & postea fit facile: & pueris a principio difficile est ire ad scholas, postea vero amore litterarum patriam relinquunt, & multa gravia lœti sustinent. Sic ergo patet, quod tribus de causis edocendi sunt pueri circa salutem: primo, ut viam bonam ingrediantur: secundo, ut in ea perseverent: tertio, ut eis tolerabilius fiat. Ad sciendum circa quæ instruendi sunt, notandum est, quod ad levitates pueriles declinandum, ut vel in domo cum parentibus libenter morrentur, cum patriarcha Jacob juvete. Genesis 25. vel Ecclesiastis frequente, cum Beato Nicolao puer: vel loca doctrina, ut sunt scholæ, & Sermones, iuxta illud Ecclesiastici 6. *Fili a juventute suscipe doctrinam.* Item instruendi sunt, ut attendant ad exempla sanctorum puerorum, de quibus habetur in Scriptura divina, ut 1. Regum 2., & 3. de Samuele: in Tobia de Tobie, utroque juvenibus, & Lucæ 2. de pueri Iesu, & de aliis multis. Item instruendi sunt, ut attendant ad doctrinas sanctas, factas pueris in Scripturis divinis, ut ad doctrinam, quam fecit Tobias Pater Tobie filio, Tobiae 4. Et mater Salomonii filio suo, Proverbiorum 4. Et Salomon filio, Proverbiorum 1. 3., & 4., & 5., & 6., & 7., & in aliis multis. Sunt & alia multa, de quibus habetur Titulo: *Ad studentes in grammatica.* Ex predictis patet, quod inter alia, quæ facienda sunt circa pueros, quod instruendi sunt. Iterum patet, a quibus instruendi sunt. Iterum, quare. Iterum, circa quæ secundum quatuor paragraphs supradictos. Materia de predictis. Thema. Petri 2. *Quasi modo geniti infantes, rationabiles sine dolo
lac concupiscente, ut in eo erescatis in salutem.* Ex hoc verbo patet, quod in-

Nerii inter nos tristis adscriptus, Congregationem, quam vocant Clericorum Doctrina Christianæ anno 1560. instituit. Vide Constitutiones prædictæ Congregationis & Octavium Pancirolium in Libro Italice inscripto, *Tesori nascosi di Roma,* edito Roma anno 1600. De nostro Henrico hac inter alia scribit Gallionius in Vita S. Philippippi Nerii, ad annum 1551. *Henricus, qui reformatis postmodum monialibus aliisque Ecclesiasticis munieribus ad Cleri mores, Temporumque cultum exornandum diu-
tino, gravitudo labore, toti Urbis utilitatibz examinæ fuit.* Obiit 7. Idus Decembrii anno 1550, sepultusque fuit in nostro Templo S. Hieronymi, ubi extat ejus memoria lapidi magno incisa.

infantes libenter debent audire doctrinam cum dicitur, *concupiscente.* Item qualis doctrina est cis ministranda, cum dicitur, *lae, non solidus cibus.* Item ad quid hoc debent facere, cum dicitur, *ut in eo crescat,* &c. Notandum autem, quod pueri sunt &c.

LXXXVIII. Ad Operarios conductitios.

Notandum, quod aliquando inveniuntur operarii conducti in plateis in mane, antequam conducantur, vel in sero, cum exposcent solutionem, vel in ipso opere interdum otiosi. Et est bonus facere aliquam collationem salutarem talibus, quia multi talium sunt valde ignari eorum, quæ pertinent ad salutem. Ad habendam circa hoc materiam, notandum, quod sacra Scriptura facit mentionem interdum de quibusdam operariis, qui operantur iniquitatem. Psalmus 58. *Eripe me ab operantibus ini-
quitatem.* Ipsi autem sunt in servitio diaboli, & ideo in tempore retributionis non accipient mercedem a Domino, sed dicetur eis: *Disedice a me omnes, qui operamini iniquitatem.* Luc. 13. Quo autem discedent, suppletur Matthæi 25. ubi dicitur: *Disedice a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo, & angelis suis: habebunt autem mercedem suam, & eandem, quam habuit Dominus eorum diabolus pro simili opere.* Et ideo cavendum est istis, quod scribitur Proverbiorum 10. *Pavor his, qui ope-
rantur malum.* Item, facit mentionem de his, qui operantur bonum. Galatarum 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* Ipsi autem sunt in servitio Dei, & ideo accipient bonam mercedem. Romanorum 1. *Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum:* & ideo animari debemus ad istud opus. Galatarum 6. *Bonum facientes non deficiamus, tempore enim suo
suetemus non deficiente.* Item, facit mentionem de aliis, qui operantur in-
differentia opera, sicut sunt operarii vinearum, de quibus habetur Matthæi 10. & similes, & isti sunt in servitio hominum, & ideo merces humana reddi-
tur eis secundum illud Tobiae 4. *Quicunque tibi aliquid operatus fuerit,
statim redde ei mercedem.* Secundum hoc ergo patet, quod tria sunt genera operariorum, scilicet operarii diaboli, & isti sunt mali; operarii Dei, &
isti sunt boni; operarii hominum, & isti quandoque boni; quandoque mali.
Circa hos ultimos, notandum est, quod sunt quidam, qui quicquid
lucrantur in diebus ferialebus, totum fere expendunt in tabernis (a) in die-
bus festi, & ideo tempore remanent pauperes. Ecclesiastici 19. *Operarius
ebriosus non locupletabitur:* & ideo, qui talis est, inique agit in domesticos,
& pauperes, quia quod deberet expendere in uxorem, & filios, & alios
domesticos pauperes, vel in alias elemosynas, totum consumit in taber-
nis. Quo contra Ephesiorum 4. *Labore operando manibus suis, quod bo-
num est (& in arte licita, non ut male consumat, sed) ut habeat unde
tribuat necessitatem patienti, sive uxori, sive filio.* Alii sunt, qui in-
B b ope-

(a) Viget is hodie abusus in plurimis Italiz locis; plerique enim sunt, qui nullam
uxorum suarum, ac liberorum curam habentes, totum, quod in hebdomada ex suis
laboribus lucrat, ludo, vino, ac tabernæ impendunt.

operando infideliter se habent ad Dominos , quibus operantur, vel minus debite laborando, vel de bono opere non curando, vel nimias expensas faciendo, & similia. Contra quos Colossenium 3. *Quodcumque facitis, ex animo operamini*, idest ex corde: quod qui facit, facit fideliter, *sicut Domino, & non hominibus*. Quis enim iterum est, qui Deum habeat prae oculis, & faciat infideliter? Alii sunt, qui ad Deum male se habent, qui cum per omnes ferias laboraverunt, nihilominus festa, in quibus Deo deberent vacare, violent, in eis operando, vel, quod pejus est, peccata, & illicita committendo. Contra quod dicitur Exodi 20. *Memento, ut diem sabbati sanctifices*, quod fit cum nihil nisi sanctum in eo efficitur. Ex his patet, quod tria reprehensibilia reperiuntur in talibus. Unum quoad domesticos, & pauperes indigentes. Aliud quoad Dominos, apud quos operantur. Aliud quoad Deum. Notandum iterum, quod Dominus dicit Levitici 19. *Non morabitur opus, idest merces mercenarii, apud te usque mane*. Item Ecclesiastici 34. *Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt*. Item Ecclesiastici 7. *Non ladas servum operantem in veritate, neque mercenarium dastem animam suam*. Item Jacobi 5. *Ecce merces operiorum vestitorum, qui messuerunt regiones vestras, que fraudata est a vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini sabaoth intrivit*. Ex quibus patet, quanta cura est Deo de laboratoribus, cum cito voluerit eis reddi mercedem, & in nullo eos defraudari, imo nec laedi, & delictum contra eos commissum denunciet clamare ad Deum. Et ideo tale genus hominum multum est obligatum Deo, cum fuerit ei tanta cura de ipsis. Materia de praedictis. Thema 1. Thessalonicensium 4. *Rogamus vos fratres, ut operemini manibus vestris, sicut precipimus vobis*. Notandum est, quod sacra, &c.

LXXXIX. Ad Peregrinos (a) quoscumque.

Quando Peregrini, qui quandoque vadunt infimul, in multitudine inveniuntur in via, vel in Ecclesiis, vel alibi, pium est apponere eis verbum salutare aliquod ad eorum instructionem, & consolationem. Ad habendum autem materiam circa hoc, notandum est, quod Dominus Sanctos suos non solum honorat in celo, sed & in terra; & ideo

(a) Peregrinis hospitio excipiens anno 1548. Sodalitium Romæ Sanctissima Trinitatis nomine instituit quidam nostræ Congregationis Oratori. S. Hieronymi Chari-tatis Presbyter Persianus Rosa una cum quindecim viris laicis, inter quos precipuus fui S. Philippus Neri, postea nostra Congregationis Presbyter. Erat Rosa a confessionibus Philippi, cumque impulit, ut Sacerdotio initaretur, apud Nostros maneret, & audiendis Confessionibus operam daret. Nuperus Author Jacobus Laderchius in quadam Epistola ad Amicum de institutore Sodalitii Sanctissime Trinitatis loquens, non erubuit scribere, nescire se, ac Persianus Rosa Latinam linguam nosceret. Quod quidem non modo Philippo injuriosum est, qui eo directore utebatur, sed & Viratio Urbis, quasi audiendis Romæ Confessionibus Sacerdotem indoctum præfecerit. Sed supervaganeum est hominum resellere, cuius nuga literaria Reipublicæ notissima sunt; præsertim vero cum sylum suum impie auctorit non modo contra Ven-

& ideo in Christianitate Ecclesiæ in honorem Sanctorum sunt ordinationes divinae. Hoc autem non fuit in veteri lege. Et hoc triplici de causa. Una est, quod omnes Sancti istius temporis descendebant ad infernum: & ideo, sicut nec in celo honorabantur tunc, ita nec in terra. Alia ratio est, quia Judei proni erant ad idolatriam: & ideo si Prophetis, vel aliis illius temporis fierent hujusmodi loca, de facili Judæi cohererent eos, tamquam Deos. Et ideo sicut corpus Moysi Dominus voluit latere, ne Judæi ipsum deificarent, ita noluit hujusmodi loca fieri pro eo, vel aliis eadem de causa. Alia est propter periculum divisionis. Sicut enim vituli, quos fecit Hieroboan, fuerunt occasio remanendi a templo visitando, & per consequens materia divisionis inter Tribus: ita si fuissent diversa loca deputata hominibus diversorum locorum, posset esse occasio divisionis prædictæ de facili. Hec autem prædicta non sunt in Christianitate. Nam Sancti nostri temporis, omnes ascendunt in celum. Christiani etiam sic sunt instruti circa spiritualia, quod non sunt dispositi ad idolatriam, ipsi non sunt divisi per Tribus carnales, sicut sunt Judæi, sed unum in Domino: quare non sunt ita proni ad divisionem. Notandum iterum, quod licet Saraceni faciunt peregrinationem ad sepulcrum seductoris sui Mahumeti, quia non reputatur bonus Saracenus, qui hoc salement semel in vita sua non facit, & Judæi hoc idem fecerunt ad Templum omni anno, sicut patet Exodi 23. Tamen Christiani non solum ad loca sancta, ubi steterunt pedes Domini sui, hoc faciunt, sed ad innumerabiles Ecclesiæ Sanctorum ejus: & hoc triplici de causa. Una est causa devotionis. Valde enim est sine sancta affectione, qui non libenter videt, & afficitur circa loca hujusmodi. Alia est causa suffragiorum. Sicut enim expertum est, & multæ narrant historiæ, innumerabilia, & magna suffragia collata sunt, & conferuntur in hujusmodi locis peregrinis. Alia est propter penitentiam. In junguntur enim interdum hujusmodi peregrinationes propter penitentiam: & bene; nam peregrinatio fecum habet annexam afflictionem carnis, & orationes, quæ sunt in locis sanctis, & elemosynas oblationum, quæ sunt tres partes satisfactionis. Sed iterum notandum, quod ad hoc, quod hujusmodi viae peregrinantium sunt meritaria, debent a principio debito modo se purgare de peccatis præteritis, in medio ipsius cavere ab omnibus peccatis, ut sit eorum via immaculata, finem vero viae sive constitutre salutem animæ, & solum Deum requirere. De his, & aliis multis in Titulo de solemni recessu Peregrinorum. Materia de prædictis. Thema, Hieremie 7. *Bonus facite vias vestras*. Nota, quod quadam sunt viæ, quæ ducunt ad vitam, quæ vere sunt viæ. Unde, *arcta est via, quæ dicit ad vitam*. Matthæi 7. Et istæ sunt viæ virtutum, & sunt semper bona. Aliae sunt

Venerabilem Servum Dei Religiosissimum S. R. E. Cardinalem Thomasi, sed & contra Romanum ipsum Pontificem Maximum, Venerabilem Dei Servum, sanctæ memorie Innocentium XI., quem a Janisservis hallucinatum summa impudentia, atque impio errore ausus est scribere in Libro Venetis edito anno 1734. cui titulus, *I congressi d'oggidi*, pag. 64. e 65. Porro quanta religione in Deum, ceterisque virtutibus Innocentius ipse, ac Thomasius præfulerint, fama sanctitatis constans, gesta illustria, arque insignia prodigia passim testantur; omnesque, qui ambos noverunt perpetuis laudibus ornant.

viæ corporales indifferentes de se, sed per opus humanum possunt fieri bona, & mala; & de talibus sunt viæ Peregrinorum. Si enim fuerint factæ debito modo, ducunt finaliter ad vitam aeternam, alioquin non: & ideo dare debet operam Peregrinus, ut talis sit via sua, quod finaliter ducat ad vitam aeternam. Quid enim prodest alterius discurrere huc vel illuc, si finaliter non perveniat ad illam vitam? Et ideo bene dicitur in verbo proprio: *bonas facite vias vestras: quod sit, cum tribus praeditis, scilicet a principio, & in medio, & ex parte finis concurrunt in via Peregrini.* Circa hoc autem notandum est, quod Dominus &c.

XC. Ad Peregrinos Crucis (a) signatos.

Notandum, quod est quedam Peregrinatio generalis, secundum quam omnes, qui sunt in mundo isto, dicuntur peregrini, quia quādiū sumus in corpore, peregrinamur a Domino. Quod recognoscens David dicit in Psalmo 38. *Advena ego sum apud te, & peregrinus.* Sed sunt quidam, imo multi, qui invenientes in ista peregrinatione aliqua placentia, adhærent eis ita, quod non curant redire ad celum, unde venerunt, sicut multi filiorum Israël peregrinantes in Babyloniam, remanserunt ibi, nec curaverunt de Hierusalem, cum aliis detenti aliquibus delectabilibus ibidem. Contra quod dicitur 1. Petri 2. *Obsecro vos tanquam advenas, & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam, eam scilicet detinendo, eam impediendo, ne revertatur ad locum, unde venit.* Alia est peregrinatio spiritualis Christianorum illorum, qui conversi ad aliquem Sanctorum, visitant limina ipsius ex causis praeditis in Titulo præcedenti. Sed multi istorum hujusmodi peregrinatione frangunt jejunia, & festa, & defraudant focios, vel hospites, vel telonarios, vel exponunt se mulieribus, vel alia illicita committunt sub habitu Peregrini. De quibus dicit Dominus Sophonie 1. *Visitabo super omnes, qui inaudi sunt ueste peregrina, qua scilicet veltis exterior appetet in pera, & baculo, & hujusmodi signis.* Visitabo (inquam) ad videndum scilicet, utrum sint boni Peregrini, vel falsi, sicut sunt quidam tyranni, qui simulant se peregrinos, & non sunt: propter quod dicitur in vulgari: Deus fecit, qui est bonus Peregrinus. Alia est peregrinatio cum prærogativa excellentiæ, scilicet Crucis signatorum, quæ in multis præcellit alias peregrinations Christianas. Aliae enim sunt propter aliquem Sanctum, ista autem fit propter Sanctum sanctorum, scilicet Christum specialiter. Item, in aliis exponunt se homines labori, in ista autem exponunt se morti, & in casibus multis. Item, in aliis citorevertuntur homines, & ad domum, & ad patriam suam, in ista autem vadunt longe ad peregrinandum diu. Item, secundum hanc subveniunt communī bono Christianitatis, per alias autem soli proprio commodo. Item, Peregrinis aliis non datur aliqua Indulgentia, iis vero datur plena Indulgentia peccatorum. Item, in ipsis reluet clare exemplar Christi, qui bajulans Crucem sibi, exivit in locum Calvarie: sic & isti Christum sequentes Crucem ejus.

(a) De Cruce signatis varia scitu digna enarravimus nostro 2. Tomo Commentariorum in alteram partem Romani Pontificalis Titulo 21.

ejus deferunt, quod alii non faciunt, sed alia signa peregrinationis. Nota, quod quanto ista peregrinatio est majoris prærogativæ, tanto peregrini icti majorem curam debent apponere, ut eam debito, & digno modo faciant. Proinde debent eam facere sancte, ut impleatur in eorum via illud, quod dicitur Isaiae 35. *Via sancta vocabitur.* Item late Psalmus 118. *Cantabiles mibi erant justifications tua in loco peregrinationis meæ.* Et illud: *Et cantente in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini.* Et notandum in his duabus letitiæ dux, quarum una surgit a præsenti gratia, cum dicit, *justifications.* Alia a futura gloria, cum dicit: *quoniam magna est.* Iten perpendiculariter, ut nec levitate, nec adverberie, nec aliis causis retrahantur ab incepto, quoque impleverint, quia *Væ illis, qui dereliquerunt vias reætas.* Ecclesiastici 2. & Job 17. *Tenebit iustus viam suam.* Materia, & Thema, ad Hebreos ultimo: *Exexamus ad Christum extra castra, impropterum, scilicet Crucem, ejus portantes. Non enim habemus hic manentem Civitatem, sed futuram inquirimus.* Unde hoc verbum impletur in Peregrinis Crucis signatis. Pro quo nota, quod quedam &c.

XCI. Ad Transfretantes quoscunque.

Quando in navibus magnis marinis est multitudo transfretantium, occurrit interdum opportunitas eis faciendi aliquam collationem salutarem. Ad cuius materiam habendam, notandum, in quo statu debent esse hujusmodi homines, & in quibus meditationibus. Circa primum notandum est, quod ad omnem bonum Christianum pertinet semper esse in tali statu, quod paratus sit animam reddere Creatori, juxta illud Psalmi 118. *Anima mea in manibus meis semper:* quam paratus sum, scilicet, tradere. Verum ad hoc plus movere debet mortis incertitudo, juxta illud Luca 12. *Et vos estoate parati, quia hora, qua non putatis, filius hominis veniet, scilicet ad mortem.* Super omnia vero periculum mortis imminentis. Ether 11. *Conturbata est gens justorum timentium mala sua,* idest, penas mortis imminentis, & preparata ad mortem. Proinde, quia inter omnia mortis pericula, quæ sunt in mundo, pericula maris sunt de majoribus, debet omnis transfretans ante ingressum navis, vel post, si tunc non fecit, sic se parare, quasi statim sit animam redditurus. Sed (proh dolor) sunt multi, qui hoc solum non faciunt, quinimo in ipso mari committunt illicita, & solatis quibusdam exponunt se suis contrariis animabus. Dicitur, quod quidam trufator, cum esset in navi quadam, & immineret maximum periculum, eccecurrit ad carnes salsas, & incepit fortiter comedere. Cumque diceretur ei, cur hoc faceret, respondit: ut possim melius bibere de isto mari, in quo statim sumus immersandi. Porro ista facere solent homines, vel quia non habent bonam fidem de seculo futuro, vel quia desperant de salute, vel quia pro nihilo habent animas suas, accipientes eas in vanum. Unde de talibus impiis, qui non cogitant de animabus suis salvandis, Sapientia 2. redditur causa: *Nescierunt sacramenta Dei,* idest, secreta futuri seculi, & hoc quo ad primum: *neque speraverunt mercedem iustitiae,* & hoc

& hoc quoad secundum : nec judicaverunt honorem animarum sanctarum , & hoc quoad tertium . Circa secundum notandum est , quod quidam ita dati sunt inertia in mari , quod non faciunt , nisi dormitare ibi , sicut Jonas , de quo legitur Jonæ 1. quod descendens ad interiora navis dormiebat sopore gravi . Non sic autem faciendum est , sed devote invocandus est Dominus . Unde dicunt nautæ ibidem Jonæ : *Surge , ora Deum tuum* . Item consolandi sunt adin vicem ibidem desolati , sicut faciebat Paulus Actuum 27. multipliciter , ut patet ibi . Item juvare se debent omnes pro viribus eriam usque ad projectionem bonorum proprietorum , sicut patet Jonæ 1. & Actuum 27. Hæc ergo sunt tria , in quibus occupandi sunt transfretantes : scilicet , oratio ad Deum , mutua consolatio , adjutorium ad transeundum . Circa ista tria notandum est , quod in mari est timor continuus , juxta illud : *Omnis homo timet in mari* . Item summi desiderium veniendi ad litus . Item maximus recursus ad Deum , & Sanctos per invocationem . Eodem modo debet esse in navigatione hujus mundi . De primo , Proverbiorum 28. *Beatus homo , qui semper est pavidus* . De secundo , Psalmus 41. *Quando veniam , & apparebo ante faciem Dei*? De tertio , Psalmus 120. *Levavi oculos meos in montes , scilicet , Sanctos , unde veniet auxilium mibi . Auxilium meum a Domino* . Hæc debet transfretans meditari , ut sicut hæc tertia sensibiliter videt in transfretatione corporali , ita & spiritualiter faciat in transfretatione spirituali hujus mundi ad cælum . Materia de prædictis . Thæma Actuum 27. *Stans Paulus in medio eorum , scilicet , navigantium , dixit* . Argumentum est ergo quod prædicandum est navigantibus , sicut fecit Paulus . Ad cujus materiam habendam notandum est , ut supra .

XII. Ad Infirmos in Hospitalibus .

Notandum , quod hujusmodi infirmi , qui raro audiunt loqui deo , & multum simplices sunt quamplures eorum , multum indigent verbo Dei , & ideo opus maximum est pietatis vera , vel diligè , vel in communi , cum fieri potest , loqui eis deo . Ad habendum autem circa hoc modum congruum , sciendum est , quod hujusmodi personis loquendum est dulciter , & utiliter , & consolabiliter . Circa primum , notandum est , quod hujusmodi persona sunt pauperes , quod est contra mundi divitias quoad res . Sunt etiam afflicti infirmite , quod est contra mundi delicias quoad carnem . Sunt iterum abjecti , quod est contra mundi honores , quoad animam , & propter ista cuia sint in amaritudine multa , loquendum est eis dulciter , exemplo Domini , qui paralyticō fibi oblato Matthæi 9. locutus est dulciter dicens : *Confide fili* . Joannes Chrysostomus in homiliis : *O mira humilitas , despœcum , & debilem , totisque membrorum campagibus dissolutum , filium vocat , quem sacerdotes non dignabuntur contingere* . Circa secundum , notandum , quod infirmi sunt circa ea , de quibus dictum est supra in Titulo de pauperibus , quæ sunt eis valde utilia , sed specialiter circa patientiam . Circa quod notandum est , quod infirmitas licet videatur esse quid grave , tamen est yalde magnum bonum quid :

Infir-

Infirmitas , siquidem custodit a malis innumerabilibus , quæ committunt homines , quando sunt fani . Propter quod dicitur infirmitas frænum , quia restringi hominem , ne vadat passim per campos licentia . Psalmo 31. *In camo , & frano maxillas eorum confringe* . Et ideo bene dicitur , Ecclesiastici 31. *Infirmitas gravis sobriam reddit animam* : quia restringit eam ab illicitis delectationibus , sicut sobrietas . Item , est occasio frequenter conversionis a malis consuetis in sanitate . Psalmus 31. *Conversus sum in armula mea , dum configitur spina* , scilicet infirmitas . Item , purgatio de commissis . Senex in Visitis Patrum : *Ut corpora nitro , ita anima languoribus , & castigationibus purificatur* . Unde potest dici quoddam purgatorium vitæ praesentis . Sic ergo patet , quod infirmitas est majus bonum , quam sanitas , quia custodit a multis peccatis , & cessare facit a commissis , & curat ab incurabilibus , quorum nullum facit sanitas . Unde dicitur , quod cum Beatus Thomas Cantuarius impetrasset olim eidem amico suo liberationem a quadam gravi infirmitate sua ad preces suas , & iterum rogasset eum ille amicus , ut si melior esset ei infirmitas , quam sanitas , quod eam faceret redire , statim reddi infirmitas illa . Item notandum , quod Dominus non flagellat infirmitate sicut hostes ex odio , sed sicut pater ex amore , propter quod dicit Gregorius : *Ille solus de flagello murmurat , qui animum percussoris ignorat* . Item , hujusmodi encœnia solet mittere maximis amicis suis , sicut patet in Tobia , & in Job , & in Paulo , qui dicitur habuisse passionem lateris , propter quam tollendam ter Dominum rogavit ; & in Lazaro , Joannis 11. *Dominne ecce quem amas , infirmatur* . Quod verum est generaliter , quia illis , quos amat , dat infirmitates . Ex his colligitur , quod attendatur , quam bonum sit infirmitas , & quam bona intentione detur a Deo , & qualiter amicis Dei specialibus detur a Deo : ideo non solum patienter , sed & gaudenter ferenda est , cum Paulo dicente : *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis* 2. Corinthiorum 12. Circa secundum notandum , quod infirmitates vita praesentis non durant semper , sed transiunt tribulationes aliae , juxta illud 2. ad Corinthios 4. *Hoc momentaneum tribulationis nostra* . Item , praeservant a majoribus tribulationibus alterius seculi portantes eas patienter , juxta illud Apocalypsis 2. *Non mittam super vos pondus aliad , tamen illud , quod habetis tenete , donec veniam , scilicet , in morte* . Item inducent finaliter ad magnam gloriam , sicut patet in Lazaro paupere infirmo , qui de vico , in quo jacebat , non habuit hospitium , transit ad domum Abrahæ de molestia canum ad manus Angelorum deferentium ; de afflictione multiplici ad consolationem beatam . Hæc igitur sunt , quæ debent infirmis cedere ad magnam consolationem , si ostendantur eis , velox transitus praesentis afflictionis , liberatio a majori afflictione , inducitio ad illam gloriam , cuius comparatione non sunt condigne passiones hujus temporis quantumcumque sint graves . Materia de prædictis . Thæma , Ecclesiastici 7. *Nor te pigrat visitare infirmum* : quia dicturus est Dominus quibuscum in die judicii conquerendo : *Infirmus fui , & non visitasti me* . Ideo consilium sapientis , imo , scilicet , in verbo proposito : *Veni ad visitandum vos , & quia non habeo eleemosynam auri vel argenti , sicut nec Petrus habebat , intendo vobis facere*

facere eleemosynam de eo , quod habeo , scilicet , de verbo Dei , quod multo melius valet , quia illa conferunt corporibus , istud vero animabus : considerato autem statu vestro , scio , quod loquendum est vobis dulciter , & consolabiliter , ut supra .

XCIII. Ad Leprosos .

Quia hujusmodi infirmi nunquam veniunt ad Sermones cum aliis , maximum opus pietatis est ad eos declinare interdum , vel cum inveniuntur in aliquo loco idoneo , loqui eis de Deo , vel infirmul , vel sequestratim . Verum quia hujusmodi homines solent esse multum impatiens , cavendum est loquenti ipsis , ne unquam infirmitatem ipsorum exprimat sub proprio nomine lepræ , quia hoc solet eis multum dispergere , sed loquitur sub generali nomine infirmitatis . Similiter cavendum est , ab omnibus , quæ eos possunt exasperare , sed mansuetudine , & compassione loquendum est eis . Ad habendam autem materiam circa eos notandum est , quod quidam hujusmodi hominum disciplina Domini abutentes , occasione sue infirmitatis multa mala committunt . Modo enim blasphemant Deum , sicut illi , qui sunt in inferno propter plagas ; modo indignantur hominibus , & maledicunt eis , quia dimitunt eos ; modo inter se rixant , & interdum seipso percutiunt , vel verberant ; modo in elemosynis aquisitatis se mutuo defraudant , agentes infideliter adinvicem ; modo seipso ingurgitant , & inebriant , cum habent copiam vescicularum ; modo ardori concupiscentiae frumentum laxantes exponunt se luxuriis , & immunditiis indicibili bus . His autem , & aliis pluribus malis se tradunt , quasi dicat ille , qui tassis est : Domine , tu abstulisti mihi corpus , & ego auferam tibi animam . Væ istis , quia non auferunt aliquid Domino , sed sibi ipsis , qui corpus amiserunt in hoc seculo , & in alio animam amittent duplice confrictione conficti , sicut Herodes , qui post gravem infirmitatem præsentem ivit ad infernum . Actuum 12 . Alii sunt , qui eti hujusmodi mala non committunt , tamen nihil boni faciunt , sed in quadam amaritudine , & tædio ducunt vitam , parum aut nihil cogitantes de sua salute . In horum autem persona dicitur Job 10 . Tiedet animam meam vita mea , dimitram adversum me eloquium meum , loquar in amaritudine animæ meæ . Alii vero sunt , qui hujusmodi flagello utentes in bonum animæ suæ , nec occasione flagelli committunt mala , nec in solo tædio ducunt vitam , sed dant operam , ut post hujusmodi infirmitatem salutem perpetuam consequantur , & ideo confitentur de præteritis peccatis , juxta illud Ecclesiastici 18 . Tempore infirmitatis ostende conversationem tuam , scilicet , præteritam , & hoc sacerdotibus . Item cavent a novis peccatis occasione infirmitatis , exemplo Job , de quo dicitur Job 2 . In onnibus his , scilicet , malis quæ evenerunt ei , non peccavit Job habens suis : nec contra Deum , nec contra proximum , nec contra uxorem . Item sufferunt omnia patienter , confortati exemplo ejusdem Job , juxta illud Jacobi ultimo : Sufferentiam Job audistis : & bene debet tale exemplum animare . Si enim Job , qui fuit rex , & dives valde , & quasi innocens , tam patienter portavit amissi-

amissionem tantorum bonorum , & propriorum filiorum , & tam gravem , & tam vilem infirmitatem a planta pedis usque ad verticem , quanto magis alii , in quibus desunt conditions prædictæ , debent esse patientes in minoribus ? Postea notandum , quod amor vitæ præsens , occasio est omnium malorum , sicut ostendit Beatus Sebastianus in sermone , quem fecit Marco , & Marcellianus , ubi enumeratis multis malis , concludit dicens : Nunquid non præsentis vita amore duci ista committunt ? alias dimittunt . Sed hujusmodi infirmitas acerba , & desperata , & abominabilis , amaricat omnes jucunditates hujus vitæ , & ideo retrahere debet ab amore hujus vitæ , sicut amaritudo circumposita umeribus retrahit puerum ab amore umerum . Item , amaritudo hujus vita debet nos movere ad desiderandam aliam vitam beatam , quæ est sine amaritudine . Augustinus . Cum molestia , & hujus vita fragilitates crebrescant , eternam requiem nos desiderare compellunt . Et ideo in hujusmodi infirmitatis constituti amaritudine , debent ad illum beatam dulcedinem vehementer suspirare . Et sic fecit quidam Religiosus leprosus , qui sanctissime se habens in illa infirmitate , cum quadam die valde sitaret , elevans cor suum ad Deum , incepit suspirare , & dicere : O quando veniam ad illum fontem vitæ , de quo qui bibet , non stinet amplius in aeternum : & hoc dicto emisit spiritum . Item , hujusmodi penalis infirmitas debet facere timore penas futuras . Si enim tam gravis illa infirmitas est , quanto gravior erit iustus gladii , cum percutiet Dominus in gladio suo grandi , & duro , & fortí . O quantum timebat illas penas Habacuc , qui dicebat cap . 3 . Ingrediatar putredo in offibus meis , & subitus me scateat , ut requiescam in die tribulationis . Sic ergo patet , quod bene utentes infirmitate tali , cum prædictis alii bonis moventur ad contemptum vitæ præsentis , & ad desiderium vitæ futuræ , & ad timorem penarum futuri seculi . Materia de prædictis 38 . Fili in tua infirmitate non despicias te ipsum . Notandum , quod quidam hujusmodi infirmi despiciunt semetipsos quantum ad animam , quidam vero non . Ad quod intelligendum , notandum est , quod quidam hujusmodi hominum disciplina Domini , &c .

XCIV. Ad omnes Mulieres .

Notandum , quod Dominus multas prærogativas contulit mulieri , non solum super alia animantia , sed super ipsum hominem , & hoc tempore naturæ , tempore gratiæ , & tempore gloriæ . Tempore quidem naturæ producendo : formavit enim hominem in hoc mundo viri , sed mulierem in paradiso . Item , hominem formavit de limo terræ , quod est vile quid , sed mulierem de costa viri . Item , non formavit eam de parte hominis inferiori , scilicet , de pede , ne homo haberet eam pro ancilla , sed de media parte hominis , scilicet , de costa lateris , ut haberet eam pro socia , sicut dixit ipsemet Adam : Mulier , quam dedisti mibi sociam , Genesis 3 . Sic ergo triplex est mulieris prærogativa , quarum prima surgit a loco creationis , secunda a materia , tercia a parte corporis humani , de quo assumpta est . Tempore vero gratiæ Dominus , qui poterat assumere carnem .

de homine, noluit hoc facere, sed assūpsit de muliere. Item, non legitur, quod vir aliquis voluit impeditre passionem Domini, sicut mulier, uxor scilicet Pilati, quæ voluit virum retrahere ab hoc sceleri propter ea, quæ passa fuerat in visu propter Christum, Matthæi 27. Item tempore resurrectionis, prius apparuit mulieri, scilicet, Magdalena. Et sic est triplex prærogativa, scilicet, in tempore gratiæ, una circa incarnationem, altera circa passionem, tertia circa resurrectionem. In statu vero gloriæ nullus purus homo erit rex in illa patria, sed pura mulier erit regina. Nullus enim purus homo erit ita super Angelos, & super omnes illam curiam, sicut pura mulier. Et sic nullus etiam homo purus ita erit potens in curia illa, sicut pura mulier. Et sic natura muliebris habet in illa gloria prærogativam, & ratione dignitatis, & ratione sublimitatis, & ratione potestatis, & hoc in persona Beatae Virginis. Hæc autem omnia movere debent mulieres ad Dei dilectionem, qui hæc contulit eis, & retrahere ab eis, quæ mala sunt, & ad secundum, quæ bona sunt in muliere, & ejus amore. Circa hæc autem notandum est, quod mulier non debet esse fortilega, quod est quædam infidelitas, sed fidelis, 1. ad Thimotheum 4. Oportet mulieres esse fideles in omnibus. Exemplum de Chananea, quæ venit ad Dominum Iesum. Matthæi 15, ubi dicit exp̄sor (a) in homilia: Non perrexit ad divinos, non vocavit magos, non alligaturas quævis, non apostaticæ mulieres adduxit, non ad falsa confagis præsidia, sed reliquit omnes diaboli falsitates, & venit ad Dominum Iesum omnium Salvatorem. Item, non effrontes, vel vane ornatae, sed reverendæ in habitu honesto. 1. ad Timotheum 2. Mulieres in habitu ornato cum reverendia, & sobrietate ornantes se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa. Item, non verbosæ, sicut dicit Paulus de quibusdam. 1. Timothei 5. sed taciturnæ. 1. ad Corinthios 14. Mulieres in Ecclesiæ, hoc est in congregacione, taceant; & post: Non enim permittitur eis loqui. Item, non otiosæ, sed semper aliiquid operantes. Proverbiorum ultimo: *Mulier fortis panem otiosa non comedit.* Item, non vagæ per discursum, ut Dina filia Jacob, sicut dicit Paulus de quibusdam 1. Timothei 5. sed in domo sedere quiete cum Maria, de qua dicitur Joannis 11. Maria autem domi sedebat. Item, non crudelium viscerum, sed pie ad pauperes. Proverbiorum ultimo: *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.* Sunt & alia multa, quæ diligens inquisitor facile inveniet, quæ facere debent bonæ mulieres. Materia de prædictis. Thema, Proverbiorum ultimo: *Date ei, scilicet, mulieri, de fructu manuum suarum, & laudent eam in porta opera ejus.* Notandum, quod mulier propter dilectionem Dei debet prærogativas prædictas diligere, & propter ojus dilectionem supradicta bona facere, & si fecerit, habebit fructum manuum, hoc est, operum suorum in gloria futura, & laudem in præfanti, quod dicitur in verbo isto. Ad horum autem pleniorum intelligentiam, notandum est, quod Dominus multas prærogativas, ut supra. Aliud Thema Actuum 16. *Dico Sabbatorum egressi sumus foras portam juxta fluvium, ubi videbatur esse oratio, & sedentes loquebamur mulieribus, quæ convenerant.* Glossa: oratio, id est,

(a) Est is Sanctus Joannes Chrysostomus.

id est, locus aptus locutioni. Argumentum, quod proloquendum est mulieribus, quando occurrit oportunitas: circa quod notandum est, quod Dominus multas prærogativas, ut supra, Aliud Thema Hieremias 9. *Audite verbum Domini mulieres.*

XCV. Ad Mulieres nobiles.

Notandum præter ea, quæ dicta sunt in præcedenti capite, quæ debent movere generaliter omnes mulieres ad bonum: sunt quædam, quæ specialiter debent movere nobiles mulieres ad idem. Quorum primum est ratio, secundum exemplum, tertium detestatio malorum mulierum nobilium, quarto vero notandum est, in quibus consistunt bona, quæ debent habere. Circa primum notandum est, quod mulieres nobiles a Deo in mundo isto habent majorem statum, quam alia, majus autem beneficium magis obligat. Item nobilitas carnis sine spirituali parum valet, immo nocet. Nobilitas vero spiritualis consistit in bono. Item circa nobiles mulieres major solet adhiberi cura ab infantia ad eas in formandas in bono, & ideo tam ratione majoris beneficii, quam conditionis nobilitatis, quam ratione majoris curæ adhibita circa eas in bonum, tenentur magis ad bonum. Circa secundum nota, quod magis innocens mulier, quam unquam fuerit, fuit nobilis, scilicet, Beata Virgo, quæ exorta fuit ex progenie regali. Similiter laudabilior pœnitens, quam unquam fuerit, fuit nobilis, scilicet Magdalena, ut patet ex ejus legenda. Similiter omnes mulieres, quæ sunt in majori auctoritate in Ecclesiæ fuerunt nobiles, ut Agnes, Kunegundis, Catharina, & aliae, de quibus solemnizant Ecclesia. Harum igitur exemplo, de quibus singulis invenies multa laude digna, quæ omnia debent animare nobiles mulieres ad bonum. Circa tertium notandum, quod tres inveniuntur nobiles mulieres in Scriptura, quæ fuerunt male, & sunt usque hodie valde detestabiles. Una fuit Jezabel uxor regis Achab, quæ fovebat Prophetas Baal, & Eliam Prophetam Domini persequebatur, & Naboth fecit fraudulenter interfici, ut vir ejus haberet vineam suam, & pingebat oculos suos stibio. 4. Regum 9, tandem de fenestra precipitata unguis equorum conculcata interierit. Alia fuit Athalia Regina, quæ amore regnandi, omne semen regium intercepit, & tandem extra templum ejecta per Sacerdotes interfecta est. Alia fuit Herodias filia regis Arethæ, quæ propter matrimonium suum fecit Joannem Baptistam decollari. Infelices sunt mulieres nobiles, quæ harum detestatione tam solemnii non retrahuntur a malo. Circa quartum notandum est, quod nobiles mulieres in gloria exteriori eas circumdante non debent cor apponere, sed solum in Deo sperare, exemplo Esther reginæ, quæ dicit Esther 14. *Tu sis, quod deteſor ſignum superbie, & gloria meæ, quod est caput meum, in diebus ostentationis meæ:* & post: *nunquam latata ſum ancilla tua, ex quo huic translata ſum, uſque in praefenti diem, niſi in te Domine Deus Abraham.* Item mala virorum pro posse impedit debent, exemplo uxoris Pilati, quæ creditur fuisse nobilis, & pro posse impeditivit, ne vir ejus Christum cruciferet, Matthæi 17. Ad opera

piæ debent esse pronaæ, exemplo filie Pharaonis, quæ miserta super Moysem infantem, quem inventit in fiscella projectum in flumine, fecit eum nutrire. Exodi 2. Materia de prædictis. Thema Actuum 17. Adjuncta sunt Paulo mulieres nobiles non pauca, scilicet ad prædicationem Pauli. Ex quo relinquitur, quod exemplo Pauli prædicandum est hujusmodi mulieribus. Circa quod notandum, &c.

XCVI. Ad Mulieres Burgenses dñites.

Notandum est, quod hujusmodi mulieres solent interdum consentire usuris, vel aliis iuustis lucris virorum suorum, aut consulendo, aut juvando, aut non impediendo, aut hujusmodi lucro utendo: & ideo sicut sunt participes in culpa, ita erunt & in pena. Romanorum 1. *Non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte.* Item, soleni in superfluo apparatu notabiliter excedere: propter quod minatur eis Deus per Prophetam Isaiam 3. dicens: *In illa die asperget Dominus ornamentum calcaneorum, & que nominat usque ad v. 24. Et erit pro saevi odore factor, & pro zona funicularis, & pro crispanti crine calvitium, & pro fascia pectorali cilicum.* Item, solent parum curare de salute prolis: folium carnaliter eam diligentes. Quo contra de matre Salomonis dicitur Proverbiorum 4. *Docebat me mater mea, atque dicebat: suscipiat verba mea cor tuum: & docuit eum multa, quæ pertinent ad salutem.* Item licet Burgen- ses solent commendare eleemosynam uxoribus suis, & de eis in hoc confidere, tamen sunt quædam, quæ duræ sunt ad opera misericordie, cuius contrarium debet esse in mulieribus: propter quod dicitur Ecclesiastici 26. *Qui non est mulier, ingemicit ager.* Per quod innuitur mulieris esse, ut sit pia ad indigentiam miserorum. Item, sunt quædam, quæ parum curant de salute virorum, dummodo in hoc seculo sint in prosperitate insimul, cuius contrarium fecit Cæcilia, quæ virum suum crudelē, & infidelem convertit ad Dominum, & leonem convertit in agnum, juxta illud 1. ad Corinthios 7. *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem.* Item, quædam sunt ita occupantes se circa curam domus sua, & alia secularia, quod parum vacant eis, quæ Dei sunt. Et quia ad hæc necessitas paupertatis eas non inducit, tanto magis debent vacare Ecclesiæ frequentandæ, & auditui Sermonum, & aliis bonis pertinentibus ad Deum, exemplo illarum sanctarum mulierum, quæ Dominum sequabantur prædicantem, & modo circa Crucem, modo circa sepulturam inveniebantur, & cum Apostolis post Ascensionem Domini in oratione perseverabant. Item, sunt aliquæ, quæ se ita dant deliciis, quod nullam alferitatem in carne sustinere volunt. Cuius contrarium inventitur in sancta Elisabeth maritata, in Judith vidua, & Cæcilia Virgine, quæ omnes in deliciis mundi constitutaæ erant, & tamen occulta cilicia habitum deferebant. Item, sunt aliquæ, quæ non curant, quomodo se habeant in domo sua, vel qualiter domus sua se habeat sub eis. Quo contra Proverbiorum ultimo, dicitur de muliere forti: *Consideravit semitas domus sua: & sic docuerunt parentes Zaræ ipsam.* Tobiæ 10. monentes eam honorare socrum suum, dili-

diligere maritum, regeré familiam, gubernare domum, & se ipsam irreprehensibilem exhibere. Sunt & hujusmodi multa mala, quæ cavere debent hujusmodi mulieres, & bona, quæ facere debent, ut sint similes Abigaili uxori Nabal. 1. Regum 25. & Annae uxori Tobias majoris. Tobias 1. & Susanæ uxori Joachim. Danielis 13, quæ omnes dñites fuerunt, & in multis laudabiles. Materia de prædictis. Thema Isaia 23. *Mulieres opulente surgitæ, & audite vocem meam.* Argumentum, quod hujusmodi mulieribus, quæ sunt dñites, prædicandum est exemplo Prophetæ sic loquentis in Domini persona. Notandum autem, quod hujusmodi, &c.

XCVII. Ad Juvenulas, sive adolescentulas seculares.

Sicut opus est commendabile in Christo prædicare pueris, ut supra ostentum est, ita charitatis est instruere hujusmodi puellas cum occurrat opportunitas, vel in scholis, vel in domibus, vel alibi circa ea quæ pertinent ad salutem. Notandum igitur, quod hujusmodi puellæ, maxime quando sunt filiæ dñitum, debent libenter addiscere, cum ad hoc a parentibus deputantur: ex hoc enim evenit eis, quod sciant tempore opportuno dicere Psalterium, vel Horas de Beata Virgine, vel Officium pro mortuis, vel alias orationes Deo dicendas, vel fiunt aptiores ad hoc, ut sciant religiose quandoque, si voluerint, vel intelligent melius Scripturas sacras, sicut accidit de Paula, & Eustochio, & aliis, quæ secum degabant virginibus, quæ propter litteras, quas didicerant, profecerunt instanti, quod sacras litteras intellexerunt profunde. De hujusmodi vero doctrina habetur exemplum in Beata Agneta, quæ ibat ad scholas, de Beata Catarina, Cæcilia, Lucia, & Agatha, quæ omnes litteratæ fuerunt, sicut patet ex earum legendis: ideo non debent curare de ornatus decoro, exemplo Esther, quæ licet deberet ingredi ad regem in spe, quod fieret Regina, tamen non curavit de mundo muliebri, sicut aliae puellæ, quæ omnes reprobatæ fuerunt, & ipsa promota in regnum. Esther 2. Et ideo debent timere illæ, quæ sunt sollicitæ de ornatu, ne repellantur a regno celorum. Item, debent cavere a levitatibus, quæ fiunt in cantilenis, & chœris, & similibus, exemplo Saræ, quæ dixit, Tobiæ 3. *Nunquam cum ludentibus me immiscari: nec cum his, qui in levitate ambulant, participem me prebi.* Item sic debent expavescere omne genus hominum, ne unquam solitarie se exponant, ne contingat eis illud, quod contigit Thamar, quam frater suus Amon corrupit, quando cum eo sola remansit, alii ejectis. 2. Regum 13. Item, debent aliquem bonum virum spiritualem habere pro patre, cuius consilio, & doctrina se regant in omnibus, sicut faciebat Esther, quando fuit puella, consilio Mardonchæ. Esther 2. Item, debent cum parentibus, vel aliis grandævis matronis commorari, non discurrere, sicut faciebant puellæ Judith, quæ cum ea clausæ, morabantur. Judith 8. Item, debent totum cor suum transferre in ferventem amorem solius Iesu Christi, exemplo illarum, de quibus dicitur Cantorum 1. *Adolescentula dilexerunt eum.* Sunt & alia multa pertinentia ad hanc materiam, de quibus continetur supra

supra in Titulo de pueris, quae nutriuntur in Religionibus. Materia de prædictis. Thema, Canticorum 6. Adolescentiarum non erat numerus. Notandum, quod licet sint multa Regiae, & multe concubinae in obsequio Christi secundum expositionem Glossæ, tamen plures sunt adolescentulae secundum statum suum: propter quod dicitur harum non esse numerum, sicut autem est opus commendabile in Christo, ut supra.

XCVIII. Ad Famulas divitum.

Inter multa genera mulierum, quædam sunt, quæ nec sunt divites, nec secum morantur, idest non habent propriam domesticam curam, sed consueverunt in servitiis divitum commorari: & quia raro possunt ad Ecclesiam ire, & ecclesiasticam instructionem audire, pius est, cum opportunitas occurrit, eis de salute sua loqui. Notandum autem, quod quædam talium mulierum quandoque solent occulæ se exponere carnalibus peccatis cohabitantium ex frequenti collocutione, & visu, & familiaritate, superatae carnis tentatione: & istud fit ex procuratione diabolica, qua facit, quod aliquæ, quæ nolunt se exponere peccatis ipsis publice prevereundia, habeant in occulto quibus audacius se exponunt, sicut David audacius se exposuit ad peccandum cum Berabæ uxore famuli sui in occulto, quam exposuisset se publicas meretrici. O quot filii familias, & juvenculi, qui verecundabantur ire ad publicas mulieres, cum ipsis mulieribus amiserunt Virginitatem suam. Et ideo via talibus mulieribus, quia sunt culpabiles omnium peccatorum, quæ postea committuntur per istos. Aliæ sunt, quæ etiæ cum his personis non peccant, ita tamen procurant peccata hujusmodi in aliis, aut mala, nuncia portando, aut opportunitatem ministrando, & sic infelices damnant animas suas peccatis suis communicando in illis. Contra quod dicitur Tobie 4. *Ne communicaveris peccatis alienis.* Aliæ sunt, quæ etiæ neutrum faciunt prædictorum, tamen videntes, vel scientes hoc fieri, non impediunt pro posse, & ideo reputantur favere secundum Decretalem, quæ dicit, quod illi fautores reputantur, qui cum possint, manifesto facinori desinunt obviare. Contra hos dicitur Matthæi 18. *Si peccaverit in te frater tuus, idest te sciente, &c.* In quo innuitur, quod tales sunt corrigenendi, & revelandi, & hoc talibus, qui possunt prodesse. Hæc autem circa prædicta pertinent ad peccatum carnis. Item notandum, quod quædam talium, cum deberent esse pie in pauperes, non solum non procurant eis eleemosynas, sed interdum defraudant eos eleemosynis de pietatis opere aliquid minuendo, vel in alias usus expendendo, juxta illud Ecclesiastici 4. *Eleemosynam pauperis ne defraudes.* Interdum vero consumunt cum alia familia, de nocte, vel occulæ bona Dominorum, quæ sunt eis concessa, comedendo, vel bibendo, sicut faciebant mulieres, Danielis ultimo, quæ cum fæcordinibus, & parvulis commedebant nocte omnia, quæ ponebantur in templo Bel. Interdum vero furantur, vel furari permittunt Dominis suis bona eorum, sicut Rachel furata est idola patris sui. Et hæc tria pertinent ad peccata rerum. Item notandum, quod quædam istarum interdum sunt ultra

ultra modum iracundæ. Exemplum Tobie 3. de ancilla Saræ, quæ improveravit ei ex iracundia, quod interfecisset viros suos. Et hoc est contra ille Jud Ecclesiastici 10. *Non est creata iracundia nationi mulierum,* si feliciter habent eam a malitia. Interdum vero sunt adeo litigiosæ, quod turbant totum domum, sicut stillicidia, quando cadunt tempore pluviae in domo, Proverbiorum 19. *Tetra jugiter perillantia litigiosa mulier.* Interdum vero adeo sunt superbae, quod etiam contra dominam suam erguntur, sicut Agar ancilla contra Saram dominam suam, cui dicitur ab Angelo, Genesis 16. *Revertere, & humiliare sub manu domina tua:* & hæc tria pertinent ad malitiam cordis. Materia de prædictis. Thema, Luca 1. *Ecce ancilla Domini.* Magna consolatio ancillarum, quod mater Dei, Angelorum Regina, Domina totius creaturæ, se vocavit ancillam. Si nunquam esset alia causa, pro hoc solo deberent omnes ancillæ multum conari ad bonum. Sed cum dolore est decidendum, quod e contrario sunt quædam talium &c.

XCIX. Ad Mulieres pauperes in villulis.

Notandum, quod hujusmodi mulieres solent esse multum pronæ at fortilegia, vel pro se, vel pro aliquibus casibus, vel pro filiis, cum infirmantur, vel pro animalibus suis, ut a lupis custodiantur, & similibus. Sunt autem quædam istarum, quæ facile credunt talia, & hæc sunt similes Evæ. Quæ enim est magis stulta credulitas, quam quod creditit Eva, quod propter conestationem pomì fieret ipsa, & vir sicut dii? Aliæ sunt, quæ hujusmodi divinationibus utuntur ad questum, similes illi pueræ Pythonisæ, (a) quæ questum maximum præstabant Dominis suis. Actuum 16. Aliæ sunt tantæ obstinationis, & etiam incorrigibilitatis circa hæc, quod nec propter excommunications, vel minas qualunque retrahi possunt ab hujusmodi divinatione, similes Pythonisæ, quæ uia est arte ista ad suscitandum Samuelum, quamvis sciret, quod Saul magos, & divinos, & Pythones omnes eradicatoris de terra præter ipsam, qui latebat in Endor, sicut dicitur in historia 1. Regum 28. Mira res, Chananaæ gentilis cucurrit ad Dominum Jesum pro sua necessitate: & iste Christianæ religio Christo Deo suo, confidunt in ista infidelitate. Istud contingit frequenter in hujusmodi villis: quod tanto frequentius sollicitantur ab aliquibus hujusmodi mulieribus ad peccatum carnale, quanto non consueverunt publica meretrices ibidem inveniri: & ideo via ipsis, cum consentiunt. Peccant enim mortaliter, cum peccant cum quocunque laico: mortalius vero, quando cum Clerico in sacris ordinibus constituto, magis vero quando cum Sacerdote suo parochiali, maxime vero, quando cum Religioso mundo mortuo, magis autem cum omnibus ipsis, quando sunt maritatae: & ostende de ipsis omib[us] rationes. Item, contingit inter-

(a) De Muliere Pythonisæ, quæ futura præcinebat, unde multum questum querebat Domino notionem habuisse Agericum Viridunensem Episcopum refutat in sua historiæ Gregorius Taronensis lib. 7. cap. 44. Ex quo docet Alfonso lib. 4. De Jurisdictione cap. 4. hujusmodi delictorum cogitationem pertinet ad Judicem Ecclesiasticum.

interdum, quod quædam istarum præ paupertate extendunt se ad accipendum, vel retinendum aliquid de alieno, vel hædunt proximos, pecora sua inducendo, vel non cohibentur a pratis, vel a segetibus eorum, vel alteri injuriam faciendo: & ideo vix istis, quæ habent apud se in manibus suis Legem scriptam, eas redarguentem assidue, & dicentes; *Ne facias aliis, quod tibi nos vis fieri.* Item quædam istarum sunt ita fatuæ simplicitatis, quod (a) Goliardis, & (b) Trutaniis, & falsis questoribus dant de facilis de sua paupertate: sic quandoque destruunt domum suam, quod viro, & filii subtrahunt bona, quæ eis sunt necessaria, cum e contrario per prudentiam debent domui sua ita providere, quod haberent competens sustentamentum, Ecclesiastici 22. *Filia fatua in deminorationem fiet, filia prudens hæreditas viro suo.* Item, quædam sunt adeo litigiosæ, quod modo turbant virum, modo filios, modo vicinos, modo Sacerdotes, modo advenientes: & ideo redidunt se odiosas ad commorandum cum eis. Proverbiorum 21. *Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa, & iracunda.* Item, quædam sunt ita indevotæ ad verbum Dei, quod quando sunt in Ecclesia, in qua prædicatur, modo loquuntur, modo dicunt orationes suas, modo stant coram Imaginibus suis flexis genibus, modo accipiunt aquam benedictam, & vix possunt induci interdum, ut appropinquent ad prædicantem reliquis locis consuetis. Quo contra dicitur Hieremias 9. *Mulieres audite verbum Dei.* Exemplum de Magdalena, quæ sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Item sunt aliae, quæ non solum ad verbum Dei, sed etiam ad servos ejus sunt indevotæ, valde dissimiles illi pauperi mulieri viduæ de Sarepta, quæ pavit Prophetam tempore famis, subtrahens etiam sibi, & filio, de illo modico, quod habebat, ut daret illi: 3. Regum 17. Docendæ igitur sunt hujusmodi mulieres circa supradicta mala, ut illa caveant, & e contra bona faciant. Materia de prædictis. Thema, Joannis 4. *Venit mulier de Samaria haurire aquam, dixit illi Iesus.* Ex hoc quod ista mulier venit ad aquam hauriendam, appetat, quod erat pauper, & tamen Dominus fecit ei longum, & diligenter Sermonem, & in loco non multum idoneo ad hoc: & ex hoc relinquitur, quod multo magis est prædicandum pluribus mulieribus pauperibus, cum occurrit opportunitas.

C. Ad

- (4) Goliardi idem sunt, ac joculatores, vulgo, buffoni, qui versus improviso compo-
nunt. Occurrit passim haec vox in Concilis Gallicæ, & apud Matthæum Patrum ad annum 1229. *Quidam famuli, vel mancipi, vel illi quos solemus Goliardenses ap-
pellare, versus ridiculos componeant.* Ajunt nonnulli, Goliardos ita dictos a quodam Scurra, Galicie nomine, de quo Silvester Giraldus in Speculo Ecclesiæ, ita scribit: *Parastus quidam Galias nomine nostris diebus gulositate pariter, & dicati-
tate famosissimus, qui Galias melius, qui gule, & crapula per omnia deditus dici potuit.* Litteratus tamen affatim, sed nec bene morigeratus, nec disciplinis infor-
matus, in Papam, & Cariam Romanam carmina fama pluries, & plurima, tam
metrica, quam rhythmica non minus impudenter, quam imprudenter evomit.
(b) Trutani, aliquo nomine, *T'rudani, Trutanicj, Trudennes* in Glossario Dufesne dicuntur errores, eaque appellatione donant vulgo ignari illi, qui per Provincias passim vagantur, & mendaciis, ac strophis suis, omnibus illudunt, dum alios se singunt, quan re vera sunt. Joannes de Janua etymon eius vocis a trudo, trudis deducit, *eo quod verbi suis trudat ad hoc quod recipiat.*

C. Ad Mulieres malas corpore, sive meretrices.

Circa istas mulieres, quæ passim exponunt se ad peccatum, primo notandum est, quod graviter peccant. Secundo, quod detestabiles sunt, quæ in hujusmodi peccatis perseverant. Tertio, quæ sunt, quæ deberent eas movere ad respicendum. Circa primum, notandum, quod quædam sunt peccata, quæ nocent solum commitenti ea, ut superbia, & quædam similia: forniciatio vero mulieris non solum sibi nocet; ita enim sunt incendiaria mundi, iuxta illud Ecclesiastici 9. *Eloquium illius quasi ignis ardecat.* Item illi, qui nocent alii, quandoque nocent in rebus, ut fures, & raptiores, quandoque vero in corporibus, ut homicidae, sed per hoc peccatum nocentur animabus, quod pejus est, iuxta illud Proverbiorum 6. *Mulier pretiosam viri animam capit.* Item non solum animabus quibuscunque, sed etiam magnorum. Proverbiorum 7. *Fortissimi quique interfecti sunt ab ea,* ut pater in David, & Salomone. Item non solum paucos, sed plurimos recipiunt hujusmodi mulieres, modo corruptos, modo virgines, modo solitos, modo uxorios, modo Clericos, modo laicos, modo consanguineos, modo etiam Religiosos. Ecclesiastici 36. *Omnem majestatem exci-
pet mulier.* Item non solum ad horam, sed diu nocent, quia illaqueant homines per hujusmodi mulieres. Proverbiorum 7. *Et ignorat, quod ad
vincula fultus trahatur,* ille scilicet, qui sequitur hujusmodi mulieres, do-
nec transfigatur sagitta, scilicet mortis, guttur ejus. Sunt enim multi, qui usque ad mortem non recedunt ab hujusmodi peccatis. De his autem præ-
dictis omnibus dicit Salomon breviter, Ecclesiastici 7. sic: *Inveni amaro-
rem morte mulierem, quæ laqueus est venatorum: sagena cor ejus, vincula
sunt manus ejus.* Morti autem comparatur talis mulier propter primum, quia mors mala nocet in mundo: amerior autem morte dicitur propter se-
cundum, quia non solum res, & corpora aufert, ut mors, sed etiam ani-
mas: laqueus autem venatorum dicitur propter tertium, quia sicut per la-
queos capiuntur magna feræ, ut apri, & cervi, ita diabolus per hujusmodi
mulieres capit magnos viros interdum: sagena autem dicitur propter quar-
tum, quia sicut sagena omnes pisces capit, ita & istæ omne genus homi-
num. Vincula autem dicuntur manus ejus propter quintum, quia illaqueat homines. Circa secundum, notandum, quod inter omnia genera peccatorum, fornicatio est magis verecunda. Solent autem multi abstinere a multis malis propter verecundiam humanam, a quibus non abstinerent propter Deum. Item, est vilissimum ex parte mulieris. Talis mulier fit latrina turpissimarum fordiuum. Unde Ecclesiastici 9. *Omnis mulier fornicaria, quasi fercus in-
via ab omnibus præterentibus conculcabitur.* Item est summe vindicatum. Propter hoc enim fuit inductum diluvium in mundo, sicut patet Genesis 6. ubi dicitur: *Videntes filii Dei filias hominum.* Ista autem vindicta nunquam fuit major in mundo. Quanta ergo est detestatio istarum infelicium mulie-
rum, quas nec tanta verecundia, nec vilitas, nec timor tante poena re-
trahit, quin semper perseverent in tali peccato? Circa tertium, notandum est,
quod tria sunt, quæ deberent movere hujusmodi mulieres ad respicendum.

Primum est, benignitas Dei revocantis, quia dicitur Hieremias 3. *Fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, & ego recipiam te.* Secundum est, timor condemnationis futurae, de qua Apocalypsis 17. *Veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magna:* & post: *& decem cornua, qua vidisti in bestia, hi odiunt forniciaram, & defolatam facient eam, & nudam, & carnes ejus manducabunt.* Tertium est, confidatio gratiae sanctae Magdalene, quae talis fuit, cui, postquam converta est ad penitentiam, facta est Domino tanta gratia, ut post beatam Virginem non inveniatur mulier, cui in mundo major exhibeat reverentia, & in celo maiorem habere gloriam credatur, juxta illud Romanorum 6. *Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia.* Materia de praedictis. Thema, Ezechielis 16. *Audi meretrix verbum Domini: quod verbum, scilicet, est Deuteronomii 23. dicens: Non erit meretrix de filiabus Israel.* Quanto magis de filiabus Christianorum, apud quos magis vigore debet castitas? Sed propter dolor, non est sic, multa inveniuntur apud Christianos, circa quas primo notandum est, ut supra.

TRACTATUS SECUNDUS

De modo prompte cūdendi Sermones ad omne genus negotiorum.

I. De Conciliis. (a)

Otandum est, quod in Ecclesia Dei sunt quædam Concilia universalia, quædam particularia. Universalia sunt, quæ sunt de rebus pertinentibus ad universitatem Christianam, sicut sunt fidei determinations, quia universi obligantur ad ordinationes eorum obserandas. Particularia vero dicuntur, quæ per Legatos Ecclesiæ Romane in aliqua regione interduci ex causis aliquibus emergentibus, vel per Metropolitanos in suis provinciis, celebrantur. Dicuntur autem particularia, quia sunt propter causas particulares: & quia a parte majorum, non omnium celebrantur, obligant etiam non omnes, sed tantum illam nationem, vel provinciam, in qua celebrantur. Ad habendam autem materiam loquendi de illis generaliter, quæ ad omne genus Conciliorum pertinent, quatuor sunt notanda. Primo notandum est, unde dicatur hoc nomen Concilium. Scindendum igitur, quod sicut dicitur distinctione 15. cap. *Canones.* Concilium vocatur modo quasi consedium a confessendo, d, mutata in l: & hoc, quia in Consilio confident Majores, secundum morem tractantium cum matritate de aliquo bono, juxta illud 2. Machabaeorum 14. *Seniores in plateis federant omnes, & de bonis terre tractabant.* Alio modo, sicut habetur ex eodem decreto,

(a) De Conciliis, & de variis ad ipsa spectantibus fuse a nobis disputatum est nostro.
I. Tomo Conciliorum in Prolegomenis.

decreto, a communi intentione, eo quod omnes in unum dirigant mentis intuitum. Cilia enim secundum Papiam sunt velamina oculorum, dicta a celiando oculum: & ideo Concilium dicitur a con, & cilium, quia omnes de Concilio debent habere intuitum, & intentionem cordis ad unum, scilicet, ad ea, quae Dei sunt: exemplo illius beatæ congregationis primitivæ Ecclesie, in qua erat omnibus cor unum, & anima una in Deum. Et hoc est, quod valde placet Domino. Cantorum 4. *Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.* Glossa: *Ex quo relinquitur, quod omnis multitudo idem faciens placet ei.* Alio modo, & melius, sicut dicitur in eodem Decreto, concilium dicitur quasi consilium: & bene, quia consilium Antonomastice dicitur consilium. Ille enim, qui habet concilium celebrare, debet requirere diligenter consilium de his, quæ intendit in concilio promovere a sapientibus, juxta illud Tobit 4. *Consilium semper a sapiente perquire: & a viris sanctis, quia anima viri sancti annunciat aliquando vera plus quam septem circumppectores sedentes in excelso ad speculum, sicut dicitur Ecclesiastici 37.* Et a viris expertis, quia in multis expertis est multa cogitatio, & qui non est expertus, pouca recognoscit, sicut dicitur Ecclesiastici 34. Et non a fatis, juxta illud Ecclesiastici 8. *Cum fatuis consilium non habeas.* Nec a viris malis, quia malitia trahit eos ad illicita. Job 21. *Consilium impiorum longe sit a me.* Nec ab inexpertis: propter hoc reprobatur consilium juvenum, & commendatur senum consilium, quia multa viderunt. Ecclesiastici 15. *Consilium corona senum:* quia propter hoc circumdantur senes a multis: & istæ sunt bona conditiones in consiliariis, scilicet sapientia, bonitas, & experientia. Præterea habet de his diu deliberare, quia sicut dixit Diogenes Philosophus: *Felinantia maxime contraria est consilio:* quia frequenter quod hodie videtur esse bonum, in crastino non videtur esse bonum. Tandem approbationem convenientium ad consilium requirere debet. Ecclesiastici 32. *Vir consilii non disperdet intelligentiam.* Glossa: *Quanto aliquid prudentius, tanto ad requirenda consilia prouior.* Proverbiorum 13. *Astutus omnia agit cum consilio.* Item Proverbiorum 24. *Erit salas ubi multa consilia sunt.* Item Proverbiorum 15. *Cogitationes, ubi sunt plures consiliarii, confirmantur.* Ecclesiastici 6. *Consiliarius tibi unus sit de mille.* Item 2. Regum 15. *Infatua quoque domine consilium Achitofel.* Et Ecclesiastici 32. *Sine consilio nihil facias & post factum non panietebis.* Quia ergo illa, quæ emanant a consilio, examinata sunt cum consiliariis idoneis, & diu deliberata, & a multitudine virorum illustrium approbata, qua tria faciunt ad excellentiam concilii, unde dicitur concilium. Secundo notandum est, quæ sit causa concilia celebrandi in Ecclesia Dei. Ad quod sciendum est, quod in Ecclesia quandoque emergunt aliqua ardua, quæ tangunt omnes, vel multos, & indigentes magno consilio, & adjutorio divino, & ideo convocandi sunt illi, quos haec tangunt, quia, sicut dicit Ius, quod omnes tangit ab omnibus debet approbari. Et etiam sunt convocandi, ut habeatur melius concilium, ad quod facit multitudo, ut prædictum est: quandoque enim Deus revelat uni etiam minori, ut dicit Benedictus, quod non revelat alteri majori. Et ut habeatur auxilium divinum: quia secundum verbum Evangelii: *Ubicunque*

duo, vel tres congregati sunt in nomine Domini, ipse est in medio eorum: quanto magis, ubi tot, & tanti congregantur in nomine ejus in concilio? Ad confirmationem autem harum rationum habet Ecclesia etiam auctoritatem, & exemplum celebrandi concilia, & a Deo, & a veteri testamento, & ab Ecclesia primitiva. A Deo, quia ipse Dominus multoties in Scriptura legitur, quasi habuisse cum Angelis concilium coram se congregatis de aliquo faciendo. Verbi gratia. Isaiae 6. ubi dicitur: *Audivi vocem Domini dicentis, Quem mittam, & quis ibit ex vobis?* Quod exponitur uno modo de Domino loquente ad Angelos, quarante quem mitteret pro salute generis humani. A veteri testamento. Unde dicitur Numerorum 16. *Ad universos proceres Synagoga, & qui tempore concilii per nomina vocabantur.* A primitiva Ecclesia, quia tunc facta sunt multa concilia ad tractandum de multis. Unum sub Petro Actuum 1. de electione viri Apostolici. Alterum sub Jacobo Episcopo Hierosolymitano de cessatione legalium. Actuum 15. Tertium sub Paulo de regimine Ecclesie. Actuum 20. sicut patet diligenter insipienti prædictæ capitula. Horum igitur exemplo auctoritatem præstante propter rationes prædictas facta sunt, & sunt concilia in Ecclesia, & maxime a tempore Constantini, secundum Isidorum, sicut dicitur distinctione 15. cap. *Canones*, quia ante propter hæreticos prævalentes non poterant viri catholici convenire. Tertio notandum, quod multa sunt, a quibus cavendum est in sacris conciliis. Ad quod intelligendum, notandum est, quod Judæi leguntur fecisse concilium contra Christum. Matthæi 26. *Concilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderent.* Item contra Apostolos. Actuum 5. *Principes Sacerdotum, & omnes, qui cum eo erant, convocaverunt concilium, & post statuerunt illos, scilicet, Apostolos in concilio.* Item contra discipulum Domini, scilicet, Stephanum. Actuum 6. *Concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in consilium, & statuerunt falsos testes.* Et porro hujusmodi concilium est malignantium, de quo dicitur in Psalmo 21. *Concilium malignantium obedit me.* Abiit autem ut aliquid istorum fiat in sacro concilio, sed potius ea, quæ ad Christi honorem, & status Apostolici in Prælatis servandum, & ad pacem discipulorum Christi pertinent, sunt agenda in eo. Item sunt aliqui, qui propter timorem Præfidentis in concilio, vel multitudinem astantium, quandoque non audent dicere illud, quod in corde sentiunt, de his, quæ Dei sunt. Quo contra dicitur in Psalmo 39. *Non abscondi veritatem tuam a concilio malo.* Alii sunt, qui ad ostentationem sui magnifica multa ibi gestiunt garrire. Sed hujusmodi concilium vanitatis detestatur David, Psalmo 25. dicens: *Non sedi cum consilio vanitatis.* Alii sunt, qui ludis, & solatii, risibus, & derisionibus, & aliis hujusmodi contumelioribus ibidem vacant, cum tamen omnia deberent ibi fieri cum timore Dei, & magna gravitate: quod abominans Hieremias cap. 15. dicit: *Non sedi cum consilio ludentium.* Alii, qui conceptum odium contra aliquos ibidem propalant injuste, contra eos ibidem aliquid procurare gestientes. Proverbiorum 10. *Qui operit fraudulenter odium, revelabitur malitia ejus in consilio,* scilicet, cum aget contra odiosum sibi manifeste. Alii sunt, qui initentes quibusdam visionibus, & somniis incertis, intendunt

pro-

propter illa aliquid ordinare, cum tamen sensus, & intentio sanctorum, ac tantorum virorum sint hujusmodi phantasias omnino præponendi? Propter quod bene dicitur Oseea 13. *Prophæte, qui vident vana, & divinant mendacia, in consilio populi mei non erunt.* Sunt igitur sex, scilicet, malitia Judaica, pusillanimitas in dicendo veritatem, ostentatio sui, levitatis dissolutio, persecutio injusta, phantasmatis credulitas, quæ sunt omnino in sacro concilio cavenda. Quarto notandum est, quod in conciliis sacris sunt promovenda magna, scilicet, spiritualia, sicut fiebat olim, ut patet in quatuor conciliis majoribus, & in aliis antiquis, in quibus de nullo fere agebatur, nisi de fide. Magnos enim, qui sunt in eis congregati, magna decent, & ideo de temporalibus, quæ sunt modica, non est in eis multum agendum: quod quia non fit interdum ab aliquibus, Bernardus deridet eos, dicens: *Optimi estimatores rerum, qui de maximis minimam, & de minimis maximam curam gerunt.* De his ergo, quæ pertinent ad Dei cultum, ad fidem catholicam, ad mores Christianos, ad expugnationem hæresum, ad resistendum Saracenis, & aliis infidelibus, ad pacem universalem, ad utilitatem Reipublicæ, & alia hujusmodi est ibi agendum in genere. Propter ista sunt singulariter proponendi articuli, propter quos est infinitum concilium, de quo agitur congregatum distincte, & aperte cum rationibus, & auctoritatibus sacræ Scripturæ. Non enim juribus positivis multum est utendum in conciliis, maxime generalibus, eo quod hujusmodi concilia sunt supra talia iura. Et sic patet, unde dicantur, & quare fuerunt concilia, & quid cavendum in conciliis, & quid proponendum in eis secundum quatuor paragrapbos suprapositos. Materia de prædictis. Thema, Isaiae 16. *In consilium, coge concilium.* Et nota, quod hoc dicit Spiritus Sanctus per Prophetam ad Moab, imminentie sibi periculo. Ex quo relinquitur, quod a Spiritu Sancto est, quod instantibus periculis habendum est concilium: ut melius habeatur, cogendi sunt homines ad veniendum ad concilium. Circa quod notandum est, unde dicatur concilium, ut supra.

II. De Synodis.

Notandum, quod secundum Papiam Synodus ex Græco interpretatum dicitur Conventus, vel Cœtus: licet autem secundum hoc quolibet concilium possit vocari Synodus; tamen quia in Concilio queritur consilium a Prælatis, qui ibi conveniunt, & non in Synodus, sed a Sacerdotibus: ideo nomen Concilii magis competit congregationi Prælatorum: Synodus autem congregationi Sacerdotum est reservatum. Scendum autem, quod Synodi sunt tribus de causis. Una est in recognitionem subjectionis. Si enim Sacerdotes parochiales non convenienter interdum ad matricem Ecclesiam, per lapsum temporis possint se subtrahere aliqui a subjectione debita, & confunderuntur limites Dioecesis. Ut ergo recognoscant subjectionem debitam, expedit eos interdum convenire coram Episcopis, & solvere didrachma cathedralicum, exemplo, & ratione ejus, quod dicitur Luce 2. *Ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem.* Alia est propter efficac-

efficiacorem correctionem. Multa enim mala sunt a Clero, & a Sacerdotibus dioecesis plena scandalis, qua male corriguntur a Praelatis, ab Archidiacobiis, Archipresbyteris: & ideo expedit multitudinem congregari, ut insurgat contra tales zelo Domini accensa, sicut dicitur de ciconiis, quod quando sunt congregatae, insurgunt contra illam que relitto compare suo recepit alium ad coitum, & eam totam deplumant, & dilacerant. Exemplum Judicium 20. de filiis Israel, qui congregati quadraginta milia dixerunt, quod non redirent in domos, donec ulcisceretur seclus commissum in uxorem Levite in Gabaa. Alia est propter eruditonem paternam. Praelati enim est erudire Sacerdotes, maxime propter hoc, quod in multis eorum est magna simplicitas, & est magnum periculum, quia habent alios regere, non possunt autem per singulos discurrere ad hoc faciendum: & ideo expedit eos congregari ad hoc faciendum, exemplo Jacob, qui dicit Genesis 49. *Congregamini, & audite filii Jacob, audite Israël patrem vestrum:* & ideo sunt semper Sermones in Synodo. Notandum iterum, quod ad Synodus solent venire, qui sunt simpliciter Clerici, alii qui sunt Clerici, & Sacerdotes, sed sine cura, & alii qui sunt Clerici, & Sacerdotes curati: & ideo sunt italia praedicanda, quod quilibet istorum secundum gradum suum, ibi do- Eriam recipiat ad se pertinentem. Circa primos notandum est, quod sunt quidam Clerici, qui vacantes iudis, & solatiis, & quibusdam pejoribus, vix veniunt ad Ecclesiam. Quo contra dicitur de sanctis Apostolis, Lucae ultimo: *Et erant semper in templo laudentes, & benedicentes Dominum.* Qui possunt confundi in iudicio ab Anna Prophetissa muliere, que, sicut dicitur Luca 2. *Non discedebat de templo.* Alii sunt, qui nolunt ordinari, vel in Ordinibus susceptis ministrare, quasi erubescentes, vel degignantates talia. Magna superbia: Rex David totis viribus etiam nudatus saltat, & psallit coram arca Domini. 2. Regum 6. & isti degignantur coram altari, & corpore Domini, & sanctis Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum in pulchris, & sericis vestibus ministrare: *Qui altaris deserviunt* (ait Apostolus. 1. Corinthiorum 9.) *cum altaris participant:* & isti volunt habere omnia, que sunt altaris, & altaris nolunt deservire. Alii sunt, qui peccata tam vivorum, quam defunctorum assidue comedunt, & bibunt, & de eis vessantur, ditantur, & honorantur, & tamen nec Horas canonicas, nec Officium mortuorum, nec aliquas orationes privatas, vel publicas pro eis dicunt, recipientes stipendia, & militare nolentes. Quo contra Bernardus: *Peccata populi comedis, proinde sollicitus es pro eis dignos genitus fundere.* Sunt ergo tria viae Clericorum praedicta, contra que dicitur. 2. Paralipomenon 29. *Vos elegit Deus, ut stetis coram eo, & ministretis ei, collatisque eum, & cremetis incensum.* Ut stetis dicit contra illos, qui Ecclesiam non frequentant: ministretis, dicit contra illos, qui nolunt servire in altari: *Colatis, & cremetis incensum ejus,* dicit contra illos, qui orationes non dicunt. Circa Sacerdotes notandum, quod Sacerdotis, inquit Sacerdos, est docere sacram Legem, Malachia 2. *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore ejus requirent:* & ideo debent legem Dei addiscere. Quo contra Ezechieli 22. *Sacerdotes ejus contempserunt legem meam:* & ideo

& ideo indigni sunt Sacerdotio. Ofce 4. *Quia tu scientiam repulisti, repellem ego te, ne Sacerdotio fungaris mibi.* Item ejusdem est offerre sacras ho- flias, sicut patet ex Lege, sed differt Evangelicus Sacerdos a legali in hoc, quod offert excellentissimam hostiam, & habet potestatem ipsam conficiendi. Sed heu sunt multi, qui hujusmodi hostiam non offerunt gratuita, sed cu- piditatis amore, ut patet in celebrantibus pro sola cupiditate. Malachia 1. *Quis est, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito?* Iti sunt sicut Judas, qui dixit: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Non sicut Martinus, super cuius celebrantis caput apparuit globus igneus in signum, quod charitas ejus hostiam elevabat in caelum, non declinabat cupiditas in profundum. Si autem Dominus sic fuit provocatus contra vendentes colum- bas in templo, ut eos cum flagellis de templo ejiceret, quid faciet de ipsis qui vendunt sacram ipsum Corpus? Item ejusdem est populum praecedere in via salutis, sicut in introitu terra promissionis Sacerdotes populum prae- debant. Iosue 3. *Sacerdotes iusta compleentes ambulabant ante eos:* quamvis multi e contrario praecedunt populum in via perditionis. Patet ex his, quod sunt tria, qua pertinent ad Sacerdotem, iuxta illud, quod dicitur in versu. *Sacra docens, sacra dans, & Dux facer esto Sacerdos.* Et nota, quod di- citur *sacra dans*, non vendens. Circa tertium notandum, quod ad Sacer- dotem curatum pertinet bono modo intrare Ecclesiam suam, propter quod dicitur Ecclesiastici 32. *Rectorem te posuerunt:* alii scilicet, tu non, te inge- rendo, aut illicite procurando. Item, cavere a superbia, qua facile solet in- vadere sublimatos, ut patet in Saul: & ideo subditur ibidem: *noli extolliri.* Item, in Ecclesia sua residere. Quis enim est pastor, qui non moretur cum ovi- bus suis? *Pastores,* inquit Luca 2. *erant in regione eadem, in qua scilicet, erant oves,* nec in aliis regionibus, & ideo subditur, *esto in ipsis,* id est inter illos. Item, amabilem se exhibere parochianis suis, sicut beatus Nicolaus omnibus se amabilem exhibuit. Hoc autem facit conformitas socialis, quia omne animal diligit sibi simile. Et ideo subditur: *quasi unus ex ipsis,* id est humili- liter, & sociabiliter inter eos converfans. Item, de animabus diligentem cu- ram habere, & ideo subditur: *curam illorum habe.* Et nota, quod animæ commendatae Sacerdoti sunt quasi depositum, & ideo de ipsis tanquam de de- posito bene custodiendo est magna diligentia habenda, 1. Timothei 6. *O Ti- mothee depositum custodi.* Item, sunt res valde pretiosæ, juxta illud Prover- biorum 6. *Pretiosam viri animam.* Item, sunt valde dilecta a Domino eas credente custodiæ Sacerdotis, juxta illud Sapientie 11. *Qui amas animas.* Item, valde facile perimit. Non enim sunt sicut aurum, vel res alia infusi- bilis se non movens, sed sicut homo fatuus, qui seipsum præcipitando occidit, nisi ei diligenter caveatur. Psalmus 61. *Interficitis universos.* Item, de ipsis exigitur ratio valde disticta. Ezechielis 34. *Ego ipse requiram oves meas de manu pastorum.* Item, male custodientibus animas imminet gravis pena. 3. Regum 20. *Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius.* Item, tam bene custodientibus reservatur magna retributio, quam bene docentibus his, qui custodiunt fructus ejus. Glossa: *Gemina- merces,* quia duplice honore digni sunt. Quia igitur animæ sunt depositum, & valde

& valde pretiosum, & valde dilectum a deponente, & valde difficile ad custodiendum, & de qua disticta ratio exigetur: & male custodientibus pena magna reservatur, bene autem custodientibus merces magna: convenit ut de eis, ut dignum est, custodiendis cura maxima habeatur. Materia de praedictis. Thema, 2.Timothei 4. *Ministerium tuum imple.* Et nota, narratis rationibus Synodi, quod ad Synodos solent venire tria genera hominum, ut supradictum est, quibus, ut sciunt quid agere debeant, expedit scire, quod sit officium eorum singulorum, juxta illud Colossemum ultimo: *Vide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas, circa primos.*

III. In convocatione Sacerdotum sub Archipresbyteris, (a) vel Archidiaconis.

Notandum, quod præter congregations, quæ sunt in Conciliis, vel in Synodis, sunt interdum congregations Sacerdotum pertinentium ad unum Archipresbyterum, vel Archidiaconum, vel Decanum, & hoc de consuetudine certo tempore, ut in Quadragesima, vel propter causas emergentes alii temporibus. Debet autem Præsidentes in hujusmodi congregationibus inquirere de statutis, & mandatis synodalibus, si habent, si serventur, etiam de mandatis Curia, vel Majorum, si executioni mandantur, & de confessionibus Sacerdotum, quibus, & qua auctoritate constentur, & summam de fama singulorum ab aliis inquirere fatem leviter. Et de his, quæ dicunt, vel pro legatorum procurationibus, vel pro aliis de causis, si ea solverent. Et si pro causis emergentibus fuerint convocati, causas illas proponere. Solent autem ad hujusmodi congregationes Sacerdotum interdum adducere aliquos de parochianis suis pro aliquibus causis expediens, & de suis defectibus consilium querens, & semper est aliquis Sermo faciens sic congregatis ad eorum instructionem. Et ideo debent providere prædicti Præsidentes, si sunt minus sufficiens, quod habeant aliquos bonos viros secum, qui sunt sufficiens, & in dandis consiliis, & in verbo Dei laudabiliter proponendo. Circa Sermonem autem, non andum, quod instruendi sunt in hujusmodi congregationibus Sacerdotes circa obedientiam, quam debent Majoribus, ut eam diligenter obseruent, mandata Curia, & aliorum suorum Majorum fideliter exequendo, juxta illud Iosue 3. *Sacerdotes iusta completes, scilicet Majoris sui.* Item circa diligentiam, quam debent habere de subditis in docendo, in consulendo, in corrigoendo, & hujusmodi, juxta illud Ecclesiastici 3. *Pecora tibi sunt, atende illis.* Item, circa regimen domus sue, ut non habeant in ea mulieres suspectas, & quam familiam habeant in provisione, juxta illud 1. ad Timotheum 3. *domui sua bene præpositum.* Præterea instruendi sunt, quomodo se habeant ad tyrannos, videlicet, ut non propter eorum timorem dimitt-

(a) De Archipresbyteris, atque Archidiaconis, eorumque officio, & auctoritate, sive agunt Thomassinus in sua veteri, & nova Ecclesia disciplina: Vanespen in Jus Ecclesiasticum universum: & Alcasera lib. 10. De jurisdictione Ecclesiistica, cap. 10. § 13.

dimittant eos excommunicare, vel excommunicatos denunciare, vel redarguerent excommunicatos vitare, & hujusmodi, secundum quod scriptum est de Elia. Ecclesiastici 48. *In diebus suis non pertinuit Principem.* Matthaei 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Item, quomodo se habeant ad extraneos, ut eis secundum possibiliter exhibeant hospitalitatem. Unde ad Titum 1. inter alia dicit de Episcopo, qui idem est, quod presbyter, sicut ibidem hospitalem. Item, quomodo se habeant ad miseros, ut sint omnibus hujusmodi in auxilium, sicut fuit inter Philosphos quidam, qui dicitur fuit auxilium miserrorum. Gregorius: *Sit rector singulis compassione proximus.* Et post haec Paulus dicit 2. Corinthiorum 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor, quis scandalizatur, & ego non uror?* Præterea instruendi sunt, quales debent esse in conscientia interiori, ut videlicet non habeant in ea maculam peccati, vel irregularitatis, vel aliquas tentationes, propter quod reddantur indigni ministerio divino. Levitici 21. *Homo, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedit ad ministerium ejus.* Item, quales in conversione exteriori, & quoad habitum, quoad gravitatem morum, & omnime-
dam honestatem: quod significatur per palchitudinem vestrum Sacerdotia-
lium, tam in veteri, quam in novo testamento. Psalmus 13. *Sacerdotes tui induantur iustitia: quod dicitur, quia quicquid exterius in eis appetit, debet esse interius.* Item, quales debent esse in fama, ut videlicet omnibus sint odor vitalis: propter quod ipsorum fuit, & est offerre incensum. Ecclesiastici 50. *Quasi flores roborum in diebus verni, & quasi lilia, quae sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus astatis.* Præterea instruendi sunt, qualiter se habeant in confundendo, ut videlicet in dubiis, quæ occur-
rant in foro Confessionis, vel alter, nunquam dent consilium, nisi prius consulant sapientes, ne forte per ignorantiam dantes malum consilium, se, & alios fecum perdant, juxta illud Luca 6. *Numquid potest cactus cacaumducere? nonne ambo in foveam cadunt?* Item, qualiter se habeant in mini-
strando Sacraenta, ut ne absolutionem penitentiale, vel Corpus Domini, vel alia hujusmodi Sacraenta conferant, nisi dignis, juxta illud Mat-
thaei 7. *Nolite sanctum dare canibus.* Item, qualiter se habeant in tractando parochianos, ut sicut pastores trahent oves, non sicut lapi, eos vexan-
do, excoriando, eis injurias faciendo, & crudeliter cum eis agendo in se-
pulturis, & hujusmodi, in extorsionibus, & exactionibus, & similibus, quæ quia multi faciunt, dicit Gregorius: *Considerate, quid in Dominico grege agatur, quando pastores sunt lapi.* Præterea instruendi sunt, si quis voluerit materiam dilatare, ut observent regulam, que de omnibus Pastoralibus intelligitur, quam scribit Apostolus 1. ad Timotheum 3. dicens: *Oportet ergo: in qua sunt 20. articuli.* Et illam, quam scribit ad Titum 1. dicens: *Si quis sine crimen: in qua sunt 15. articuli.* Et illam, quam tradit Gre-
gorius in Pastorali dicens: *Sic ergo necesse est: in qua sunt 10. articuli, Ma-
teria de prædictis.* Thema, Levitici 21. *Dixit Dominus ad Moyensem: Loquere
ad Sacerdotes.* Ex quo innuitur, quod prædicandum est Sacerdotibus. Cir-
ca Sermonem autem istum notandum est, ut supra.

IV. In Capitulis Generalibus Canonicorum secularium:

Notandum, quod Canonici Seculares habent interdum certum tempus, in quo debent omnes, qui volunt, convenire, & hoc apud eos Capitulum generale vocatur, in quo solent de majoribus negotiis suis tractare, quae sine hujusmodi Capitulis non possunt expedire. Sunt autem apud multos multa reprehensibilia in hujusmodi Capitulis: unum est, quod non solent Missam de Spiritu sancto, vel aliquas orationes praemittere, ut Deus dirigit eos. Et notandum, quod, sicut dicitur in libro de consolatione, Plato dixit, in rebus etiam minimis divinum auxilium implorandum. Item Hieronymus dicit: *In principio cuiuslibet operis orationem dominicam* (a) *premitte*. Item, tota Ecclesia in principio Horarum invocat auxilium divinum dicens: (b) *Deus in adjutorium meum intende*, Quam reprehensibile est ergo, quod isti, quando debent habere Concilia de suis majoribus negotiis, ad Dominum, sine quo nihil boni fieri potest, non recurunt? Non sic docuit Tobias, qui dixit filio suo, Tobiæ 4. *Omnis tempore benedic Deum, & pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia confilia tua in ipso permaneant*. Nota, quod jungit orationem, & consilia, quia in consilio semper est Deus invocandus. Aliud est, quod in hujusmodi Capitulo non prædicatur congregatis Canonicis, secundum illud Bernardi loquientis: *De quibusdam convenientibus vobis in unum, panem celestem nemo est, qui requirat; nemo qui tribuat*: Non secundum exemplum, quod habetur a Domino, qui quando erant discipuli congregati coram eo, fere semper prædicabat eis. Matthæi 5. *Cum sedisset, acceperunt ad eum discipuli ejus, & aperiens os suum docebat eos*. Nonne hoc in exemplum reliquit Vincarius ejus Petrus, qui cum venissent Apostoli, & Seniores, super questio[n]e de circumscriptione, furgens prædicavit, & dixit ad eos: *Viri fratres*. Sic Paulus ad Ephesios prædicavit eis, dicens: *Vos scitis*. Et nota, quod verbum Dei illuminat ad intelligendum multa, secundum illud Psalmi 118. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum &c.* Et movet ad volendum, juxta illud Actuum 2. *His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: quid faciemus viri fratres: quasi dicat: Voluntatem habemus faciendi, dummodo scimus quid faciendum*. Et dat gratiam ad juvandum, Proverbiorum 13. *Doctrina bona dabit gratiam*. Et ideo iustum est, ut semper in talibus congregationibus prediceretur, maxime de pertinentibus ad propositum, ut omnes dirigantur ad intelligendum, quid faciendum, ad illud volendum, ad illud faciendum. Aliud est, quod illi, qui convenient pro bono, faciunt multa mala: interdum in hujusmodi Capitulis oriuntur dissensiones, secundum illud Apostoli. 1. Corinthiorum 11. *Convenientibus vobis in unum, audio scissuras*. Interdum astutiores Fratres suos simpliciores decipiunt in distributionibus, & hujusmodi, secundum illud 1. Corinthiorum 6. *Vos injuriam facitis, & fraudatis: & hoc*

(a) Videbis que de oratione Dominica scribit Stephanus Durantus lib. 2. De ritibus c. 46.
(b) De origine precum Domine tabia mea, Dei in adjutorium meum intende; & aliis videndus Joannes Grancolas in Breviarium Romanum cap. 36.

fratribus. Interdum se invicem offendunt malis verbis, vel factis, contra illud 2. ad Corinthios 6. *Nemini dantes ullam offenditionem: & hujusmodi multa*. Quod reprobans Apostolus 1. Corinthiorum 11. *Non laudans, quod non in melius, sed in deteriorius convenit*. Aliud est, quod in hujusmodi capitulis de correctione, & de aliis spiritualibus pertinentibus ad salutem animarum parum, aut nihil tractatur. Unde Bernardus: *Convenientibus vobis in unum, nihil de salute agitur animarum, sed quod pejus est, si vult aliquis de his aliquid tractare, non habet auditores*. Unde Ecclesiastici ultimo dicit sapiens: *Respiciens eram in adjutorium hominum, & non erat: quia in his, que ad Deum pertinent, paucos inventi adjutores; & quod pessimum est, multi sunt impeditores eorum, qua ad salutem pertinent animarum, similes in hoc diabolo*. Propter quod Actuum 13. Paulus vocat Elymam magum diabolum per imitationem dicens: *O plene omni dolo, & omni fallacia filii diaboli, inimice omnis justitiae, non desitis subvertere vias regias Domini*. Aliud est, cum convenient propter bonum commune, parum de illo curant, sed intendunt propriis commodis suis, vel suorum procurandis. Contra quod dicit Tullius: *Qui Reipublica profutari sunt, duo præcepta Platonis teneant. Unum est, ut utilitatem civium sic teneant, ut quacunque agunt, ad eam referant, oblieti commodorum suorum. Secundum est, ut totum corpus current, ne dum unam partem tuerintur, alteram deserant*. Aliud est, quod in principio incipiunt tractare interdum de quibusdam minus utilibus, circa quæ tantum occupantur, quod labitur tempus capituli, & oportet eos dimittere majora, & utiliora, propter quæ convenerant, sicut facit insipiens Prædictor, qui habet multa bona, & utilia dicere, sed quandoque, & interdum moratur a principio circa prothema, vel alia minus utilia, quod oportet terminare sermonem, & meliora dimittere. Non sio docet Sapiens qui loquens de tractandis, Ecclesiastici 37. incipit a melioribus, scilicet a facultate, & justitia, sicut patet ibidem. Materia de prædictis. Thema, Isaiae 45. *Congregamini, & venite: & post: venite, & consilianni &c.* Quod bene convenit istis, qui congregantur a diversis locis in unam civitatem, deinde a diversis hospitiis in unum capitulum, ubi insimul habent consilium. Sunt autem multa reprehensibilia in hujusmodi capitulis, ut supra.

V. In Capitulis Generalibus, seu Consiliis Religiosorum.

Nota, quod sunt quidam Religiosi, qui licet habeant plura membra, tamen nunquam faciunt aliquam congregationem ad tractandum de bono communio. Contra quod dicitur 1. Machabaorum 8. *Romani quotidie consulebant trecentos viginti consilium agentes semper de multitidine, ut qua digna sunt, gerant*. O mira fatuus! Romani tractant quotidie per sapientes congregatos de bono communio: & hoc idem observant Italici. Sed isti Religiosi semel in anno, vel duobus, vel pluribus annis non congregant aliquos ad tractandum de bono statu sui. Alii sunt, qui eti[us] quandoque congregant ad Capitulum, tamen ibi nihil faciunt, nisi comedere, & bibere

lautius, & invicem folatiari, ut festum aliquod solemniter celebrantes, de qua congregatione dicitur Job 15. *Congregatio hypocrita sterilis est.* Religio enim hypocritarum est sterilis, quae nihil habet nisi habitum, & apparetiam quandam exteriorem: sic isti in suis congregationibus nihil faciunt boni, & ideo bene dicitur *sterilis*. Alii sunt, qui in eisdem congregationibus aliquid boni faciunt quoad utilitatem temporalium, exigendo rationem de debitis Prioratum, & hujusmodi: tamen de spiritualibus parum aut nihil curant. Si perit aliqua postesciunctula, tractatur diligenter, quomodo conservetur, sed si perit religio, non curatur. Si tyrannus diripit bona ecclesiae, statim excogitur confilium contra eum, sed diabolus diripit animas Fratrum per loca diversa, & non apponit aliquod remedium. Si habetur causa coram aliquo judice de rebus modicis, exquiruntur diligenter confilia super hoc, sed instat dies judicij coram aeterno judge, in quo multi comparebunt adversarii, & cogemur ad respondendum de omnibus dictis, cogitationis, & factis: & non est, qui apponat curam, quid tunc possit responderre. Ideo Bernardus deridens tales, dicit: *Optimi estimatores rerum, qui de minimis maximam, de maximis minimam curam gerunt: vocans minima temporalia, & maxima spiritualia.* Non sic faciunt viri sancti, sed congregantur in nomine Domini ad ea, quae ipsius sunt promovenda, secundum illud Isaiae 60. *Omnis isti congregari sunt, & venerunt tibi,* idest ad ea quae tua sunt facienda, & habent confilia de his, quae pertinent ad ipsius gloriam, secundum illud psalmi 88. *Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum:* de quibus faciendis tanto major spes habetur, quanto creditur, quod Dominus sit cum sic congregatis Matthaei 18. *Ubi duo, vel tres congregati sunt in nomine meo, ego sum in medio eorum.* Verum licet in istis sanctis congregationibus multa bona fiant, tamen solent interdum in eis quedam reprehensibilia esse, quedam, quae pertinent ad omnes communiter congregatos, quedam ad illos, qui sunt de corpore capituli, quedam ad judices, & hujusmodi capitulis praesidentes, quedam ad minores. Accidit enim interdum, quod cum Fratres, qui se ibi vident ad invicem, aliquas sanctas colloquitiones habere deberent, effundunt se in rumoribus secularibus, nugis, risis, & vanis dissolutionibus. Unde Bernardus. *Vobis in unam convenientibus, nihil de scripturis sanctis agitur, sed nuga, risis, & vanaverba in venustrum proferuntur.* Contra quod dicit Apostolus 1. Corinthiorum 14. *Cum convenientis unusquisque vestrum, Psalmum habet, doctrinam habet, linguam habet, interpretationem habet:* quasi dicat: De talibus loquimini ad invicem. Unde sequitur: *Omnis ad aedificationem fiant.* Item, interdum accidit, quod in hujusmodi congregationibus sunt multi excessus in cibis, in potibus, in lebisterniis, & in multis levitatibus, & in incessu, in statu, in habitu, & in aliis motibus ultra quam deceat sanctitatem talium virorum. Unde multi magni viri, qui ibi convenienti causa aedificationis, offenduntur, & scandalizantur, & status hujusmodi Religiosorum vituperantur. Contra quod 2. Corinthiorum 6. *Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros.* Item contingit interdum, quod aliqui non ambulantes secundum charitatem, inten-

dunt aliqua procurare in hujusmodi capitulis in confusionem, vel vindictam aliorum, vel aliquid aliud minus bene facere. Contra quod 1. Corinthiorum 16. *Omnia enim vestra in charitate fiant.* Ut ergo ista tria reprehensibilia evitentur, ab omnibus habende sunt sancta locutiones ad invicem: *cavendum est, ne aliquod detur malum exemplum extraneis: & attendendum est coram Deo, ne aliqua fiant intentione perversa.* Praterea contingit interdum, quod illi, qui sunt de corpore capituli, sunt minus idonei propter defecuum discretionis, vel zeli, vel auctoritatis, & hujusmodi: quod est valde indecens, cum ad eos pertineant majora negotia pertractare. Contra quod 2. ad Timotheum 2. *Qua audiisti a me, commenda fidelibus hominibus, quae idonei erant.* Item, aliquando sunt inter istos discoli, & alios perturbantes: quod debet esse longe a congregationibus sanctorum. 1. Corinthiorum 11. *Sic quis videtur contentiosus, nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei:* que est congregatio bonorum. Item, aliquando sunt inter istos aliqui, qui neglegunt aliorum commodis, solum suis, vel suorum negotiis procurandis dant operam: & ideo in electionibus, & in aliis hujusmodi declinant ad illos, quos favorabiles sibi fore reputant. Contra quod 1. Corinthiorum 10. *Nemo, quod suum est, querat, sed quod alterius:* & haec sunt tria reprehensibilia circa istos. Praterea circa judices est interdum reprehensibile, quod prateritas culpas tepide corrigit, & puniunt, similes in hoc Heli sacerdoti, qui filios suos tepide correxit. 1. Regum 4. Contra quod est illud Joannis 2. de Domino, qui peccata in templo commisit, tanto zelo corredit, quod propria manu hujusmodi flagellavit peccatores, innuens per hoc, quod peccata in templo Domini commissa, sunt aspere corrindenda. Item, interdum statuta, & ordinationes alias contra futura mala minus discrete faciunt, facientes hujusmodi quandoque in nimia multitudine, quandoque in nimia paucitate, quandoque ex causis minus rationabilibus, & hujusmodi: & hoc quia nimis audacter, & sine diligentia hoc faciunt. Contra quod 2. Paralippomenon 19. dicitur judicibus: *Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite.* Item, quandoque in petitionibus sibi factis, five ab intrinsecis, five ab extrinsecis minus se exhibent favorabiles in his, quae commode fieri possent, multos repellentes, & scandalizantes. Contra quod Luca 6. *Omni petenti te tribue, scilicet, vel quod petit, vel favorabilem, & rationabilem responsum.* Praterea, minores interdum male judicant corde suo de majoribus, & dicentes apud se: hoc male factum est, & hoc stulte, & aliud malitiose, & similia. Contra quod Ecclesiastici 8. *Ne judices contra judicem.* Interdum ore murmurant, sicut filii Israel contra Moysen frequenter murmurabant. Contra quod 1. Corinthiorum 10. *Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.* Interdum in opere minus devote obediunt, non ex animo mandatum implentes. Contra, quod beatus Benedictus: *Cum bono animo a discipulis obedientiam præberi oportet, quia bilaremi datorem diligit Deus.* Nam cum malo animo, esti obediat discipulus, esti impletat iussionem, tamen non erit accepta Deo, quia cor respicit Deus. Materia de predictis. Thema in Psalmo 110. *Confitebor sibi Domine in toto corde meo, in consilio justorum, & congre-*

congregatione. Et nota, quod in illis Religiosis, qui numquam congregantur pro capitulo, vel qui congregantur, & non accipiunt aliquod consilium, vel qui non accipiunt de spiritualibus, non inventur materia laudandi Deum: sed in congregatione Sanctorum, qui accipiunt consilium de spiritualibus, & carent supradicta reprehensibilia, est materia confitendi Deo confessione laudis.

VI. In Capitulis quotidianis Religiosorum.

Notandum, quod viri spirituales praesidentes in capitulis quotidianis Religiosorum inter alia, qua in eis faciunt, solent aliquas exhortationes facere, & debent maxime in conventibus venerabilibus. Cum autem non occurrit occasio alia de hujusmodi exhortationibus ibidem faciendis, potest sumi materia ab illis, qua quotidie sunt, vel recitantur in illis singulis, vel multis. Scendum igitur, quod sex sunt in illis. Primum est recitatio obitus Sanctorum illa die. Secundum est oratio ad imprestandum divinum adjutorium in divinis operibus. Ibi: *Sancta Maria*. Tertium est, leteo de Regula, vel Constitutionibus vel Evangelii. Ibi: *Fu
be Domine*. Quartum est, commemoratione familiarium defunctorum. Quintum est solutio silentii ad loquendum de bono. Ibi: *Benedicite*. Sextum est, laudatio divina de bene gestis, Ibi: *Laudate*. Circa primum notandum, quod sicut patet ex prologis super martyrologium Io. Theodosio Imperatore procurante factum est, ut qualibet die recitentur in Ecclesia obitus sanctorum: (a) quia tanta est multitudine hujusmodi obituum omni die, quod non possint de facilis comprehendi, dicitur post recitationem aliorum: & *aliorum plurimorum*. Porro hujusmodi recitatio fit ad eorum honorem, quia non perit eorum memoria, sed est perpetua. Item ad Dei propitiationem per preces eorum. Unde post recitationem obituum orando dicimus: *Sancta Maria & omnes Sancti*. Item, ad nostram edificationem pro exemplo eorum. Unde congrue subiungitur lectio de aliquo articulo Regule, vel Constitutionum, vel Evangelii, quasi diceretur nobis: Si Sancti tot, & tanta passa sunt pro Domino, quanto magis debemus nos ita modica facere? Volenti ergo sumere materiam exhortationis de isto obitu, potest sumere pro Thematice illud Psalmi, quod recitatur in ipso capitulo: *Pretiosus est in conspectu Domini mors Sanctorum ejus*. Et notandum volenti loqui de Sanctis in genere, quod illi, qui transirent de hac vita ad statum gloriae, dicuntur Sancti propter tres causas, quas habes in sermone de quoilibet Sancto. Volenti autem loqui de Martyribus, notandum, quod Martyres dicuntur propter tres causas, quas habes in sermone de Martyribus. Mors autem sanctorum non est pessima, ut peccatorum, sed pretiosa, et si non in oculis hominum, tamen in oculis Dei, sicut lapis, qui in oculis simplicium non est pretiosus, tamen in oculis sapientis est pretiosus. Dicitur autem lapis pretiosus, quia valet contra

(a) De lectione Martyrologii ad primam divini Officii Horam fuit differit Joannes Grancolas in Breviarium Romanum cap. 36. ubi omnium fere rituum, qui in hoc Sermone habeantur, fuit origo expenditum, Vide Baronium in Martyrologium,

contra aliqua mala: mors autem sanctorum liberat ab omni malo praesenti tam peccata, quam culpa. Item dicitur pretiosus, quia confert aliquod bonum: mors autem sanctorum confert omne bonum. Item lapis pretiosus eti si conferat aliquod bonum, confert illud ad tempus, sed mors in Sanctis confert bona eterna in eternum. Circa quod notandum, quod bonum facere, est difficile, quia virtus est circa difficile. Item, bonum habet multos impedidores, quia daemones, & mundum, & propriam naturam corruptant. Item homo est tanta impotentia, quod sine Deo nihil potest boni facere, & ideo necessarium est homini implorare auxilium divinum circa bona facienda omni die: & quia humana merita ad hoc non sufficiunt, expedit invocare auxilium Sanctorum, qui potentes sunt apud Deum ad hoc. Et sic facit Ecclesia, cum recitato obitu sanctorum, primo dicit: *Sancta Maria*. Secundo dicit: *Deus in adjutorium*. Tertio determinat circa quod petit adjutorium, cum dicto *Pater noster*, subiungit, *Respicere, &c. & orationem, Dirigere*. Materia de praedictis, Thema Psalmo 69. *Deus in adjutorium meum intende*. Circa tertium notandum est, quod apud Religiosos omni die feriali recitatur in Capitulo aliiquid de Regula apud aliquos, vel Constitutionibus apud alios. In festis vero diebus recitatur aliiquid de Evangelio. Cum ergo voluerit Pater spiritualis Praesidens in Capitulo in die feriali aliquam exhortationem spiritualem facere, providere debet, quid legendum est in illa die de illo, quod dici possit ad edificationem, excogitato potest proponere pro themate finita lectio illud Ecclesiastici 3. *Judicium patris audi te filii dilecti, & sic facite, ut salvi sitis*. Et nota, quod iudicium sententia dicitur examinata, & ideo bene dicitur iudicium patris quodcumque verbum regulare, quod a beato Augustino, vel Benedicto, Dominico, vel aliis Patribus traditur in eorum Regulis, & statutum est. Cum diligenter examinatione hoc audiendum est diligenter: & quia parum prodest auditus sine opere, faciendum est, & ideo dicit: & sic facite: & hoc non alia intentione, sed solum pro salute, & ideo dicit: *ut salvi sitis*. Cum autem voluerit in die festo de Evangelio aliquam exhortationem facere, praeviso quid de ipso Evangelio dici possit ad edificationem, finita lectio, potest proponere pro themate illud Matthaei 7. *Omnis, qui audit verba mea, & facit ea, similis est viro sapienti, qui adificavit domum suam supra firmam petram*. Vel alia multa de quibus habes in Titulo de impletione verbi Dei, & prosequi de impleendo verbum Evangelii auditum. Circa quartum, notandum, quod sicut in omni die fit commemoratione de obitu Sanctorum, ut nos adjacent, ita & de fidelibus defunctis, de familiaribus, & ut eos juvemus, cum sint in magna tribulatione, & eis multum teneamus, & possumus eos multis modis juvare. Thema 2. Machabaeorum 12. *Sancta, & salubris est cogitatio*. Ad hujus autem rei exemplum & Ecclesia catholica cogitat de subveniendo illis, qui sunt in tribulatione purgatoriali, & inter multa genera subventionum excogitat sanctam, & salubrem cogitationem, orare pro eis, & ideo fit de eis commemoratione omni die, ut oretur pro eis, ut a peccatis solvantur. Circa quintum, notandum, quod solutio silentii fit per *Benedicite*, ut per hoc innuat, quod in Capitulo nou

non est loquendum, nisi de bonis, ut est recitatio beneficiorum, petitiones orationum, orationes, tam pro vivis, quam pro defunctis, accusations, admonitiones sanctae, & familiae. Sed heu sit interdum contrarium. Nam aliqui ibi male accusant, aliqui nimis impatienter, aliqui contentiose. Et hujusmodi non est benedicere, sed male. Contra quod, Thēma Romanorum 12. *Benedicite, & nolite maledicere.* Circa sextum, notandum, quod in multis capitulis sunt interdum multa, super quibus Deus laudari non potest, ut sunt rebelliones ad maiores, discordiae ad invicem, acceptiones personarum, & in correctionibus murmuraciones, in ordinacionibus, & hujusmodi multa, qua omnino sanctis cavenda sunt, & omnia secundum ordinem, & honeste debent ab eis fieri, ut in omnibus glorificetur Deus, & praesidens possit in fine Deum laudare, & ad laudem alios provocando dicere: *Laudate Dominum.* Et etiam pro Themate exhortationis sumere: *Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.*

VII. In Electionibus (a) quibuscumque.

Notandum, quod in omni electione tam Ecclesiastica, quam Seculari, ab eligentibus est Dei voluntas sequenda, subjectorum utilitas attendenda, propria reprehensibilitas cavenda. Circa primum, notandum, quod contingit interdum, quod electores aliqui non habent Deum praes oculis. Unde contigit in quadam Ecclesia magna Cathedrali, quod cum tempore electionis cujusdam compromisit in quosdam, & in forma compromissi inter alias conditiones additum fuisset, quod secundum Deum eligerent, & hoc jurasset: habitu tractatu aliquo, compromissarii redierunt ad capitulum, dicentes, quod non possent concordare, nisi removeretur de compromisso predicta conditio, scilicet secundum Deum. *Quid plura?* Removerunt illam conditionem, secundum Deum, & concordaverunt non curantes de Dei voluntate in sua electione. Non sic fecerunt Discipuli in primitiva Ecclesia, in prima Ecclesiae electione, sed volentes eligere dixerunt, orantes, *Aetuum 1. Tu Domine, quis nobis corda omnium ostende quem elegeris;* quasi dicerent: Dummodo sciamus voluntatem tuam, parati sumus eligere, quem tu apud te elegeras. Cui concordat auctoritas Philosophi 3. Topicorum, dicens: *Quod magis eligit sapiens, magis est eligendum:* quanto magis quod magis eligit sapientia summa? O quam longe sunt ab ista consideratione multi electores! Sunt enim aliqui, qui habent intuitum solum ad potentiam electi, sed Dominus non sic. Baruch 3. *Iibi fuerunt gigantes nominati, illi, qui ab inicio fuerunt statura magna, scientes bellum, non hos elegit Dominus.* Sunt alii, qui habent intuitum ad personas eligendam elegantiam: Dominus autem non sic. Unde 1. Regum 16. Cum Samuel quæsivisset a Domino de Heliab filio Iisai, utrum ipse esset, quem elegisset, respondit Dominus: *Non respicias vultum eius, & altitudinem statura ejus, quoniam abjeci eum.* Nam iuxta intuitum hominis ego non judico, homo enim videt, qua parent, Dominus autem in-

(a) De electione, ejusque varijs generibus late Auctores agunt ad Titulum Decretalium de electione, lib. 1. Tit. 6.

intuetur cor. Alii habent oculum eligendo ad divitias, estimantes quod ex illis possunt multa bona provenire: Dominus autem non sic. Psalmus 77. *Et tribum Ephraim,* qui interpretatur frugifer, non elegit. Utinam attenderent Electores, quod Dominus non solum non elegit hujusmodi, sed contrario modo. 1. Corinthiorum 1. *Dominus elegit infirma mundi, contra primos, & contemptibilia, contra secundos, & ea qua non sunt, contra tertios.* Circa secundum, notandum, quod in dominante requiritur sapientia. Unde Salomon electus in Regem, ante omnia petiit sapientiam a Domino, qua, si deest in electo, ponitur clava potestatis in manu fatui, ex quo sequuntur mala innumerabilia in subjectis. Ecclesiastici 10. *Rex insipiens perdit populum suum.* Igitur Philosophus, ubi supra dicit, quod potestas sine prudenter non est eligenda. Item, in electo requiritur bonitas, qua, si deficit, gravat subjectos innumerabiliter. Proverbiorum 28. *Leo rugiens, & ursus esuriens, Princeps impius super populum pauperem.* Item requiritur, quod electus sit cordatus ad faciendum viriliter, que pertinent ad officium suum: non sit sicut idolum, quod nihil facit, nisi quiescere. Deuteronomii 16. *Nec facies tibi, atque constitues statuam, quam edidit Dominus Deus tuus:* quod intelligitur moraliter de Praelato inutili, qui est sicut idolum, secundum illud Zacchariae 11. *O pastor! & idolum derelinquens gregem!* & qui talis est, nullo modo est eligendum ad statutum sublimem. Quia igitur tot mala sequuntur in subditis ex defectu sapientie, bonitatis, & virilitatis in Praelatis, debet Elector quicunque caverre, ne aliquis carens ipsis, vel istorum aliquo eligatur, ut communis utilitati provideat. Circa quartum, notandum, quod Dominus Christus fugit, cum vellent eum eligere in Regem, Joannis 6. Item, cum fieret mentio de Saul, quod promovetum in Regem, abscondit se. 1. Regum 10. Item, quidam Gentilis, ut dicit Valerius Maximus, cum intraferet navem navigaturus ad quandam terram, in qua Regnum vacabat, audito a quodam conjecturatore, quod esset illic eligendum in Regem, exivit navem, & reddit domum. Mira, imo misera res. Christus, Saul, & Gentiles fugiunt regnum, & quidam Electores instantie electione aliqua ambiant suam promotionem. Contra quod Luca 12. *Nolite in sublime tolli.* Alii sunt, qui promotioni aliquorum bonorum, ut utilium Reipublice se opponunt ex aliqua iniuste, quam habent contra eos, similes Abner, qui promotioni David viri boni, & a Deo electi in Regem se opposuit pro posse suo, sed in fine mortuus est mala morte. 2. Regum 3. sic timendum est ipsis. Unde Luca 19. Christus dicit allegoriam: *Inimicos meos qui me regnare super se nolunt, adducite huc, & interficite ante me.* Unde isti nolunt Christum super se regnare, qui nolunt hoc de bono viro, quia, quod suis fit, ei fit, secundum illud: *Saul, quid me persequeris?* Alii sunt qui eligunt minus dignos quandoque ex amore privato, propter comodum suum, vel suorum, neglecto bono communis in damnum Reipublice. Contra quos Augustinus in Regula: *Charitas, qua sua sunt, non querit, sed communia propriis, non propria communibus preponit.* Quandoque eligunt minus bonos, cum aequaliter facile possint meliores habere. Contra quos 4. Regum 10. *Eligite meliorem, & eum, qui vobis placuerit de filiis Domini vestri:* F F & hoc

& hoc est de natura electionis; sed patet ubi supra, quod hoc, quod aliis præminet, magis sit eligendum. Quandoque alios ineptos ad regimētū eligunt, ut sunt inexperti. Contra quod Bernardus: *Probati eligendi sunt, non probandi: quis enim eligit ducem exercitus illum, qui nunquam fuit in aliquo conflitu, aut gubernatorem magnæ navis in mari, qui nunquam parvam naviculam gubernavit?* Primo igitur debet inveniri quilibet fidelis, antequam supra multa constituantur. Quandoque, quod pessimum est, eligunt homines crudelissimos, & diffamatos, qui sine pietate devorant populum, sicut dicitur in fabula de Ciconia, quam cum rana elegissent in regem, & sub ea crederent se posse esse in pace, ipsa eas sibi factas familiares comedebat, modo unam, modo duas, modo tres, modo plures. Sunt autem similes isti Electores Bachidi, de quo. i. Machabæorum 9. *Elegit Bachides viros impios, & constituit eos Dominus regionis.* Patet ex iam dictis, quod cum sit valde reprehensibile, ambitione anhelare ad sui promotionem, vel impide promotionem alicuius boni, vel minus dignum, secundum quatuor modos prædictos eligere, debet elector quilibet ab ipsis cavere, ne reprehensibilitatem incurrat. Materia de prædictis. Thema, Deuteronomii 17. *Eum constitues Regem, quem Dominus Deus tuus elegerebit de numero fratrum tuorum.* Et nota, quod tria prædicta notantur in hoc verbo. Primum in hoc, quod dicit, *Dominus Deus tuus elegerebit.* Secundum in hoc, quod dicit, *Regem.* Nullum enim nomen sublimius est personarum, sive Dominus, sive Prælatus, vel hujusmodi, quod ita sonet in utilitatem, sicut Rex, qui dicitur a regendo. Tertium in eo, quod dicit, *quem.* Quoad primum, in hoc quod dicit, *eum*, non te, quod est tertia persona, non prima: quoad secundum, in hoc, quod dicit, *constitutes*, non repellas: quoad tertium, in hoc, quod dicit, *quem.* Certum est enim, quod nullum indignum Dominus. Et nota, quod dicit, *de numero fratrum tuorum*, idest Iudeorum de genere, non de unica tribu, quod est contra multis, qui licet bonum virum querant extra domum, quando non habent in domo, tamen nolunt eligere, nisi de collegio suo, quamvis alii multis meliores inveniant. *Quo contra dicitur Ecclesiastici 45. Elegit eum ex omni carne.*

VIII. In electionibus Prælatorum secularium.

Notandum, quod in prima electione Prælati in Ecclesia, scilicet Mattheæ, fuit sermo valde solemnis, quia primaria Christianitas, quæ tunc erat, fuit ibi congregata, & Summus Pontifex scilicet Petrus fecit eum. Aetuum 1. *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit, &c. respice totum.* Item, fuerunt ibi orationes, & valde devote eadem, & orantes dixerunt: *Tu Domine, qui nosti corda.* Item, fuit in ea omnimoda sanctitas. Non enim fuit in ea aliqua ambitio alicuius aspirantis ad illam dignitatem, non aliquod genus simonia a munere manus, vel oris, vel cordis, non aliqua attractio alicuius ad partem suam, non preces aliqua pro promovendo aliquo, non oppositiones pro aliquo repellendo, non aliqua inten-

intentio alicuius propriis commodis, & non communibus assequendis, non contentio aliqua, vel dolositas ad involvendum simpliciores, non deviatio a propria conscientia propter amorem, vel timorem alicuius, non appellations, vel protelationes periculosæ, & hujusmodi multa vitiosa, quæ (proh dolor) hodie in multis electionibus inveniuntur, se totum Dei voluntati committentes, & ad illum solum respectum habentes, illum elegentur, quem fors divina, qua illo tempore uti licebat, eis ostendit. Ad hujusmodi ergo exemplar, quod Ecclesiæ monstratum est in eminentia apostolica, debet in omni Ecclesiastica electione esse sermo, & orationes, & sanctitas, exclusis vitiis omnibus, omnimoda inveniri. His præmissis, pro Themate, juxta illud Exodi 25. *Fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte.* Notandum, quod sunt aliqui Electores, qui sciunt aliquem esse male vitæ, & per consequens inimicum Dei, & nihilominus tanquam proditores Dei ponunt eum in arce Ecclesiæ per electionem, qua occupata, facit innumerabilia mala in Ecclesia, & hoc est, quod deplorat Hieremias Threnorum 1. *Facti sunt hostes ejus in capite ejus.* Alii sunt, qui etiæ in distributione terrarum semper pro posse elegant partem meliorem, tamen in electione Prælati preferunt interdum minus bonum, cum tamen optimus, qui possit inveniri, vix sit sufficiens: isti sunt similes alaudis, de quibus dicitur in fabula, quod cum haberent eligere regem, qui eas defendaret, relinxis aquila, & falcone, & alii avibus nobilibus, elegerunt bubonem. Contra quod Hieronymus super Leviticum: *Præstantior, sanctior, doctior, & omni virtute eminentior eligatur.* Alii, qui propter timorem, & favorem humanum eligunt contra conscientiam: & quando dicitur alicui: *Quare elegisti, non sciebas, quod talis erat?* Ait ille: *Timui offendere illum, vel tales, & tales, nisi ita fecissem,* & ita deviavi in conscientia. Vt talibus. Dicit enim Apostolus ad Romanos 14. *Omne quod non ex fide est, idest, contra conscientiam, peccatum est.* Et extundunt hoc Magistri in theologia in tantum, quod dicunt peccare mortales liter illum, qui contra conscientiam levat festucam de terra. Si autem intentio modico facto sic peccatur, quanto magis gravius in facto electionis, quod est quid maximum? Item, accedit interdum, quod aliquis ingerit se variis modis conando, ut ascendas dignitatem, non sicut Augustinus, qui fugiebat loca, in quibus vacabant Ecclesiæ, ne ipsum assumerent. Et similiter legitur de Gregorio, (a) & Ambroso, & aliis Sanctis multis. Hebreorum 5. *Nemo assumat sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron.* Item, alii viri exordes sunt, qui postquam assumti sunt, nihil faciunt contra diabolum, & exercitum ejus, scilicet virtutis: isti sunt similes buboni, de quo dicitur in fabula, quia postquam fuit electus in regem ab alaudis, ut eas defendaret, venerunt ad eum alaudæ conquerentes de accipitre, quod unam de sociabus suis cepisset. At ille: *Et ubi erat, dum capitur eam?* Et alaudæ: *Retro nos, cum pasceremus in agro.* At ille: *Stulte faciebat, quod ponebat se retro, & nihil aliud ab eo habere potuerunt.* Venerunt autem & alia vice similiter conquerentes. Ac ille interrogavit, ut prius. Alaudæ

(a) Vide Breviarium Romanum in Lectionibus 2. Nocturni die 12. Martii, & 7. Decembri.

responderunt, quod erat ante eas. Ac ille: Non debuit se ponere ante, sed in medio: & nihil aliud fecit. Venerunt & alia vice conquerentes, ut prius. At ille interrogavit ut ante, & alauda dixerunt, quod erat in medio earum. Ac bubo: Mirum est de vobis, conquerimini de re, in qua non potest apponi consilium: semper accipiter accepit alaudas, & semper capiet. Non sic debet facere electus, sed ad pugnandum esse virilis. Unde 1. Machabœorum 9. dixerunt Judei Jonathæ: Hodie elegimus te pro Iuda fratre tuo nobis in Iudicem, & Principem ad bellandum bellum nostrum. Item, contingit interdum, quod Electores, postquam posuerunt aliquem in folio, deferunt eum, nec eum juvant cum eo pugnantes contra mala. Contra quod, Saul cum esset electus pugnaturus contra hostes, mandavit per nuncios, per omnes terminos Israel, dicens: Quicunque non exierit, & secutus fuerit Saul, & Samuelem, ei sic fieri, sicut bobus ejus. Materiæ de prædictis. Thæma. 4. Regum 10. Elige meliorem, & eum, qui vobis placuerit de filiis Domini vestri, & eum ponite super folium patris sui. Et pugnate pro domo Domini vestri. Et nota, quod licet istud verbum sit Iehu zelantis pro domo Achab, tamen viri spirituales, & litterati solent hoc verbo, pro suo bene placito, ad alia uti, scilicet ad informationem Elektorum, qui habent de Ecclesia providere. Notantur autem sex in hoc verbo contra sex reprehensibilia supradicta. Primum in hoc, quod dicit: De filiis Domini vestri, scilicet Domini Dei, non de filiis diabolii. Secundum in hoc, quod dicit: Meliorem, non minus bonum. Tertium in hoc, quod dicit: Qui vobis placuerit, non aliis, scilicet, secundum propriam conscientiam. Quartum in hoc, quod dicit: Ponite eum super folium, non ipse se ponat. Quintum, & sextum in hoc, quod dicit: Et pugnate pro domo Domini vestri, vos, scilicet, & ipse.

IX. De electione Religiosorum.

Notandum, quod apud seculares solet interdum contingere, quod aliqui opposentes se electo, licet bono, malitiosè infamant eum, ut sic possint eum repellere. Hoc autem est peccatum diabolicum, de quo dicitur Ecclesiastici 11. In electis ponunt maculam. Aliquando, ut possint aliquem sibi conjunctum amicitia vel familiaritate carnali promovere, movent contentiones: hoc enim est peccatum carnale. 1. Corinthiorum 3. Cum sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis? Aliquando in promotione alicujus non intendunt bonum commune, nec bonum alterius, sed solum suum commodum: hoc autem est peccatum mundanum. Joannis 15. Mundus, quod suum erat diligenter. Decet autem viros religiosos, ut, sicut seculum reliquerunt, ita & ista via secularia evitent in electionibus suis, Levitici 18. Juxta consuetudinem terra Ægypti, in qua habitat, non facientes. Sunt autem alia via magis spiritualia, que solent interdum inveniri in electionibus eorum. Unum est, quod quandoque attendunt in electo magis utilitatem in temporalibus, quam in spiritualibus. Contra quod dixerunt Apostoli Actuum 6. Non est aquam nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensa: considerate, quos constituamus super hoc opus: nos vero

ora-

orationi, & ministerio verbi instantes erimus. Aliud est, quod quandoque preferunt in eligendo literaturam sanctitati, in quo est magnus error, quia scientia non confert sanctitatem, sed sanctitas confert scientiam, maxime in his quæ Dei sunt, de quibus omnibus docet Ecclesiasticus cap. 37. *Asimilatio viri sancti enunciata aliquando plus vera, quam septem circumpectores sedentes in excelso ad speculandum.* Ideo præferenda est sanctitas literaturæ in eligendo, sicut & ipse dominus fecit. Numerorum 16. *Quemcumque elegit Dominus, ipse erit sanctus.* Sanctus dicit, non litteratus. Aliud est, quod inter viros sanctos, interdum preferunt illum, qui est mollis circa disciplinam, illi, qui est rigidus. Unde dicitur, quod cum instaret electio in quodam monasterio dissoluto facienda, & Dominus terræ illius anhelaret ad promovendum ibi quandam fratrem suum, qui erat monachus, vocavit quandam advocationem ad habendum consilium cum eo, quomodo hoc posset fieri. Impetratis autem litteris Ordinarii, & aliis multis deprecatoris super illo facto de consilio advocati, venit prædictus advocatus cum litteris prædictis, & prædicto domino ad Monasterium prædictum die electionis, & ingressus Capitulum absente prædicto Domino, perleccis litteris persuasit eis, ut prædictum monachum eligerent, commendans eum multis modis de sanctitate, & religione. Cum autem egressus fuisse Capitulum quæsivit ab eo prædictus Dominus, quid fecisset. Qui respondit, quod bene, dicens inter alia, quod multum commendasset fratrem suum de religione. Quo auditio ille doluit ultra modum, supponens, quod si eum tales crederent, nunquam eum eligerent. Intrans Capitulum antequam procederent, dixit conventui: Domini, ego nescio, quid dixerit advocatus iste vobis de fratre meo: frater meus est potens propter genus suum, unde bene poterit defendere Abbatiam. Item, frater meus in multis Prioratibus habuit secum monachos, & semper tractavit eos in cibis, & vestibus bene, & hujusmodi, & ita confido, quod faceret hic, si esset Abbas. Item, audivi, quod quando aliquis de monachis suis offendebat, non fuit ei durus, sed benignè corrigebat eum, & manfuerit, & ideo non decipiāmini in eo, si talis placet vobis, talem habetis. De alia autem magna sanctitate, & religione non creditis alicui. His dictis, exiit Capitulum, & illi statim elegerunt eum, contraria facti Deo, qui propter mollietatem disciplinas rejecit Heli cum suis a sacerdotio. 1. Reg. 2. & Phinees propter zelum, quem habuit interficiendo transgressorum sublimavit in sacerdotium aeternum. 1. Machabœorum 2. Phinees pater noſter zelum Dei accepit testamentum sacerdotis aeterni. Ut ergo ista prædicta virtus caveantur, præferendi sunt in electione Religiosi, qui utilis sunt in spiritualibus, illis, qui in temporalibus: sancti litteratis, zelo ferventes tepidis. Item, notandum, quod sancti Patres docuerunt, quales debeant esse Praelati in religione. Unde Benedictus in Regula cap. 2. Abbas, qui praefesse dignus est monasterio, semper meminisse debet, quod dicitur, & nomen majoris factio implere. Christi enim agere vires in monasterio creditur, quando ipsius vocatur nomine, dicente Apostolo ad Romanos 8. Accepitis Spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus abba pater. Ideoque abbas nihil extra præceptum Domini debet aut docere,

aut

aut constitutere, aut jubere, sed iussio ejus, vel doctrina, ut fermentum divina iustitiae in discipulorum mentibus aspergatur. Sit memor semper Abbas, quia doctrina sua, vel discipulorum suorum obedientia, utrarerumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio. Sciatque Abbas, culpa pastoris incumbe quicquid in oīibus pater familias utilitatis minus posuerit invenire. Item Augustinus in Regula: *Prælatus circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum, corripiat inquietos, confortetur paſſi- lanimes ſuſcipiat infirmos, patiens fit ad omnes, disciplinam libens habeat, metuendus imponat, & quamvis utramque fit necessarium, tamen plus amari à vobis appetat, quam timet, ſemper cogitans, Deo ſe pro vobis reddituarum eſſe rationem.* Item, dicit Gregorius in Pastorali de qualibet pastore: *Sit ergo cogitatione mundus, actione præcipuus, silentio diſcretus, in verbo utilis, ſingulis compaſſione proximus, praे cunctis contemplatione ſuſpensus, bene- agentibus per humilitatem ſocius, contra delinquentium vitia per zelum iuſtitia erectus, interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam interiorum ſollicitudine non relinquens.* Quod ſi hoc requiritur in prælato ſeculari, quanto magis in religioſo, qui ad maiorem perfectionem tenetur? Ex his ergo appetat, quæ ſint conſideranda in eo, qui eligitur in religione in prælatum: requiritur, quod ſupradicta ha- beat vel in re, vel in ſpe. Item notandum, quod illi, qui habent eligere, debent indagare, & facere, quantum in ſe eſt, quod non errant, ſed eligant dignum: quia vero humana ratio ad hæc non ſufficit, debent conſulere Do- minum in Scripturis, & per orationes virorum sanctorum de hoc loquen- tium, ſicut olim familia faciebant, ut patet in principio libri Iudicium. Quia vero non ſufficit ſcire voluntatem Dei non facienti, ideo recurrendum eſt ad orationem, ut detur, quod faciendum eſt. Horum autem exem- pli habemus in electione beati Mathiae. Actuum 1. Ibi enim facientes quod in ſe erat, flattuerunt duos meliores, quos ſcire potuerunt. Deinde Domi- num conſuluerunt per ſortes, ſicut tunc ſiebat, & iterum oraverunt. Hæc autem tria decent præcipue viros religiosos, eti ab aliis omittantur in- terdum. Materia de prædictis. Thema, 1. Corinthiorum ultimo. Gratia Do- mini nostri Iesu Christi vobis ſum. Et nota, quod gratia Dei reficit pecca- tis, & docet hominem, & operatur in eo, ut probant multæ auctoritates. Et ideo bene necessaria eſt gratia viris religiosis in eorum electionibus, ut ſupradicta vita in primo paragrapho per hoc excludantur; & doceantur ta- lem eligere, qui habet, quæ in ſecundo paragrapho continentur, & fa- ciant, quæ in tertio continentur.

X. In ſolemni poſtulatione Elegti.

Notandum, quod interdum, quando aliquis eligitur, qui non eſt de gremio Ecclesiæ eligentis, eſt confiſum, quod nunciū mittantur fo- lemmes pro eo poſtulando ab illo, qui habet eum concedere. Cum autem venerint iſi nunciū ad locum, in quo eſt poſtulatio facienda, debent ſic procedere. Primo, debent procurare, quod certo die, certa hora, certo loco

loco conueniant boni viri multi cum prædictis nunciis coram illo, cui eſt po- ſtulatio porrigenda, ut & negotium per hoc magis authenticetur, & ſi ne- cesse fuerit, per eorum interceſſionem poſtulatio citius admittatur. Secun- do, in præſentia omnium ſic congregatorum legi debent litteræ procuracionis prædictorum nunciiorum. Tertio, debet qui propositurus eſt negotium pro- ponere, quaſi pro Thematē aliquod verbum theologicum notabiliter per- tinens ad negotium poſtulationis. Quarto, processum electionis breviter, & aperte proponere, omiſſis narrationibus, quæ ad rem non pertinent, & quantum fieri poterit, falva veritate, processum in Domino commendare, & poſtea decretum electionis legere. Quinto, caſas, quæ ſolent retrahere a confeſſione poſtulati bono modo tangere, & contra eas, rationes ad- ducre. Sexto, rationes efficaces ad confeſſionem poſtulati adducere. Septimo, cum omni humanitate, & instantia, & affectione personam ele- etam, five fit præfens, five abſens, poſtulare, concedi Ecclesiæ eligenti, applicato decenter Thematē prædicto ad modum poſtulandi. Circa tertium, notandum, quod unum de magis propriis verbis ſacrae Scripturæ, quod pertineat ad præfens negotium, ſicut in fine patebit, eſt illud Psalmi 118. *Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo Domine.* Circa quartum, notandum, quod quedam ſunt caufe generales, quæ interdum retrahunt a concedendo poſtulatum. Quedam particulares ſecundum diverſos caſus. Generales autem ſunt tres. Una eſt privata utilitas, quando yidelicet perſona poſtulata eſt neceſſaria illi, a quo poſtulatur. Sed contra hoc eſt, quod communis utili- tas præferenda eſt private. Unde Apoſtolus 1. Corinthiorum 10. *Non que- ren, quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant.* Et ideo cum in poſtulatione ſit communis utilitas multorum, non debet propter utilitatem privatam hoc aliquatenus impediſi. Alia eſt affectione familiaris, quæ non ſu- ſtinet dilectum elongari a ſe. Exemplum Genesis 42. de Jacob, qui Beniamin amantissimum ſuum non permettebat a ſe ſeparari, ut cum fratribus ſuis iret in Agyptum. Sed contra hoc eſt exemplum ejusdem, qui viuſt precibus fratribus pro neceſſitate communi, tandem hoc permifit. Genesis 43. Et bene- Charitatis enim dilectio fortior eſt omni amore carnali, & ideo debet filium a patre ſeparare, ſicut tangitur in Evangelio. Alia eſt timor dilecti. Sunt enim multa pericula, & alia innumerabilia mala, quibus ſubjiciuntur prælati, velint, nolint, quibus timet interdum prælatus aliquis, dilectum diſcipulum ſuum exponere. Sed contra hoc eſt exemplum de Deo, qui diſcipulos ſuos, quos hic valde dilexit, hujusmodi tribulationibus expoſuit, dicens. Ioannis 20. *Sicut misi me pater, & ego mitto vos in mundum, ſelicet ad tri- bulationes, & inter lupos, & famila.* Particulares caufe poſtulant eſſe multæ, quia ſecundum varios caſus, & circumſtantias variantur, ut cum electus habeat contradictionem, vel electus eſt multum invitus ad recipiendum, & familia, contra quos eſt opponendum, quando non ſunt rationabiles, prout poſtulant fieri bono modo. Circa ſextum, notandum, quod ſunt quedam ra- tiones generales inducitive ad recipiendum poſtulationem, quædam particu- lares. Generales ſunt tres. Una eſt divina vocatio. Cum enim ordinatio- nes generales Ecclesiæ creduntur a sancto ſpiritu processisse, quando aliquis eligi-

eligitur secundum formam canonica ab Ecclesia, contradicit Spiritui sancto, cui resistit, & fit similiis iudæis, de quibus dicitur Actuum 7. *Vos autem semper spiritui sancto resistitis.* Alia est fraterna charitas, qua requirit, ut frater juvet fratrem in sua necessitate. Et ideo cum una Ecclesia indiget persona alterius, debet ei liberenter concedi, ut sic per mutuum adjutorum fortiores efficiantur. Proverbiorum 17. *Frater, qui juvatur a fratre, quasi civitas firma.* Alia, proprium meritum. Multum enim meretur, qui commune bonum proprie utilitati anteponit. Augustinus in Regula: *Quanto rem communem magis, quam propriam curaveritis, tanto vos amplius proficere noveritis.* Particulares rationes sunt multæ secundum varietatem causum, ut est concors electio, spes proficiendi, desiderium communitate persona electa, & hujusmodi, qua prosequendæ sunt, secundum quod occurunt in singulis postulationibus. His prelibatis proponens negotium potest verbum suum dirigere ad illum, a quo fit postulatio in hunc modum. „Ecce, reverende Pater, & Domine talis, videtis quomodo canonica, & laudabilis sit electio Ecclesie talis, quæ me misit. Videtis etiam, quam inanæ sunt rationes, qua possunt allegari ad repellendam postulationem Ecclesie hujusmodi. Videtis iterum, quam efficaces sunt rationes ad admittendam postulationem praedictam, & ideo supplico vobis, vice talis Ecclesie, cum omni instantia, & genuflexione, & lacrymis cordis: & obsecro per illum verum Deum, qui dilectum filium suum postulatum in Mundo concessit, & misit, ut nos liberaret. Igitur, o bone Domine, supplico venerabilem virum talem ab Ecclesia praedicta electum, & postulatum a vobis, sub cujus est obedientia, concedatis eidem Ecclesie in Archiepiscopum, vel Episcopum, vel Abbatem. Et quia scio, quod vos nihil potestis facere sine Deo, ore te, Domine Iesu Christe! ut haec postulatio mea non excludatur ab auribus clementiae tue: sed intret in conspectu tuo, & fit tibi adeo accepta, quod inspires in corde ipsius, a quo fit haec postulatio, ut ipsum admittat, & in corde illius, qui postulatur, ut consentiat ad animarum salutem, & utilitatem Ecclesie talis, & ad honorem tuum, fili Dei! cui cum Patre, & Spiritu sancto est omnis honor, & gloria, per infinita secula seculorum. „Responsio vero, Ecclesiastici 5. *Si est tibi intellectus, responde proximo tuo: si autem, fit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indiscretum, & confundaris.* Et ideo quia indigamus deliberatione, ut plenius, quid respondere debeamus, assignamus diem talem in tali loco ad audiendam responsionem nostram.

XI. In solenni petitione consensus Electi,

Notandum, quod cum aliquis, qui eligitur, vel postulatur, seu conceditur non est praesens, est consilium, quod mittantur ad eum auncii solemnies ad inducendum eum ad consentiendum, quia sine assensu tali, non potest fieri matrimonium spirituale. Debet autem nuntii misse, cum venerunt ad locum, in quo est, procedere eo modo, quo dictum est in praecedenti Titulo, de postulatione, & addere recitationem litterarum de concessione postulati, si fuerit postulatio post concessionem decreti. Porro ad

pro-

propoundendum de Thematice videtur satis idoneum verbum illud Iudicium 18. *Veni nobiscum, ut habeamus te patrem, & sacerdotem.* Circa causas autem generales retrahentes ab hujusmodi consensu, notandum, quod aliqui boni viri, licet non habeant impedimentum canonicum, & sint sufficienter dotati in his, qua pertinent ad regimen, tamen renuent accipere hujusmodi dignitates, quandoque causa humilitatis. Unde Gregorius: *Sunt nonnulli, qui ex sola humilitate præesse refugunt, ne eis, quibus se esse impares existant, preferantur, sed licet hoc ad tempus refugere sit laudabile, tamen pertinaciter finaliter resistere non est laudabile, neque humilitas vera.* Unde Gregorius, & Ambrosius, & alii multi Sancti electi, licet refugerint ad tempus hujusmodi dignitates, tamen finaliter conseruerunt. Gregorius: *Neque enim vere est humilius, qui superni natus arbitrium, ut debeat præesse, intelligit, & tamen præesse contemnit.* Quandoque amore quietis contemplativæ, quam nolunt amittere. Exemplum Iudicium 9. de oliva, quæ pinguedinem, & ficiæ quæ dulcedinem, & vite quæ vinum letificans noluerunt dimittere, ut præfissent. Sed hoc reprobat Gregorius, dicens: *Sunt nonnulli, qui magnis muneribus dotati, de solius contemplationis studiis inardescunt, patientiam in utilitate proximorum in prædicatione refugiant, statum quietis diligunt, secessum speculationis petunt, de quo si districte judicentur, ex tantis procul dubio rei sunt, quantis venientes ad publicum præesse potuerunt. Quia enim mente is, qui proximis tantum profuturus eniteceret, utilitatì aliorum præponit quietis suæ amorem, cum ipso summi Patris Unigenitus, ut multis prædesset, de fini egressus est ad publicum nostrum?* Quandoque timore periculorum, que sunt in prælatione. Sed attendendum est, quod sunt quedam pericula certa, ut quando electio est simoniaca, quedam incerta, ut sunt omissiones circa electiones, & hujusmodi. Propter certum periculum bene fugienda est prælatio, si autem propter incerta esset fugienda, tunc non debet esse aliquis prælatus in Ecclesia, quia omnes subjacent illis periculis. Ideo Apostolis clamantibus Matthæi 8. *Domine! salva nos, perimus, increpando, Deus dixit ad eos: Quid timidi esis modice fidei?* Deposita ergo hujusmodi pusillanimitate, & posita fiducia in Domino, melius est succurrere, pereuntibus cum aliquo periculo incerto, quam semper stare in statu securiori, & negligere pereentes: sicut laudabilior est miles, qui egreditur de thalamo tempore hostilium ad succurrentum hominibus, quam uxor ejus semper stans in tuto thalamo, juxta illud Ecclesiastici 42. *Melior est iniurias viri, quam malier benefaciens.* Circa causas particulares retrahentes, nota, quod sunt aliqua interdum, ut impedimenta canonica, contra quas non debet aliquid dici, nisi hoc solum, ut, si est casus dispensabilis, rogetur, & inducatur electus. Contra alias vero, quæ non sunt canonica, secundum eas rationes variae adducendæ sunt ad eas rationes. Circa rationes generales inclinantes ad consentiendum, notandum, quod status prælationis multum efficacior est ad animarum salutem operandam, quam status simplex. Et hoc propter autoritatem, & potestatem, & hujusmodi, quæ resident apud prælatum. Et ideo bene dicit Apostolus 1. Timothei 3. *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: scilicet, operationem salutis animarum,*

quo zelo nullum sacrificium majus est, sicut dicit auctoritas. Et ideo zelus animarum debet movere bonum virum, qui debet esse zelator animarum ad recipiendam prælationem. Item, quando aliquis recepit a Domino talenta donorum, ex quibus alii prodesse potest, nisi ex eis negotetur, & lucrum Domino acquirat, dignum est illis privari, & hoc modo habet amittere gratiam. Sunt nonnulli, qui eximia dona percipiunt, qui culmen regiminis recipere renuant: ipsa plerumque sibi admunt, quæ non pro se tantummodo, sed pro aliis acceperunt. Grave est hoc, sed gravior erit confusio, quam habitus est, qui hujusmodi est in distributione divina. Gregorius: *Ecce venit, de negotio meo lucrum requirit: quid nos miseri sumus dicturi, qui ad Dominum post negotium vacui redimus?* Sed gravissima erit poena, quæ tali reservatur. Matthæi 25. *Inutilem servum ejicite in tenebras exteriores, ubi erit fletus, & stridor dentium,* Quod dicitur de servo, qui nihil de talento fuerat lucratus. Ex his ergo patet, quod donorum Dei collatio debet inducere ad idem. Item, Scriptura veteris testamenti ad idem incitat, Proverbiorum 11. *Qui suscepit animas, sapiens est.* Similiter novi testamenti, Lucæ 10. *Caram illius habe.* Similiter, scilicet, doctrina sanctorum. Unde Gregorius in pastorali, cap. 5. inducit ibidem auctoritates Evangelicas, & Apostolicas, & etiam veteris testamenti, sicut patet insipienti capitulum illud. Et sic patet doctrina tam veteris, quam novi testamenti, quam etiam Sanctorum, videlicet ad idem, & sic sunt tria, scilicet zelus animarum, donorum Dei receptio, sacra doctrina ad hujusmodi induciva circa rationes particulares. Nota, quod possunt esse multæ, ut concors electio, desiderium, & spes de fructu, & hujusmodi, quæ secundum varios casus induci debent, prout competunt. His præmissis proponens negotium, se convergens ad electum dicat, *Ecce, Domine talis, videtis, quam canonica, &c.* ut supra in capite præcedenti. Videtis quam inanes, ut supra, ad diffensionem tiendum ab electione ista. Videtis quam efficaces sunt rationes ad consenserendum: & ideo supplico, Domine, auctoritate talis Ecclesiæ cum omnibus instantia, & affectione, & obsecro per Dei filium, & Beatisimam Matrem ejus, utens verbis tribus Dñi ad levitatem de monte Ephraim, qui ei consensit, ut tu consentiens electioni prædictæ nobiscum eas, ut habeamus te patrem, quoad subditos, qui hoc desiderant, te expectant in sacerdotem, quoad Deum, ut sub paternitate tua sic per te regantur isti filii in praesenti, & tua meditatione sic Deo reddantur accepti, quod in fine ad illam beatam hereditatem perveniant, quam filii adoptionis omnibus acquisivit suo sanguine Dei filius Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu Sancto est omnis gloria, per infinita sæcula sæculorum, *Responso.* Ecclesiastici 8. *Tempus, & responsum cor sapientis intelligit.* Rechte temporibus respondendi est observandum. Igitur propter multas tales causas affligamus vobis diem talem ad audiendum responsum in tali loco, ne nimis festinantes insipienter agamus.

XII. In solemni responione de non admittenda postulatione.

Notandum, quod cum veniant, qui primo fuerunt in propositione negotii, & alii, qui noluerunt, ille, qui dabit responsum, debet in primo proponere verbum Theologicum notabiliter pertinens ad propolitum pro Thematè, quod in fine competenter possit aptari ad conclusionem negotii. Sic in postulatione potest proponi, cum non debet admitti, illud Ecclesiastici 5. *Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, ut intelligas, & cum sapientia proferas responsum verum.* Item notandum, quod in omnibus agendis dubiis, sicut docet sacra Scriptura, debemus recurrere ad orationem. 2. Paralipomenon 20. *Cum ignoremus, quid agere debeamus, id folium habemus refidum, ut oculos nostros dirigamus ad te.* Item ad consilium. Tob. 4. *Consilium semper a sapiente require;* quanto magis in talibus? Item debemus diligenter deliberare. Proverbiorum 4. *Palpebra tua, scilicet, deliberationis, præcedat gressus tuos.* Item notandum, quod tres sunt causa generali quare postulatus, licet rationabilitè postulatur, potest rationabilitè non concedi. Una est utilitas magna propriæ Ecclesiæ. Licet enim utilitas communis præferenda sit privatæ, aliis paribus, tamen propria, licet minor præferri potest alienæ, quia plus debet homo se diligere quam alios, secundum ordinem charitatis, juxta illud Eliae 3. Reg. 17. *Primo mibi.* Et ideo cum postulatus est multum utilis, vel necessarius illi, a quo postulatur pro fe, vel Ecclesia sua, potest rationabilitè negari. Alia est pax domesticorum, qui solent ex hujus bona personæ subtractione turbari: & ideo, etsi postulantes ex repulsione turbentur, minus curandum est de eorum turbatione, quam de turbatione domesticorum, quia bonum istorum præferendum est bono illorum. Ad Galatas 6. *Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.* Alia causa est valor personæ. Rem enim pretiosam non de facili separant homines a se, juxta illud Tobiae 10. *Omnia in te uno habentes, non te debuimus mittere ire a nobis.* Sic ergo patet, quod tres causa sunt, scilicet, propria utilitas ex parte illius, a quo petitur postulatus: pax domesticorum ex parte proximorum: pretiositas personæ ex parte postulati. Præterea possunt concurrere cum istis multæ cause particulares, quæ proponi possunt, maxime si potest eas auctoritatibus divinis fulcire. His præmissis, cum postulatio non admittitur, potest qui dabit responsum, applicans Thematè supradictum ad suam responzionem, sic dicere, *Quoniam ego, & Dominus meus, pro quo respondeo respximus in sacra Scriptura, in qua continetur Dei verbum, ad quod mittit sapientiæ volentem sapienter, & vere respondere cum dicit: Esto mansuetus &c. & secundum, quod in ea invenimus faciendum in praesenti negotio, recurrimus ad Deum per orationes, habuimus enim consilium sapientum, & deliberavimus diligenter, & deliberando invenimus, quod secundum sacram Scripturam ipse postulatus non concedi debet, propter causas supradictas.* Omnes autem istæ cause concurrunt in postulatione nostra. Nam persona a vobis postulata, est nobis quamplurimum necessaria. Non posset enim subtrahi Ecclesiæ nostræ absque gravi turbatione nostræ.

„ nostrorum . Fatuum etiam posset reputari , quod tam pretiosam thesaurum alienaremus a nobis nulla necessitate cogente , & ideo his innitentes rationibus non concedimus eum vobis . Rogamus autem , ut vos attendentes , quod etiam Dominus multa , quae rationabiliter petuntur ab eo secundum intentionem petentium , rationabiliter negat , hoc feratis patienter . Non enim in aliquo reprehendimus vos , vel vestram postulationem , sed per omnia laudamus in Domino , quamvis rationes nostras vestris preferamus . Obscuramus etiam vos per charitatem , quae pacis est vinculum , ut nos habeatis super hoc excusatos , & apud vestros , tam clerum , quam populum excusare velitis .

XIII. In solemnni responsione de postulatione admittenda .

Notandum , quod cum postulatio admittitur , in die assignata ad respondentum congregatis illis , qui voluerunt , & debuerunt interfesse , a respondentे proponi debet illud verbum Sapientie 6. *Qui didicerint iusta , invenient , quid respondeant* . Circa quod , notandum , sicut non est petendum , nisi quod justum est , secundum illud Catonis : *Quod iustum est perfito : & in David : Exaudi Domine iustitiam meam , idest , illud iustum , quod peto : ita negari non debet , quod juste fuerit postulatum* . Unde Dominus dixit Moysi Numerorum 27. *Iustam rem postulant filiae Salphae : quasi dicat , & ideo sunt exaudienda* . Notandum autem , quod tria sunt , quae licet multum possunt obstatre postulationi , tamen servi iustitiae non debent obstatre . Unum est proprium damnum . Proverbiorum 12. *Qui negligit damnum propter amicum , iustus est* . Alia est propria voluntas . Non enim justum est , ut propriam voluntatem ideo debeamus dimittere , quin faciamus aliis , quod ab eis fieri nobis volumus . Matthaei 7. *Omnia quacunque vultis , ut faciant vobis homines , & vos facite illis* . Aliud est faciendi libertas . Requirit enim a Christiano abundantia iustitiae , secundum illud . Matthaei 5. *Nisi abundaverit iustitia vestra : & idea non solum ea , ad quae tenemur , quod est iustitia , debemus facere , sed ultra , quod est iustitia abundantia* . His prænotatis , potest respondens sic dicere postulantibus „ *Quoniam per rationes a vobis propositas edocē sumus , quod postulatio vestra justa est , & per rationes prædictas a vobis auditas , habemus conscientiam , quod non sit justum repellere postulationem vestram , neque propter damnum proprium , neque propter propriam voluntatem , neque propter eam , quam habemus in hujusmodi libertatem , sic , inquam , per iustitiam , quam discernimus , invenimus , quid respondere juste possumus , auctoritate nobis in hac parte a Deo concessa , concedimus vobis . in nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti (Carissimi) nostrum venerabilem virum talem , ut ad talem dignitatem , ad quam eum elegiſſis , libere posſit habere eundem , & rogamus Dominum Iesum Christum , ut ipſo favente , ejus promotoio proveniat ad animarum salutem , & utilitatem Ecclesie , & patriæ vestræ , & ipsius gloriam , & honorem , qui cum Patre , & Spiritu Sancto vivit , & regnat Deus , per omnia secula seculorum .*

XIV. In solemnni responsione Electi de negatione consensus .

Notandum , quod Electus habet interdum impedimentum canonicum , & tunc nullo modo debet consentire , nisi primo dispensetur cum eo . Interdum autem habet super consensu præceptum obedientia , & tunc nullo modo debet respire , nisi haberet impedimentum canonicum , in quo præcipiens non posset , vel nollet dispensare . Interdum autem neutrum istorum concurrit cum electione , & tunc est in optione Electi consentire , vel dissentire . Cum autem noluerit consentire , potest in die responsionis facienda proponere pro thematic verbū illud Ecclesiastici 8. *Nos te præterea narratio seniorum . Ipsē enim didicimus a patribus suis , quoniam ab ipsis discimus intellectum , & in tempore necessitatis dabis responsū* . Et nota , quod status prælationis est valde periculosis . Augustinus in Regula num. 11. *Quanto , quis est , in loco superiori , tanto in periculo majori versatur* . Unde & multi transentes ad statum prælationis , ut alii succurrant , cum ipsis pereunt . Quid autem homini prodest etiam si totum mundum lucraretur , seipsum autem perdat ? Et ideo propter hujusmodi periculum evitandum , multi fugiunt prælations . Proverbiorum 22. *Callidus videt malum , & abscondit se . Innocens , idest , simplex , pertransiit , & afflictus est damno* . Item , requirit magnam perfectionem . Gregorius in pastorali : *Cum causam propria electionis præcisus suscipit , quasi ad ægrium medicus accedit . Si ergo ejus in corpore adhuc passiones manent , qua præsumptione percussum mederi properat , qui in facie vulnera portat ? Ille ergo illuc debet ad exemplum vivendi prostrabi , qui cunctis carnis passionibus etiam moriens spiritualiter vivit , qui prospera mundi postposuit , qui nulla adversa pertimebit , qui sola interna desiderat , cuius intentioni congruens , nec omnino per imbecillitatem corpus , nec valde per contumaciam repugnat spiritus , qui ad aliena capienda non ducitur , sed propria largitur , qui per viscera pietatis citius ad ignoscendū flectitur , sed nunquam plus quam deceat ignoscentis ab arce retilitudinis inclinatur , qui nulla illicita perpetrat , sed ab aliis perpetrata deplorat , qui ex affectu cordis aliena infirmitati compatitur , sicut in bonis proximi , sicut in suis projectibus , letatur , qui ita se imitabilem certe in cunctis , quae agit , infusat , ut inter eos non habeat , quod saltus de transactis erubescat , quis sic studet vivere , ut proximorum corda arentia doctrina fomentis valeat irrigare . Ideo multi fugientes obligationem ad tantam perfectionem , nolunt ascendere ad statum prælationis . Gregorius : Imperfecti quique culmen accipere regiminis non audeant . Item , requirit virilem pugnam contra mala , sicut faciebat ille Prelatus , de quo dicitur Apocalypsis 2. *Non potes sustinere malos* . Contra Ezechielis 13. dicitur de quibusdam : *Non ascendetis ex adverso , nec oppoſiūtis vos murum pro domo Israel , ut stareis in prælio in die Domini* . Et ideo multi sententes sibi hujusmodi virilitatem deesse in abundantia malitiae presentis temporis , refugiunt prælationem secundum consilium sapientis , dum &c. Ecclesiastici 7. *Noli querere fieri iudex , nisi valeas virtute irrumpere iniqüitates* . Item multi magni viri , & magna perfectionis renuent hujusmodi dignitatem . Exemplum Judi-*

Judicium . 9. de oliva , & fico , & vite , quæ renuerunt præfætæ aliis lignis : Ramnus autem , quæ est vilissima inter arbusta , non renuit . Ramno ergo , & non nobilibus arboribus est similis , qui pronus est ad dignitatem recipiendam . Item multi magna auctoritatis viri , postquam experti sunt statum prælationis , dolent ad mortem , quod unquam reeperunt hujusmodi dignitatem . Exemplum de Moysæ , qui dicit Numerorum 11. *Domine obferco , ut interficias me , & inveniam gratiam apud te , & in oculis tuis , ne tantis officiar malis .* Quam stultus ergo est , qui hujusmodi dignitates libens recipit , de quarum receptione viri sapientes ita dolent ? Utinam qui dignitates affectant , cum illis conferant , qui earum statum junc sunt experti . Item , nota , quod status prælationis requirit multam sufficientiam in Prælato , & quoad artem medicandi per sacramenta , & quoad paſtum doctrinæ , & quoad scientiam , & quoad lucem vitæ per exemplum . Et ideo , qui istis caret , non debet afflumere prælationem . Isaia 3. *Respondebit in illa die dicens : Non sum medicus , quod primum ; & in domo mea non est panis , quod secundum ; neque medicina , neque vestimentum , quod ornatum exterius , quod tertium .* His præmissis , vel aliquibus istorum , potest dicere respondens sic „ Hæ sunt narrationes seniorum , videlicet Sanctorum antiquorum , & qui expouuerunt Scripturas , quibus edocti , quid responderem debeam , in instanti necessitate respondebo , quod propter pericula qua video in statu prælationis , & obligationem ad maximam perfectionem , quam nolo subire , & malitiam præsentis temporis ad quam irrumperem non sentio in me vires , & propter exempla magnorum virorum , qui hoc renuerunt , & propter penitentiam similitum , qui de receptione prælationis in imensem doluerunt , & propter insufficientiam valde magnam , quam ad hujusmodi rem arduam habeo , nul latenus consentio electioni isti . Rogo autem vos Carissimi , ut hæc non habeatis pro malo . Non enim renuo vos , dignitatem istam in aliqua contemnens , sed anima mea providens . Reddo autem vobis , & Ecclesiæ vestre gratias , quantas possum , quod sicut me supra merita mea , voluntis honorare , & ex hoc reputo me in perpetuum obligatum vobis ad obsequia charitatis . Rogo autem Dominum Iesum Christum , ut ipse vobis provideat per suam clementiam de magis idonea persona ad utilitatem Ecclesiæ vestre majorem , & ad sui nominis gloriam , & honorem .

XV. In solemnni responseione Electi de consensu.

Notandum verbum proponendum in die responionis . Ecclesiastici 32. *Fili sine consilio nibil facias : & post factum non penitebis .* Nota , quod consilium valet ad tria , scilicet ad custodiæ hominis a malo , ne illud faciat . Proverbiorum 2. *Consilium custodiet te .* Item ad sapientiam , quia ipsa in consilio habitat . Proverbiorum 8. *Ego sapientia in consilio habito .* Item ad divinam præsentiam habendam . Exodi 18. *Audi verba mea , atque consilia , & Dominus erit tecum .* Sed sunt aliqui , qui proprio sensu innitentes , non curant de consilio alieno . Ecclesiastici 37. *Est consilia*

filiarius in semetipso . Ex quo sequuntur multa mala . Contra quod ibide: *Ante omnem actum præcedat te consilium stabile .* Sunt alii , qui quandoque querunt ab illis , de quibus credant , quod consulunt eis secundum voluntatem suam , sicut dicitur de quadam Episcopo , qui cum habuisset consilium cum multis bonis , de danda quadam parochia , & ipsis nominantes bonos viros , cum non consulissent ei secundum cor suum , tandem quæsivit consilium a coquo suo , qui consuluit eum , ut daret eam cuidam nepotulo suo parvulo , quod fecit . Contra quod Tobie 4. *Omnia consilia tua in eo permaneant : videlicet , ut Dei voluntatem , & non tuam quæras in consilio ; & ideo ne erretur in consilio , consulendus est Dominus in oratione , consulendus est in Scripturis , quæ ejus annunciant voluntatem , consulendus in hominibus talibus , per quos credatur consilium Domini revelari .* Sunt autem tria , quæ ad hoc valent . Unum est multitudo , quia quandoque revelatur uni , quod non alteri . Proverbiorum 11. *Salus ubi multa consilia .* Aliud est sapientia . Ecclesiastici 8. *Cum fatuus non habeas consilium ,* Non enim poterunt diligere , nisi quæ eis placent , etiam si Deo displicant , Aliud est bonitas . Hæc enim multum facit ad inspirationem eorum , quæ sunt ad Dei gloriam . Psalmio 88. *Deus qui glorificatur in consilio Sanctorum .* Sunt alii , qui consilio habito non acquiescant , contra quod , Proverbiorum 12. *Via stulti recta in oculis ejus : qui autem sapiens est , audit consilium : audire consilium in obediendo .* His prænotatis , potest respondens sic dicere „ Carrissimi , illud quod petitis a me , magnum est visum in oculis meis , & ideo nolui in illo procedere secundum sensum meum , sed recurri ad consilium aliorum , & talium (Deus testis) de quibus credidi , quod secundum Dei voluntatem mihi consuluerent , consului autem multis , & sapientes , & bonos , qui omnes concorditer mihi consuluerunt , ut consenserent electioni vestrae , & ideo ego relicto sensu proprio , eorum aquiescens consilio , & attendens illud etiam Augustini , *Negotium justum suscipit necessitas charitatis , me divine dispositioni committens consentio electioni vestrae prædictæ , & rogo Deum Iesum Christum , ut hoc consilium , & hunc consensum dirigat ad salutem animæ meæ , Ecclesia talis , & patriæ talis , & ad sui gloriam , & honorem .*

XVI. In solemnni petitione confirmationis Electi .

Notandum , quod in petitione confirmationis Electi procedendum est , ut supra dictum est in postulatione consensu ejusdem , hoc addito , quod legatur littera de consensu ejusdem . Thæma , ad proponendum in psalmo 67. *Manda Deus virtutis tuae . Confirmabo hoc Deus , quod operatus es in nobis .* Notandum , quod confirmatione ecclesiastica prælatorum valet ad tria . Valet autem ad pugnandum viriliter contra hostes quocunque . Ante enim quam sit electus bene stabilitus per confirmationem , sic non decet eum ita pro subiectis pugnare contra hostes five spirituales , five alios , sicut post 1. Regum 14. *Et Saul confirmato regno pugnabat per circuitum adversus omnes inimicos ejus .* Item ad fructum faciendum in populo , quo

quo non debet ante tantam curam habere. Paralipomenon 14. *Cognovit David, quod eum confirmasset regem super Israël, accipitque alias uxores, genuitque filios, & filias: quod pertinet ad fructum secundum mysterium.* Item, ad donationem in subditis confirmandam, post confirmationem dona oportet magis ostendere prælato. 2. Paralipomenon 17. *Confirmavit Dominus regnum in manu Iosiphat, & dedit omnis Iuda munera.* Item, notandum, quod in electione ecclesiastica non debet aliquid operari malitia diabolica, vel carnalitas, vel fæcularitas, sed solum Deus, secundum illud Actuum 1. *Per Spiritum sanctum, quos elegit.* Ipse enim, qui docet omnem scientiam, debet ibi docere. Ipse, qui operatur in nobis velle secundum Apostolum, debet ibi movere ad volendum, quod bonum est. Ipse enim, qui operatur in nobis perficere, debet bonum conceptum, & voluntatem in actum producere: & cum sic concurrunt omnia bona in electione, non potest confirmator rationabiliter negare, quia confirmet, quod bonum invenerit. Ecclesiastici 42. *Uniuscujusque confirmabit bona:* quod dicitur de Domino, qui in hoc est imitandus. Item, notandum, quod interdum aliqui mali insufflant aliqua contra electum, in auribus confirmatoris clanculo, nolentes in publico aliqua dicere. Hoc autem quandoque fit malitiose: Esther 16. *Multi aures Principum decipiunt callida fraude.* Quandoque vero ex charitate, dum dicit aliquis, hoc illi potest prodeesse, & non obesse, ut provideatur Ecclesia Dei, sicut charitatis esset, si aliquis diceret patri familias disponenti se ad ponendum malum pauporem super gregem suum. Videat quid faciat. Verum quia hujusmodi inspirations private, cum probabiliter credantur malitiose, non debet confirmator in aliquo informare conscientiam suam. Cum vero creduntur, charitable potest, quantum ad ea, quæ sunt in sua libertate faciendi, vel non faciendi, informare; sed quantum ad ea, quæ iustitia requirit, nisi in forma judicii proponatur, non potest ab eo, quod requirit iustitia, declinare. Item notandum, quod sicut Angeli dicuntur virtus Dei, juxta illud Isaiae 43. *Gradens in multitudine virtutis tue;* eo quod per eos exercitat dominus opera sua: ita & prælati, per quos dominus operatur multa, possunt dici virtus, sicut Duxes Magistratus dicuntur virtus Affyriorum. Judith 2. His præmissis, potest dicere proponens verbum sic „Pater bone, ecclesie, & patria nostra habet multos impugnatores, & maxime dæmones. Non habet etiam aliquem, qui de fructu animarum sit multum sollicitus, igitur populi devotione multum refriguit, & ideo multum indiget celeri confirmationis Electi nostri, per quod, sicut patet per rationes supradictas, speramus omnino, quod contra hoc medium efficax apponatur. Vos videtis etiam per ea, quæ proposita sunt coram vobis, quam sancta, & canonica sit Electio vobis praesentata.“ Non debent autem vos retrahere, vel retardare de confirmatione fusuraria quoquandam, qui ambulantes in tenebris, & lucem odientes tanquam male agentes in occulto aliquid sibilant, cum nos, si in aperto volunt aliquid dicere, parati sumus eos sufficienter repellere. Propter quod super plico vobis ex parte Ecclesie nostræ cum omni instantia, & affectione, ut vos, non obstantibus aliquibus frivolis impedimentis, sine mora confir-

„ metis

„ metis nostram electionem, & Electum nostrum. Et quia scio, quod sine Deo nihil potestis facere, convertens me ad Dominum, rogo te, Domine, ut mandes per inspirationem Domino isti, qui est virtus tua, per quam hujusmodi in terra exqueris, ut ipse electionem nostram, immo tu per ejus ministerium, scilicet opus, quod tua gratia operata est, confirmes ad animalium salutem, & tui gloriam, & honorem, Responsio, Ecclesiastici 33. *Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, & sic deprecatus exaudietur, & conservabit disciplinam, & tunc respondebit.* Verbum illud obscurum sic exponitur: *Qui interrogationem manifestat.* Glossat Doctor, qui se sit ad interrogatio[n]em respondere, parabit verbum meditando, & sic deprecatus Dominus exaudiatur, & conservabit disciplinam maturitatis, non nimis festinando, & tunc respondebit. Ex his colligitur, quod responsionem, maxime in magnis negotiis, debeant procedere meditatio, & oratio, & maturitas dilationis: & ideo antequam respondeamus, voluimus his vacare, & specialiter differre voluimus, ut sciamus, si aliquis voluerit in aliquo se opponere electioni: quod si nec hoc fuerit, electionem examinare possumus.

XVII. In solemnni Appellatione contra electionem in ipso Capitulo.

Notandum, quod interdum contingit, quod appellatur ab electione, & tunc providendum est appellanti, quod nullo modo appelllet propter aliquam malam intentionem, sed purè propter bonam, & de hoc, quantum poterit, bonam fidem faciat. In propositione autem appellationis solemnis potest proponi hoc verbum „Nolite communicare operibus tenebrarum infrafructuosis, magis autem redarguite, & procedite sic charissimi fratres, & socii, & amici. Jus naturale dicitur, jus canonicum concordat, & consentiendo militia secularis tenet, quod eadem fidelitate tenetur sibi adinvicem servus, & Dominus, ita quod dominus debet se opponere in his, quæ sunt contra servum, & e contrario servus in his, quæ sunt contra dominum. Quod si verum est in domino terreno, quanto magis in domino dominorum, cui in infinitum plus tenuimus? Inde est, quod sanctus joannes chrysostomus reprehendit illos, qui in propriis injuriis vindicandis sunt ferventes, in injuriis autem dei tacent: *Vx mibi (ait Isaiae 6.) quia tacui.* Glossa, a reprobatione Ezechiel regis, quia faciebat contra dominum. Et certe multis va, qui tangent in his, quæ sunt contra dominum deum. Item dicitur, Ezechielis 13. *Non ascenditis ex adverso, nec opposuitis murum pro domo Israel.* In quo reprehenduntur, qui non opponunt se contra damnum ecclesie. Item, dicit apostolus ad Romanos 1. *Non solum, qui talia, scilicet mala, agunt, sunt digni morte, sed etiam, qui consentiunt facientibus,* Et jus interpres hoc dicit, quod error, cui non resistitur, approbat. Ex quo relinquitur, quod qui non resistit malis, dignus est morte, sicut illi, qui faciunt. Sciat autem charissimi fratres, & domini, quod in electione

H h

pro-

„ promulgata , nunc multa sunt contra Deum , & in damnum ecclesie nostra , & in periculum animarum omnium , qui consentirent , sicut paratus sum ostendere tempore suo manifeste , & ideo non propter aliquam malitiam (Deus testis est) cum Dominum talem nominatum pro Electo , & Electores diligam , & habeam in visceribus charitatis . Sed propter Dei honorem , & ecclesiae nostrae utilitatem , & salutem animæ meæ , non consentio electioni isti , nec communicare volo isti operi tenebrarum , quod prius actum , ut videtur , in tenebris , modo prodit in lucem : operi inquam infructuoso , quia nec temporalis , nec spiritualis fructus potest ab eo expectari , magis autem redargui , secundum iustum Apostoli , & appello pro me , & mihi adherentibus , & peto Apostolos , &c.

XVIII. In propositione solemnis Appellationis contra Electum coram illo , ad quem est appellatum .

Pro iustitia agonizare pro anima tua , Ecclesiastici 4. Procede sic , „ Pater sancte , si es coram Papa , vel bone pater , & Domine , si es coram alio : quædam alteratio orta est in ecclesia nostra , occasione cuiusdam electionis ibi factæ . Posset autem videri prima facie aliquibus , quod hoc esset reprehensibile . Nam lites , & contentiones de se videntur in malum sonare . Sed qui sic cogitant , non advertunt omnia circa hoc attendenda . Si enim in factis ecclesiæ omnes tacerent , & sibi metu folium vacantes , malis non se opponerent , sequerentur inde dama , & mala innumerabilia . Unde Hieronimus : *Santa rusticitas folium sibi prodest , & quantum edificat Dei Ecclesiam vita merito , tantum nocet , si defrumentibus non reficit .* Si omnis alteratio esset reprehensibilis , tunc Michael Archangelus esset reprehensibilis , qui cum diabolo alteratus est de corpore Moysi , quod est synagoga , sicut dicitur in epistola Iudeæ . Item reprehensibilis esset Paulus , qui coapostolo suo Petro restitut in faciem , eo quod non ambularet ad veritatem Evangelii . Galatarum 2. Item condemnanda esset illa autoritas Pauli . 1. Timothei 6. *Certa bonum certamen , & aliæ similiiter innumerabiles auctoritates , & exempla ejusdem rei , dispersæ , & dispersa per sacram Scripturam , tam in veteri , quam in novo testamento . Restat ergo , quod hujusmodi decertatores in se non sunt reprehensibiles , quamvis ex causa possint reprehensibiles judicari .* Præliatur enim Michael , & Angelus ejus cum dracone , & bene facit . Pugnat draco cum Angelis suis contra Michaelem , & male facit . Pugnat diabolus contra viros sanctos , & male facit . Resistunt viri sancti diabolo , & bene faciunt . Pugnat caro contra spiritum , & male facit : pugnat spiritus contra carnem , & bene facit . Resistunt Jamnes , & Zambri Moysi , & male faciunt : impugnat Moyse eos , & bene facit . Sic longa concertatio de regno inter Saul , & suos ; David , & suos : est culpa ex parte Saul , iustitia vero ex parte David . Impugnat Antiochus Judeos volens legem destituere , & male facit . Resistunt ei Machabæi , & bene faciunt . Denique viri boni impugnant malos , eorum vitia persequendo , & bene

„ faciunt . Impugnant mali bonos , eos persequendo , & male faciunt . Patet ergo , quod ex causa condepnet reprehensibilitas contentio num , & non ex re : qui enim iniuste movetur , dignus est vituperio , qui vero iustitiam habet pro se , potest etiam usque ad mortem pro illa decertare . Ecclesiastici 4. *Usque ad mortem certa pro iustitia .* Non solum autem potest , sed & debet libenter propter lucrum boni certaminis , quod est triplex . Unum est famositas , sicut accidit in probo milite bene pugnante . 1. Machabæorum 2. *Nunc ergo filii date animas vestras pro testamento patrum , & post accipietis gloriam , & nomem aeternum .* Aliud est vita æterna , more bene pugnantium , qui reservantur ad vitam , pugnantibus male , morti deputatis . 2. Timothei 6. *Certa bonum certamen fidei , apprehende vitam aeternam .* Aliud est , corona . 2. Timothei 2. *Non coronabitur , nisi , qui legitime certaverit .* Fateor bone Domine , & te ipsum invoco Deum in animam meam : quod exemplum appellandi habens a Paulo , qui Actuum 25. appellavit , certamen appellantonis , super hujusmodi electionem acceperit , & non pro aliqua mala intentione , sed solum pro iustitia , & pro bono animæ meæ , secundum prædictum verbum sic dicentes : *Pro iustitia agonizare pro anima tua :* & ideo supplico Paternitati vestra , ut benignè dignemini audire iustitiam meam , & ipsa auditæ , quod iustum fuerit , judicetis . His prædictis procedatur ad narrationem , & alia , quæ secundum juris ordinem fuerint facienda . Responsio his finitis . Proverbiorum 20. *Cogitationes consilii robortantur :* Fateor , quod audita prima petitione confirmans electionis istius , & postea , ita Appellatione , cogitationes variæ successerunt sibi in anima mea , & quia hujusmodi vacillatio per consilia consolidari & roborari solet , in alteram partem volo deliberare , & habere confilia multa super his , & tali loco super appetitione admittenda , vel non ; proponimus vobis , quod æquum fuerit , respondere .

XIX. In solemnis responsione de Appellatione contra Electum admittenda .

Quod iustum est , judicate , five civis sit ille , five peregrinus . Deuteronomii 1. Notandum , quod Appellatio est res tam universalis , quod habet locum non solum inter fideles , sed etiam inter infideles . Unde & Paulus Actuum 25. appellavit ad Cesarem infidelem . Item est tantæ antiquitatis , quod non solum præcessit tempora Christianitatis , ut patet per factum prædictum , sed & longe ante præcessit . Unde legitur , quod quædam vetula , cum fuit condemnata a Philippo Patre Alexandri post prandium , qui multo tempore fuit ante Cesarem , appellavit : & cum quereret Rex : Ad quem ? quia non erat major eo aliquis , respondit : *A Philippo ebrio ad Philippum sobrium .* Rex autem deferens Appellationi examinata causa in manu sequenti diligentius , absolvit eam . Item est tantæ virtutis , quod etiam tyranni magni ei valde judicant deferendum . Unde Actuum 26. dicit Agrippa : *Potest homo iste dimitti , si non appellasset ad Cesarem ;* quasi dicat : amodo non potest propter appetitionem . Sic ergo patet quantæ auctoritatis sit Appellatio ,

latio, cum sit tam universalis, & tantæ antiquitatis, & tantæ virtutis. Sed notandum iterum, quod apud Ecclesiam magis extenditur Appellatio, quam apud statum secularum. Nam secundum leges appellatur solum a sententia minoris judicis ad majorem; secundum canones vero potest appellari a quo-cunque gravamine, etiam extra judicium illato. Sunt autem tria, que faciunt ad hoc, quod Appellatio locum habeat in Ecclesia. Primum est justitia: adeo enim invaluit corruptio in multis curiis, modo propter munera, modo propter personarum acceptationem, modo propter leges, & consuetudines ini-quas, modo propter defectum sapientie, & familia, quod impletur in eis illa visio Salomonis. Ecclesiastici 3. *Vidi in loco justitiae iniquitatem:* & ideo expedit Reipublicæ, quod possit haberi recursus ad multas curias sibi invicem subje-ctas, ut si in una non inveniatur justitia, saltem inveniatur in alia: alioquin in Ec-clesia perire posset justitia, quam cum Salvatore oriendam prænuntiavit Pro-pheta, dicens psalmo 71. *Orietur in diebus ejus justitia.* Secundum est pietas. Hec est enim, quæ fecit Dominum præcipere in veteri testamento, Deuteronomii 19. ut essent plures civitates refugii, ad quas possent confugere etiam homicida in casu: quanto magis requirit pietas, ut sint in Ecclesia plures curiae, ad quas possint confugere injuste gravati? Sicut ergo pietatis majoris est, quod sint multæ domus in una civitate, ad quas recurrere possint pauperes pro eleemo-syna, quam si esset unica tantum, ita ad magnam pietatem pertinet, quod sint in Ecclesia plures curiae, ad quas possint recurrere injuste gravati. Ter-tium est insinuatus naturæ. Providit enim natura, quod animalia haberent, ubi fugerent in sua necessitate, iuxta illud Psalmi 103. *Montes excelsi cervis, petra refugium herinacis.* Eodem igitur jure naturæ, imo multo magis ju-stum est, ut homines gravati in una curia, vel ab uno Domino, habeant in hac necessitate, quo refugiant alibi. Iterum autem notandum, quod multæ abusiones sunt circa Appellations, licet pro bono sint introductæ, & ideo judicis est notare diligenter conditions appellantis, quia secundum Scriptu-ram Ecclesiastici 9. *Non omnis homo inducendus est, vel recipiendus in domo propria:* quod dicitur propter hoc, quia non de omni homine est æqualiter confidendum. Et conditions Appellationis: quia non omnis moneta est re-cipienda; sed reprobanda, si sit falsa, & projicienda, sicut tangitur Hiero-mite 6. Et motus appellantis, si sit a Deo. I. Joannis 4. *Probate spiritus, si ex Deo sint:* ut ex his possit cognosci, si sit Appellatio bona, & per consequens re-cipienda. His præmissis potest judex sic dicere omnibus astantibus „Carissi-„ mi, per ea, quæ prædiximus, patet liquido, quanta auctoritatis sit Ap-„ pellatio, & quam necessaria in Ecclesia Dei, dummodo sit bona, & justa. „Nos autem per ea, quæ audivimus, & invenimus, facta indagatione „diligenti, reputamus quod ista appellatio rationabilis est, & justa. Et ideo „volentes, secundum mandatum Domini supradictum, istis peregrinis, „qui aliunde venerunt appellantes ad nos, exhibere justitiam, admittimus „eorum Appellationem in nomine Domini Iesu Christi, & ea quæ ad ipsius „prosecutionem pertinent, ordinare proponimus cum Dei adjutorio, ad „utilitatem Ecclesie talis, & animarum salutem, & Dei gloriam, & ho-„norem.

XX. In solemnis responsione de Appellatione contra Eleclum non admittenda.

REx, qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo. Pro-verbiorum 20. Notandum, quod licet Appellatio introducta sit in Ecclesia propter multam utilitatem justitiae asequendæ, ut patet ex dictis in praecedenti Titulo, tamen quidam ministri injustitiae offendentes se-velut ministros justitiae, sicut & pater eorum satanas quandoque simulat se Angelum lucis, sub specie Appellationis multa inusta committunt. Ap-pellant enim quandoque non animo justitiam asequendi, sed evadendi: fu-giunt enim curiam, in qua non est malitia, & potest attingi facilis justitia, & ideo fugiunt Judges proprios: & tot sunt tales, quod impletur hodie ver-bum illud. 1. Regum 25. *Hodie increverunt servi, qui fugiunt Dominos suos.* Non sic faciebat Paulus, qui dixit Actuum 25. Festo Judici: *Si ali-iquid dignum morte feci, non recuso mori.* Interdum animo sic vexandi ca-lumniose adversarios laboribus, & expensis, & prolixitate causarum, quod eos ad suam voluntatem compellant. Ita& 30. *Sperifis in calunnia, & tu-muku,* scilicet causarum; & innixi eis super eo: quandoque ex levitate instabilitatis, sicut faciunt quidam Religiosi fastidientes quietem claustrorum, & ob hoc, ut habeant libertatem discurrendi, sunt faciles ad appellandum, de quibus Hieremias 14. *Hec dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pe-des suis, & Domino non placuit.* Quandoque ex prava natura, & turbati-va: sunt enim aliqui, sicut animalia immitta, qui non possunt pacifice vive-re, sed semper alios perturbant, sicut aliqui milites, qui nesciunt vivere sine guerra. Cujus contrarium dicit Apostolus, Hebreorum 12. *Pacem sicutam cum omnibus.* Apocalypsis 6. *Qui sedebat super eum rufum, datum est ei, ut sumeret pacem de terra.* Quandoque ex vanitate: appellant enim, ut vi-deantur zelatores boni, cum videntur pugnare contra mala, similes Seroui Principi exercitus Syriae, qui dixit. 1. Mahabæorum 3. *Faciam mihi nomen, & glorificabor, & debellabo Iudam, & eos, qui cum illo sunt.* Quandoque ex felle malitia, qua moventur contra aliquos, & ideo impugnant eos, quorum bonum fratres charitate deberent diligere, & promovere. Contra quod Deuteronomii 29. *Non sit in vobis radix germinans fel, & amaritudinem.* Item notandum, quod ad judicem, qui intendit debito modo regimini, pertinet diligenter intueri, si in Appellatione est aliquid de malis prædictis, & aliis; & si in-venerit, dissipare debet malum illud Appellationem repellendo, propter quod dicitur: *Rex qui sedet, &c.* His prænotatis potest dicere judex „Sicut Ap-„ pellationes justæ dignæ sunt favore, ita frivola, & male dignæ sunt re-„probatione. Porro in discussione hujus Appellationis intuiti sumus mala „quædam, quamvis appellantes bona intentione se dicunt appellasse, & „plura mala sequentur ex dilatione provisionis talis Ecclesie circa tempo-„ralia, & spiritualia: & ideo cum incubat nobis sedentibus in solio judi-„cii, iuxta verbum scilicet supradictum, dissipare malum quocunque vi-„derimus in his, quæ coram nobis aguntur, nos Appellationem prædictam „non acceptamus, sed reprobamus, & ipsa non obstante, proponimus ad „exa-

,, examinationem electionis istius procedere die tali , & loco , quem ad hoc
,, affigamus .

XXI. In solemnī examinatione Electionis .

Vide te quid facias , non enim hominis exercetis judicium , sed Domini . Et quodcumque judicaveritis , in vos redundabit . 2. Paralipomenon 19. Notandum , quod tanta diligentia est ponenda in introductione alicujus in prælaturam Ecclesie , quod non sufficit ad hoc Electio , vel postulatio , concessio , & electi , seu postulati consensus , & petitio confirmationis , & appellationis contrarie repulso , nisi sequatur confirmatio majoris : nec confirmatio est facienda , nisi præcesserit diligens examinatione Electionis . Notandum est autem , quod non est infolitum , neque novum , ut negotia magna examinentur . Nam Esdras hoc fecit fieri de matrimonio contracto cum alienigenis . 2. Esdræ 9. *Confederarunt in novissimo mensis decimi examinare negotium istud.* Item , Rex Persarum hoc fecit de apparitione aquæ in loco ignis magni : *Confiderant autem Rex , & rem diligenter examinans.* Item , hoc idem fecit Job , qui fuit multo tempore ante , qui dicit cap. 29. *Causam quam nesciebam , diligentissime investigabam.* Quod si hoc isti fecerunt , & in minoribus negotiis , quanto magis debet hoc Ecclesia facere in majoribus ? Porro introductio Prælatorum in Ecclesia est de maximis Ecclesiæ negotiis , quia ex eis pendent omnia facta Ecclesiæ , & ideo negotium Electionis est valde diligenter examinandum . Et nota , quod legitur in Vitis Patrum , quod olim in porta Atheniensium constituebatur aliquis sapiens , qui examinabat volentes ingredi , utrum essent digni . Item scriptum est Ecclesiastici 11. *Non omnem hominem inducas in domum tuam.* Item , dicitur Leviticus 21. *Homo qui habet maculam non accedit ad ministerium.* Ideo si videndum est , quis sit dignus intrare Athenas , & quis recipiendus est in domo , & cuiusmodi sit persona , vel ille , qui ad ministerium carnale , & ceremoniale accedit , quanto magis debet videri , & examinari , qualis sit persona , quæ in arce Ecclesiæ introducitur ad summum ministerium exercendum ? Item nota , quod aliquando aliqui introduci solent in prælationem per potentiam , sicut voluerunt facere Chore , & Abyron , & absorpti sunt a terra . Numerorum 16. Aliquando per simoniam , sicut Iason , qui in fine missus est in exilium . 2. Machabæorum 4. Aliquando per usurpationem , ubi iusti non habeant , sicut Ozias , & factus est leprosus . 2. Paralipomenon 26. Et ideo quia hæc mala erant , ordinavit Ecclesia , quod non esset , nisi unus modus , scilicet , Electio canonica , & hoc est ostium , & non est aliud , de quo Joannis 10. *Qui non intrat per ostium in ovile ovium , sed ascendit aliunde , ille fur est , & latro.* Item , nota , quod olim laici aliqui ingerebant se Electionibus Ecclesiasticis , quod non erat expediens , & ideo postquam increvit eorum malitia contra Clerum , ordinatum est ab Ecclesia , quod hoc non fieret , sed solum Clerici de corpore collegii eligentis , qui debent pro Ecclesia sua zelare , reciperentur , & maxime si non essent excommunicati , vel alias canonice impediti . Ex his patet , quod in examinatione Electionis debet

debet fieri indagatio de tribus , scilicet , de persona Electi , & hoc quoad scientiam , & quoad famam , & quoad alia canonica impedimenta , & de forma Electionis , & de conditionibus eligentium . His premissis potest Juxta ita dicere astantibus „ Carissimi , quoniam in loco judicii , in quo sumus loco Dei , oportet nos facere , quæ Dei sunt , alioquin revertetur „ super caput nostrum secundum verbum supradictum , nec judicare possimus bene , utrum electio ista sit confirmanda , vel infirmando , nisi prius „ ipsam examinaverimus . Ideo prius nos oportet ea examinare , ut hoc „ facto melius videamus , quid de ipsa confirmanda sit faciendum . Deinde „ procedatur ad examinationem per modum juris .

XXII. In solemnī Confirmatione Electionis .

Manus nemini cito imposueris , neque communicaveris peccatis alienis . 1. Timothei 5. Tanta cautela est apponenda circa Prælatorum promotionem , quando proceditur ad Electionem , quod non solum inferiores habent facere in eligendo , & aliis quibusdam supradictis , sed etiam superiores in consecrando , quoad Episcopos , & benedicendo , quoad Abbatess , & hoc quoad ordinem ; & confirmingando , & hoc quoad jurisdictionem ; & examinando , & hoc quoad utrumque . Notandum autem , quod quædam sunt facta , ex quibus non expectatur neque magnum bonum , neque magnum malum . Alia sunt , quæ etiæ fiant , facile tamen possunt destrui . Alia sunt , quæ etiam si fiant quocunque modo , non oportet de illis reddere rationem , & de talibus non est multum curandum , si cito fiant . Non est autem tale quid Confirmationis Prælati , per impositionem manus consecrationis , vel benedictionis . Ex hoc enim sequuntur summa bona , vel summa mala in Ecclesia , sicut patet per exempla innumerabilia . Item , postquam adepti sunt hujusmodi statum , vix possunt removeri , quia sicut dicit ius , in hujusmodi facilius est constituere , quam destruere . Item , quis dubitat , quam oporteat strictissimam reddere rationem de creatione Prælati super animas redemptas sanguine illius , qui ratione requiret de verbo otioso in districto examine operum singulorum ? Propter hoc , opus hujusmodi non est cito faciendum . Et ideo bene dicit Apostolus Timotheo Episcopo : *Nemini cito manus imposueris :* & hoc observat Ecclesia , cum tanta maturitate procedit ad impositionem manus consecrationis , ut primo oporteat accedere ad Electionem cum suis annexis supradictis , deinde ad examinationem Electionis , & tertio ad confirmationem Electi . Item , notandum , quod cum Electores volunt aliquem malum introducere in Prælatum , ipsi , & omnes dantes auxilium ad hoc , peccant in Deum peccato proditioris , quia inimicum ejus volunt introducere in arcam civitatis suæ , quæ est Ecclesia . Quod deploras Hieremias Threnoruñ 1. *Facti sunt hostes ejus in capite ejus.* Item , peccant in Ecclesiæ , ipsam confundendo , sicut faciunt infideles , quando idola ponunt in Templo . Quid est aliud Prælatus malus , quam idolum veneris per luxuriam , vel mercurii per avaritiam , vel solis per superbiam , & sic de aliis vitiis secundum illud Zachariæ 11. *O pastor , & idolum ?* Item peccant in populum ,

præficientes lapum ovibus. Gregorius: *Considerate, quid de gregi dominico agatur, cum lupi pastores sunt.* Nota, tria sunt, quæ permittunt marium Praelatum exercere malitiam. Similiter notandum, quod tria sunt, quæ faciunt ad hoc, quod in aliis multa mala faciant. Unum est potefas. Propter ipsum enim habet libertatem faciendi, quod vult. Aliud est defensus correctionis: correccio enim frequenter retrahit a malo. Aliud adulatio in peccatis: hoc enim laxat hominem ad pejora. Hæc autem omnia concurrunt in Praelato malo. Habet enim potestatem, & non est de facilis, qui eum corrigat, & habet multos adulatores, & ideo facit mala innumerabilia. Gregorius in pastorali: *Nemo in Ecclesia plus nocet, quam qui perverse agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet.* Delinquentem namque hunc nemo præsumit corriger, & in exemplo culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Ordinem hic dicit, quoad primum: nemo redarguit dicit, quoad secundum: honoratur, hoc dicit, quoad tertium. Item notandum, quod sub malo Praelato sunt infinita mala a subditis, aut propter ejus ignorantiam, quia cæcus est, & nesci subditos dirigere, aut propter ejus negligentiam, quia dimittit eos perire, aut propter ejus exemplum malitia, quod imitantur assidue: propter quod bene dicitur Levitici 4. *Sacerdos malus peccans, peccare facit Populum:* quia ejus peccatum est occasio peccati in populo. Iterum notandum, quod confirmator Electionis est, sicut portarius, sine cuius consensu Electus non potest intrare statum Praelectionis. Et ideo si examinata Electione eam invenerit in aliquo vitiosam, & ipsam confirmaverit, erit particeps malorum predicatorum Eleeti, vel subditorum ejusdem. His præmissis dicitur, *Sciatis Carissimi, quod, et si examinando Electionem non inventimus omnia mala predicta, immo de Eleitoribus, & Electo, quantum ad multum bene sentiamus, tamen aliqua invenimus in ea vitiosa, propter quod, nolentes communicare peccatis alieni secundum verbum Apostoli, & habentes præ oculis illud propheticum, Psalmi 140. Cum hominibus operantibus iniurias, & non communicabo cum electis eorum: istam Electionem non confirmamus, sed infringimus, & reprobamus, rogantes Canonicos illius Ecclesie, ut tales ter ad alia procedant, quod sit eis ad meritum, & Deo cedat ad gloriam, & animarum salutem.*

XXIII. In solemnni Provisione de Praelato.

Vide omnia, facio secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Hebreorum 8. Notandum, quod duobus modis creantur Praelati in Ecclesia. Uno modo per electionem, & hoc a minoribus, & de hoc habemus exempla in primitiva Ecclesia in electione Mathiae, Actuum 1. Alio modo per Provisionem, & hoc a majoribus, & de hoc habemus exemplum in Christo, qui summos Praelatos providendo Ecclesiæ elegit, Lucas 6. *Elegit duodecim, quos & Apostolos nominavit.* Notandum, quod quidam, ad quos hujusmodi Provisio pertinet, interdum (licet hoc sit valde magnum negotium) parum recurrunt ad Deum. Non autem habetur hujusmodi exemplum a Chri-

a Christo, immo contrarium, qui ante hujusmodi electionem multum oravit, Lucas 6. *In diebus illis exiit in montem orare, & erat pernætans in oratione, & cum dies factus esset, vocavit discipulos suos, & elegit duodecim.* Interdum autem non elevant oculos longe ad videndum ubi inveniant virum idoneum, sed solum prope, in una natione, vel paucis. Non sic autem Christus, qui dicit Joannis 15. *Ego elegi vos de mundo toto.* Interdum attendunt in Electo conditiones seculares, ut sunt sapientia carnalis, potentia, nobilitas, neglegit spiritualibus. Christus autem non sic. 1. Corinthiorum 1. *Videte vocacionem vestram fratres, quia non multi potentes, non multi nobiles, sed qua stulta sunt mundi elegit Deus, & ignobilia, & contemptibilia elegit Dominus.* Interdum etiam eligunt aliquos, qui parum noverunt de Christo. Christus autem non sic, sed illos fecit Apostolos, qui pri-
mo erant discipuli ejus, Lucas 5. *Vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis.* Interdum autem negligenter moventur aliquo motu non bono. Christus autem non sic, sed per motum Spiritus Sancti, Actuum 1. *Per Spiritum Sanctum, quos elegit.* Interdum aliquos eligunt, quorum non habent bonam notitiam. Christus autem non sic. Joannis 13. *Ego scio quos elegerim.* His præmissis dicat provisor, „Ego, Carissimi, elevans oculos meos ad exemplum beatissimum, quod nobis in negotio provisionis, in monte, qui Christus est, ostensem est, volens pro modulo possibilis tatis meas, scilicet, istud gloriosum exemplar procedere in provisione, quæ mihi incumbit facere, oravi Dominum, & elevavi per mundum oculos meos, nec conditions seculares attendens in promovendo, sed Christi discipulatum, & exclusi- dens a corde, modo intentiones contrarias Spiritui sancto, & facta mihi fide de quadam persona, quantum possibile est obscuritati humanæ, quia idonea, & utilis valde posse esse tali Ecclesiæ, ut videlicet, tali auctoritate Dei, & potestate, quam super hoc habemus a Deo, providemus de ipso tali Ecclesiæ, & ipsum præficiimus ei in Praefulem, imponentes ei onus istud, & etiam in remissionem peccatorum, & rogantes eundem, ut det operam efficacem, & ad exequendum laudabiliter istud officium ad Dei gloriam, & suam, & aliorum salutem.

XXIV. In solemnni Confirmatione Electionis, vel Electi.

Omnia probate, quod bonum est tenete. 1. Thessalonicensium 5. vel ultimo. „Tanta est conformitas inter res visibiles, quod fine diligenti probatione, vix possunt distingui. Ecclesiastici 2. *In igne probatur aurum, & argentum.* Idem etiam patet in rebus sensibilibus. Non enim cognoscitur bonitas bovis, nisi probetur prius. Propter quod dicitur, Lucas 14. *Et eo probare illa, scilicet juga boum.* Hoc autem in tantum extenditur, quod si alia non cognoscat homo fine probatione, sed nec etiam seipsum. Et ideo dicitur. 2. ad Corinthios 13. *Ipsi vos probate:* non solum autem non se cognoscit plene, immo nec status suos. Unde quidam senex sanctus moriens interrogatus si timeret, dixit: *Homo sum, & ne scio utrum opera mea placuerint Deo,* & ideo non sum securus quo-
li „usque

„ usque veniam coram Deo . Ecclesiastici 9. Opera iustorum , & sapientium
 „ in manu Dei sunt : quod dicitur propter hoc , quia filius Deus , & non
 „ ipse homo etiam sapiens , cuius sunt , cognoscit ea , sicut cognoscitur
 „ res , quae habetur in manu . Et ideo bene dicitur Sapientiae 6. Opus suum
 „ probet unusquisque , si vult illud cognoscere : quod si proprium actum non
 „ cognoscit fine probatione , multo minus alienum . Et ideo nos cui incumbit
 „ cognoscere de Electionis hujus bonitate , quod est factum alienum , quia hoc
 „ fine examinatione non potest fieri , sequentes verbum Apostoli dicentes .
 „ Omnia probate : ipsam examinavimus diligenter : & per Dei gratiam non
 „ invenimus in ea aliquod vitium , vel defectum , neque ex parte Electionis ,
 „ neque ex parte Eligitentium , quinimum credimus , quod sit accepta , & bo-
 „ na coram Deo , & bona quoad utilitatem talis Ecclesiae , & pacem , &
 „ bona quoad meritum Eligitentium , & omnium , qui dederunt operam ad
 „ ipsius promotionem : & ideo tenentes , quod bonum est , & ipsi bono
 „ adhaerentes , confidentes in virum talem , Electum in tali Ecclesia , & au-
 „ thoritate Dei in hac parte nobis commissa confirmamus in nomine Patris ,
 „ & Filii , & Spiritus Sancti , ad ipsius Sanctae Trinitatis gloriam , & ani-
 „ marum profectum , rogantes , ut ipsum ad haec faciendi vestris orationi-
 „ bus adjuvetus .

XXV. De solemni exhortatione ad Electum , Confirmatum , vel Consecratum .

Notandum , quod decet virum authenticum , & maxime Papam , quod
 faciat aliquam sanctam exhortationem Electro Confirmato , vel Con-
 secrato , maxime in recessu , quando solemnem accipit licentiam rece-
 dendii . Porro ad hoc faciendum videtur satis idoneum illud verbum , quod ha-
 betur Colosseum 4. *Vide ministerium tuum , quod accepisti in Domino , ut il-
 lud impleas .* Ad coptandum autem istud verbum tali negotio , potest sic dici
 a Presidente , Carissime istud verbum præcepit Apostolus dici Archiepiscopo
 a subditis suis , qui receperat officium regiminis , ut dicit Glossa super Co-
 lossaen . Si autem de mandato Apostoli hoc dicendum est Praelato a suis in-
 ferioribus , quanto magis a suo superiori ? Proinde cum ego tuus sim supe-
 rior , & curam tui habeam , dico idem tibi , qui simile officium recipisti :
Vide inquam , ministerium . Et notandum , quod Apostolus in hoc verbo of-
 ficium pastorale non vocat dominium , ad quod pertinet serviri , sed ministe-
 riuum ad quod pertinet servire . Episcopi enim est esse omnium servum , qui sub-
 sunt curæ sua . Hæc autem recognoscens S. Gregorius , & omnes Pape se-
 quentes vocant se servos (a) servorum Dei . Hoc etiam recognoscens Apostolus di-
 cit 1. Corinthiorum 9. *Omnium me servum feci .* Hoc iterum recognoscendum
 esse a quolibet Episcopo sciens sanctus Iridorus dicit : *Agnoscat Episcopus se*
ser-

(a) Titulus *Servus servorum Dei* , quo summi Romani Pontifices utuntur , initium sum-
 pta a S. Gregorio Papa teste Joanne Diacono in ejus vita lib. 4. cap. 58. Sed vide no-
 strum Tomum 1. Conciliorum in Historia Concilii Chalcedonensis cap. 7. num. 7.
 pag. 252. col. 2.

„ servum esse plebis , non Dominum . Et ideo bene dicitur : *Vide ministe-
 rium , vide ministerium inquam , non dominum .* Item notandum , quod
 „ dicit , *quod accepisti in Domino .* Sunt enim quidam , qui non propter
 „ Dominum assumunt , sed propter , vel deditias , vel dilectias . Item , vel
 „ propter se , sua querendo , vel propter suos promovendos , vel propter ad-
 „ versarios deprimendos , collum subiectum hujusmodi servituti . Infeli-
 „ ces iti : sed felices , qui propter Dominum accipiunt , non querentes
 „ in hoc officio dominum , sed servitum . Augustinus in Regula : *Qui
 „ praest novi ex existimat potestate dominante , sed charitate serviente felici-
 „ em .* Sic autem fecit Paulus , qui dicit , 2. Corinthiorum 4. *Nos autem
 „ servos vestros per Jesum .* Et talis fuit Archiepiscopos , de quo dici-
 tur : *Ministerium , quod accepisti in Domino : hoc est , propter Domi-
 „ num hujusmodi ministerium recepisti : restat ergo , ut des operam ei ,
 „ quod sequitur , videlicet : ut impleas illud .* Notandum autem , quod
 „ ministerium episcopali habens , debet videre , ne illud vituperet , dan-
 „ do malum exemplum in aliqua re quacunque . 2. Corinthiorum 6. *Ne
 „ mini dantes ullam offenditionem , ut non vituperetur ministerium no-
 „ strum .* Item officium episcopale est valde excellens . Nullus enim
 „ gradus est excellenter in Ecclesia : & ideo est valde honorandum .
 „ Romanorum 11. *Ministerium meum honorificabo .* Bernardus : *Minis-
 „ terium vestrum honorificabitis , non calvo vestrum , non fastu equo-
 „ rum , non amplis adiutis , sed moribus ornatis , & spiritualibus stu-
 „ diis , & bonis operibus .* Item , est valde meritorium , quia qui bene
 „ præsunt , duplice honore digni sunt . Et quia meritorum dependet ex opere ,
 „ apponenda est cura , ut ea , quae sunt hujus officii perducantur in opus :
 „ & ideo dicit : *ut illud impleas .* Notandum autem , quod non est officii
 „ episcopalis , circa ea que mundi sunt vacare , sed circa ea , quae Dei sunt ,
 „ Hebreorum 5. *Omnis Pontifex assumptus ex hominibus , pro hominibus
 „ constitutus in his , quae sunt ad Deum .* Item non est ejus negligere sta-
 „ tum Ecclesie sibi commissum , sed cum omni diligentia ipsam dirigere , &
 „ gubernare . Aetuum 20. *Ponit vos Spiritus sanctus episcopos regere Eccle-
 „ siam Dei , quam acquisivit sibi sanguine suo .* Item , non est ejus in operibus
 „ suis , varias intentiones habere , secundum modum humanum , sed duas
 „ altas intentiones habere secundum duplēm charitatem . Bernardus : *In
 „ omnibus actibus suis , vel dictis nihil suum querat Episcopus , sed tantum
 „ Dei honorem , aut salutem proximorum , aut utrumque .* Item , non est
 „ ejus paucis bonis esse contentum , sed abundare in illis . Gregorius ad
 „ Episcopos in registro : *Tota mente fraternitas vestra se exhibere festinet ,
 „ in prosperis bamilem , in adversis cum iustitia erexit , amicum bonis , con-
 „ trarium perversum , nullius faciem pro veritate loquentem premens , mi-
 „ sericordia operibus juxta virtutem insistens , infirmis compatiens , bene-
 „ volentibus congaadens , aliena damna proprio reputans , de alienis gaudiis
 „ tanquam de propriis exultans , in corrigendis vitiis levians , in foventis
 „ virtutibus demulcens , justum judicium sine ira tenens , in tranquillita-
 „ te , severitatis sententiam non deserens .* Item , non est ejus stare in statu

„ imperfectionis , sed subjectos perfectione transcendere . Gregorius in pastorali : *Tantum debet actionem populi pastor transcendere , quantum distare solet a grege vita pastoris . Item , non est ejus rerum figurarum tantum gestare , & carere rebus signatis . Quid enim prodest baculum acutum gerere , & nunquam pungere pigros : cornua gerere , & nunquam malos ventilare : annulum tanquam sponsus gerere , & ecclesia tanquam meretrice uti ad voluptatem , & non ad fructum : pulchriora ornamenta , & plura alia gerere , & ornata morum carere ? Super cathedram Moysi federant Scriba , & Pharisai , dicitur Mathaei 23. Et prius : Dicunt , & non faciunt . Pejus faciunt isti , qui non solum verbis , sed figuris multis contineo loquuntur in oculis omnium , quae omnino non faciunt . Non sic Carissime facias tu , sed da operam , ut officium acceptum impleas spiritualibus vacando , Ecclesiam tibi commissam prudenter regendo , in omnibus actibus tuis Dei honorem , & animarum salutem querendo , bonis operibus abundando , vitam altam ducendo , figurarum rerum gestarum , implendo , ita quod cedat ad tuam salutem , & aliorum , ut nos alii qui dedimus operam ad tuam promotionem , una cum Domino Iesu Christo , & curia caelesti de hoc gaudere possimus .*

XXVI. In solenni Receptione (a) prima Elebti , & Confirmati , vel Consecrati .

Moris est apud devotos christianos , quod Praelatum suum , quando ; omnibus aliis expeditis , primo venit ad Ecclesiam , vel Civitatem suam , recipiant , & hoc cum gaudio , & non solum cum gaudio , sed & cum magno honore . Non est autem conveniens , nec utile animabus , ut hujusmodi solemnis receptione caret sermone , sed ad Dei honorem , & subditorum adificationem salutarem , & ipsius Praelati commendationem aliquam proponatur , & maxime ab aliquo alio , quam a Praelato , ut locum habeat commendatio , qua nullatenus ab ore proprio debet egredi , & pulchrius sedet in ore alieni . Ad habendam autem materiam hujusmodi sermonis , notandum , quod ex defectu Praelati sequuntur tria mala . Unum est multiplicatio malorum . Audacius enim faciunt mala multi , qui timore Praelati quandoque cessant . Aliud est debellatio hostium : magis enim discurrunt Dæmones , ubi non inveniunt Praelatum resistenter . Aliud est radicatio hominum malorum : magis enim firmantur in statu suo malo , quando non habent superioriem coercentem . Hæc autem patent , & significantur in libro Iudicium , cap . 2. & 3. & fore per totum librum . Nam cum dererant Domini , fiebant plura mala a populo , & hostes gravius insurgebant , & gentes in medio populi remanebant : & ideo sicut tunc clamabant ad

Do-

(a) Moris fuisse jam olim ut Episcopo procedenti in Ecclesiam , non modo Clerici , sed & laici etiam homines variis agminibus per seorsus , artates & artes divisis cum gaudio occurserent , ostendit eruditus Altafera lib . 2. De iurisdictione Ecclesiastica , cap . 12. ubi etiam tradit , occurrerunt solitum fuisse Episcopis a Clericis & Monachis cum thuris suffitu , & facibus .

Dominum , & Dominus mittebat eis Salvatorem , sicut dicitur Iudicum 3. ita nunc deficiente Praelato , clamandum est illud Iaiae 16. *Emitte Domine agnum dominatorem terra* : hoc est bonum , quod significatur per agnum , Dominum . Verum contingit interdum , quod ordinatione divina provisum est de aliquo , sed aliqui rebellerolentes eum regnare super se , non recipiunt eum , sicut & Iudei fecerunt de Christo , de quo scriptum est , Joannis 1. *In propria venit , & sui eum non receperunt* . Interdum vero , & si recipiant aliqui , tamen inviti , & cum tristitia . Non sic fecit devotus populus Joanni Evangelista Praelato suo , de quo scriptum est : *Occurrit ei omnis populus , exultantes , & dicentes : Benedictus qui venit in nomine Domini* . Interdum vero aliqui , et si recipiantur cum gaudio qualcumque , non tamen cum omni gaudio . Est enim gaudium cordis , de quo Psalmus 12. *Exultabit cor meum in salutari tuo* . Et oris de quo Ps. 125. *Tunc repletum est gaudio os nostrum* . Et operis de quo Ps. 32. *Exultate iusti in Domino* , id est extra faltate , per opera gaudium demonstrantes . Sic autem recipit plebs devota Dominum in ramis palmarum , corde gaudent , & ore cantans , & opere ramos deferens . Interdum contingit , quod hujusmodi receptioni intermiscentur gaudium secularie , quod non decet Festum Ecclesiasticum , sed solum gaudium sanctum , quod consistit in officio Ecclesiastico , in conviviis bonarum personarum , in eleemosynarum abundantia . Propter quod ad excludendum vanum gaudium dicit Apostolus ad Philipenses 4. *Gaudete in Domino semper* : id est nunquam alio gaudio gaudeatis . Interdum vero contingit , quod aliqui , et si magnum gaudium faciunt apud se , tamen Praelato minorem debito honorem exhibent . Non sic fecerunt Galatae Paulo , de quibus ad Galatas 4. *Non respexitis me , sed sicut Angelum Dei exceptis me , sicut Christum Iesum* . Et nota , quod Praelatus multum debet honorari a subditis propter excellentiam status , cui semper honor debetur , magis autem propter Paternitatem , quæ specialiter honorem requirit , maxime autem propter Christum , cuius vice gerit . Varet autem hujusmodi honor ad Dei benedictionem acquirendam . Ecclesiastici 3. *Honora patrem tuum , ut supererias tibi benedictio illius in novissimo* . Item valet ad mutuam colligationem . Sicut enim nihil magis attrahit aliquem ad amorem alterius , quam honor sibi exhibitus , quia hoc multum diligit homo naturaliter . Item ad hostium terrorem . Cum enim caput , & subditis sunt ad invicem bene per amorem colligati , redduntur magis terribiles adverfariis , sicut et contrario , quando discordant , minus timentur . Materia de praedictis . Et nota , quod hujusmodi honorificam receptionem Praelati , non solum usus habet , sed dictat & ratio , etiam approbat Scriptura divina . Unde ad Philipenses 2. Thema : *Excipite Epaphroditum cum omni gaudio in Domino , & ejusmodi cum honore habetote* . Et nota , quod sicut patet in ipsa littera praecedenti , iste Epaphroditus fuit Apostolus Philipensem . Dicit ergo : *Excipite* , contra illos , qui rebellando , non recipiunt : *Cum gaudio dicit contra illos , qui parum gaudent : In Domino , dicit ad exclusionem vani gaudii : Cum honore , dicit contra minus honorantes . Et prolequere , ut supra .*

*XXVII. In prima Visitatione solemnī Elekti, & Confirmati
vel Consecrati villarum.*

Licet in omni visitatione Episcopi fieri debeat sermo, tamen magis hoc convenit fieri in prima visitatione cuiusque loci: & est procurandum, quod melius convenient auditores. Ad habendam autem materiam hujus sermonis, notandum, quod nullus debet intrare statum Prælationis, nisi per Christum, qui est ostium. Joannis 10. Qui autem non intrat per carnem, & sanguinem, neque per pecuniam, neque per intrusio- nem, vel aliam quamcunque viam illicitam, sed per modum licitum, intrat per Christum, & a Christo dicitur electus. Item notandum, quod qui eligitur in Episcopum, non eligitur ad quiescendum, neque quiete repausatio- nis carnalis, neque quiete pigritia, neque etiam, quod maius est, quiete contemplationis spiritualis, sed potius ad eundem. Unde Luca 10. dicit di- scipulis, quorum locum tenent Episcopi: *Ite, ecce ego mitto vos: & bene dicit.* Sunt enim quasi balivi Regis aeterni: & igitur sicut balivi teneant affissas (a) suas in diversis locis, modo veniendo ad unum locum, modo ad alium, ut homines facilius habeant copiam eorum in negotiis suis, ita & Episcopi debent visitare loca sua Diocesis, ut habeatur ab hominibus copia eorum. Item sunt agricultorē patris caelestis: ideo pertinet ad eos, modo excolare unum campum, modo alium, & sic per multos discurrere. Item sunt negotiatorē Patris familiās, quibus tradidit talenta sua ad lucrandum, dicens: *Nego- ciātini dum venio:* & ideo debent discurrere per loca diversa, sicut nego- tiatores per forā, & nundinas diversas ad lucrandum. Et nota, quod si fa- ciebat Christus Matthæi 9. *Circuibat Iesus omnes civitates, & caſtella, do- cens.* Sic etiam Apostoli, Luca 9. *Egressi autem Apostoli circuibant per caſtella evangelizantes.* Sic etiam post eos egregius Apostolus discurrebat, modo exiens Athenis, modo Corinthi, modo Ephesi, & sic discurrebat per alia loca. Romanorum 15. *Ab Hierusalem per circuitum usque ad Illiricum mare, repleverim Euangelium Christi.* Sed notandum, quod sunt quidam Episcopi nostri temporis, qui multum discurrunt per suas Dioceses, propter procurations novas recipiendas, similes vulpibus, qui visitant vil- las propter gallinas recipiendas, & comedendas. Oſea 13. *Quasi vultus in deſerto Propheta tui.* Alii sunt, qui visitant, ut invenientes aliquem Sacerdotem, vel Clericum in delicto, extorqueant pecuniam. Et isti sunt similes diabolo, qui circuit, querens quem devoret, ut dicitur, 1. Petri 5. Alii sunt, qui cum deberent aliquando quiescere in contemplatione, & cogitare de statu suo, & agendis suis, non possunt, propter quandam inquietudinem, sicut pullus discurrens per pratum, & hoc est signum mentis male di- fpositæ, sicut in infirmo quando non potest quiescere. Seneca: *Indicium bona mentis est secum confidere, & secum morari.* Unde a contrario sensu,

con-

(a) Affissæ, & Affissæ dicuntur comitia publica, conventus, & consensus præborum ho- minum a Principe, vel Domino Feudi electorum, qui pro tribunali ius dicunt, lites dirimunt, de rebus ad rem publicam spectantibus statuta conficiunt. Plura de his vo- cibus vide in Glossario Dufesue.

contrarium est signum contrarii. Non autem sic faciendum est, sed propter fructum est discurrendum, exemplo Pauli, qui dicit Romanorum 1. *Defi- dero vos videre, ut aliquid impariat vobis gratia spiritualis.* Et post: *Ut aliquem fructum habeam in vobis, scit in ceteris gentibus.* Notandum autem, quod boni Episcopi est non solum unicūm, vel modicum fructum face- re, sed plurimum, & hoc non ad sui, sed Dei gloriam, exemplo Aposto- lorū, quibus dictum est Joannis 15. *In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis.* Sunt autem septem fructus, quibus debet inten- dere in sua visitatione. Primus est, prædicatio. Secundus est, confessionum audito. Tertius est, excelsum correcțio. Quartus, iustitiae querulantibus exhibito. Quintus, Sacramentorum ad se pertinentium ministratio. Sextus, est omnium consolatio, ut pacem inter discordes reformato, pauperibus subveniendo, tristes erigendo, bonis se amicū ostendendo, & familiā mul- ta. Notandum iterum, quod fructus spiritualis, qui fit per Episcopum, so- let interdum perire propter mala exempla adjuncta bonis verbis, per quaē destruitur, quod verbis fuerat edificatum. Non sic fuit in Paulo, qui dicit Corinthiis, quos visitavit, 2. ad Corinthios, 7. cap. *Capite nos, in exem- plum, scilicet: Neminem laſimus, &c.* Interdum propter gravamina pro- curationum, quæ potius inducent maledictionem, quam relinquant edificationem: non sic fuit in Paulo, qui dicit eisdem. 2. Corinthiorum 12. *Ego non gravavi vos.* Interdum propter notam cupiditatis, cum visitatio habet istum finem. Hac enim facit omnia bona precedentiis converti in malum. Non sic fuit in Paulo, qui dicit eisdem, eodem Capitulo: *Non quaro vestra, sed vos.* Ut ergo fructus non pereat, sed maneat: cavendum est Episcopo ab omnibus istis in se, & in familia comitatus sui. Ex prædictis patent qua- tuor, secundum quatuor paragraphs suprapositos. Unum est, quomodo debet quilibet intrare ad prælationem. Aliud est, ad quid ibi ponitur, quia ad discurrendum. Aliud, propter quid debet discurrere, quia propter fru- ctum. Aliud, quomodo cavendum est, ne fructus quem facit ex una parte, ex alia parte destruatur. Materia de prædictis. Thēma Joannis 15. *Ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Elegi, dicit quod primum: *Posui ut eatis,* dicit quod secundum: *Et fructum afferatis,* dicit quod tertium: *Et fructus vester maneat,* dicit quo- ad quartum. Decet autem, ut per Episcopum, vel alium vice ejus prædi- cantem ostendatur causa suscepti regiminis populo, quoad primum. Et cau- fa adventus sui ad locum, quoad secundum. Et offeratur Episcopus prædi- cus, quoad tertium. Et ostendatur voluntas ejus cavendi a destruentibus fructum, quoad quartum. Et in fine commendetur devote orationibus om- nium, ut haec & alia Dominus per eum dignetur operari ad suam, & subjec- torum salutem, & gloriam Iesu Christi.

XXVIII. In omni Consecratione solemnī.

Notandum est, quod sicut patet ex multis scripturis, olim fuerunt apud gentiles aliqua personæ deputatae cultui divino idolorum, qui dicebantur Sacerdotes idolorum. Fuerunt & aliqua loca cul- tui

tui deputata, quæ dicebantur templa Idolorum. Fuerunt & aliquæ res, quæ offerebantur idolis, ut cibi, vel thus, & hujusmodi, quæ dicebantur idolothyta, five idolis immolata. Apud Judæos vero, qui Deo vero servierunt, fuerunt hæc eadem, sed cum majori reverentia. Nam Sacerdotes, & Levi-tæ quoad personas, Tabernaculum, & Templum cum utensilibus quoad loca, & vota, & alia oblationes quoad res, quæ solum deserviebant cultui divino. Verum apud Christianos hæc eadem sunt, sed abundantius, & quoad personas: non enim solum viri consecrantur Domino in cultum divinum, ut Episcopi, imo & Virgines moniales, quæ non sibi apud Judæos: & quoad loca, quia non solum Ecclesiæ Sanctorum, ut Templum olim, sed & Ci-miteria mortuorum consecrantur: & quoad res, quia non solum altaria, cum annexis quibusdam consecrantur, ut tunc, sed etiam quædam sacra-mentalia superaddita, ut Chrismæ, & Oleum ad Catechumenos, & Oleum ad Infirmos: & ista sunt sex, quæ in Ecclesia catholica frequenter, ac solemniter consecrantur, videlicet Episcopi, Moniales, Ecclesiæ, Cimiteria, altaria, sacra unctio. Non solum autem abundantius sunt hæc apud Christianos, sed & solemnius, & decentius, sicut patet ex ipsius officii solemnitate, & devotissimis verbis, & orationibus, quæ continentur in illo. Notandum autem, quod circa ea, quæ Deo sunt dedicata, multipliciter potest offendri. Uno modo, quando ad usus seculares trahuntur. Exemplum de Balthasar, qui in vasis sacræ asportatis de templo bibit, & fecit bibere optimates, & uxores, & concubinas in convivio suo, sed non sine pœna. Nam in ipsa hora vidit visionem terribilem manus scribentis in pariete de ammissione Regni: *Mane, Thecel, phares*, quod propter hoc datum est Medis, & Persis, secundum expositionem Danielis. Danielis 5. Alio modo, quando aliqui, ad quos non pertinet, ingerunt se ad ista. Exemplum de Ozia rege, qui ad ista voluit se ingerere, sed non remansit in ultum. Nam propter hoc factus est terræmotus, & claritas solis valde affulit in faciem ejus, & factus est leprosus. Alio modo, quando aliqui, ad quos pertinet se ingerunt, sed in statu indigno. Exemplum de Oza, qui extendit manum suam ad arcā, inclinatam, & statim aruit dextera ejus, imo mortuus est. 1. Regum 6., & tradunt Hebrei, quod factum est, quia illa nocte dormiebat cum uxore sua. Alio modo, quando fit circa hoc violentia. Exemplum de Eliodoro, qui templum spoliare voluit, sed ibi apparente Dei virtute in equo terribilem habente sessorem, & in duobus juvenibus decoris virtute flagellatus gravissime, in sella gestatrix est eductus. Alio modo, quando fit in ipsis aliisque indecens irreverentia. Sic faciunt illi, de quibus Psalmus 78. *Polluerunt templum sanctum tuum*. Sed & hæc etiam pœnam habent. Dicitur enim in historiis de Pompejo, quod postquam posuit equos in templo pro stabulo, nunquam fuit fortunatus. Alio modo, quando hæc injuste detinentur, ut faciunt illi, qui decimas, & oblationes, & elemosynas datas Ecclesiæ pro Deo, & alia Deo dicata, in injuste detinent: nec hoc etiam evadit pœnam. Exemplum de area, quam captam in bello, quandiu detinuerunt Philistæ, semper plagi multis, & gravibus afflerti sunt, quoisque remiserunt eam in Bethsames, quæ erat de civitatibus sacerdotalibus. 1. Regum 6. Alio modo ex nimia

auda-

audacia appropinquandi ad ista, sicut faciebant mulieres sacratis adibüs se ingerentes. 2. Machabeorum 6. Contra quod dicitur Levitici 10. *Sanctificabor in his, qui appropinquant mibi*, scilicet per vindictam. Et igitur securius est peccatoribus multis flare a longe cum Publicano. Alio modo ex nimia curiositate scrutandi de multis, quid sunt, aut quid significant. Exemplum de Bethsamenis, qui mortui sunt de populo. 70., & de plebe. 53. eo, quod vidissent arcam. Non enim debent multi sic scrutari divina, ut ea vi-deant. Alio modo ex conditione indigna. Non enim multi debent sic esse audaces, ut audeant tangere multa Deo dedicata. Quo contra dicitur 2. Machabeorum 5. de Antiocho, qui scelestis manibus sumens vasla sancta tractabat indignè: sed & ite mortuus est morte pessima. Alio modo ex minori reverentia, quam exhibent aliqui circa ista, caputum non detrahendo, genua non flectendo. Quo contra dicitur de David, 2. Reg. 5. quod coram arca nudatus psallebat, & cum summa reverentia eam deducebat, & deduci faciebat. Alio modo ex minori fide, quam habent aliqui circa ista, non estimantes, quod possint eis multum profectus. Quo contra dicitur de David ibidem, quod cum audisset, quod Dominus benedixisset domui Obededom propter arcam, adduxit eam in domum suam, in spe quod etiam domui sua benediceretur propter arcam Domini. Materia de prædictis. Thema, Levitici 26. *Pavete ad sanctuarium meum*. Et nota, quod quicquid Deo consecratur, dicitur bene sanctuarium Domini propter excellentiam sanctitatis, quia quicquid tale, est valde sanctum. Levitici ultimo. *Quicquid sanctum semel consecratum fuerit, sanctum sanctorum erit Domino*. Ad sanctuarium autem istud pavent, qui per reverentiam ejus cavent a malis supradictis.

XXIX. In solemnia (a) Consecratione Episcopi.

Notandum, quod apud gentiles (sicut claret ex multis scripturis) non fuerunt solum aliqui minores Sacerdotes, qui dicebantur Flamines, sed & majores aliqui, qui dicebantur Archiflamines, & hi erant multi secundum varietates locorum, quibus secundum varios ritus idolis serviebantur: non reperitur tamen, quod consecrabantur. Apud Judæos vero unus erat summus Sacerdos, five Pontifex, qui omnibus aliis præerat, quamvis & inter illos, quibus præerat, quidam essent minores aliis, qui secundum ordinem David per vices suas serviebant in templo. Verum ite pontifex summus cum magna solemnitate consecrabatur Domino. Inter Christianos vero etiam multi sunt summi per varia loca: quia, ut dicitur, ubi erant Archiflamines tempore gentilitatis, & in aliis multis locis, constituti sunt Episcopi, ultra quos non est aliquis major, quoad ordinem: post fidei vero dilatationem ex digniori consecratione, quam communes sacerdotes consecrantur. Sicut enim in veteri lege Levita faciliori ritu sanctificabantur, quam Sacerdotes, sicut dicitur 2. Paralipponen 29. & Sacerdotes, quam Pontifex, sicut patet Exodi 28. ita in nova lege Episcopi summa consecratione digni judicantur. Circa hanc con-

K

secre-

(a) Varios ritus in consecratione Episcopi: jam olim in Latina, & Graeca Ecclesiæ adhibitos explicuimus nostro 1. Tomo Romani Pontificis Tit. xiii.

separationem notandum est primo, quare Episcopi tam excellenter consecrantur. Secundo, quare sit magnum in hujusmodi consecratione. Tertio de his, quae sunt in hujusmodi consecratione, ad quid fiant. Circa primum, notandum, quod quicquid accedit ad Dominum, debet sanctificari. Exodi 19. *Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, sanctificantur, ne percutiat eos:* & ideo cum sit Episcopi primus accedere ad Dominum, eo quod ipse constitutus est super alios in his, quae ad Dominum pertinent, indiget majori sanctitate. Item, quicunque volebat tangere sanctificata, debuit ante sanctificari. Exodi 20. *Qui retigerit ea, scilicet utensilia, sanctificabitur, scilicet, ante.* Cum ergo Episcopi sit trahare multa, & multoties, quae alii non audent tangere, ut sanctum Christum, & multas Reliquias, & similia, valde requiritur in eo magna sanctitas. Item omnis consecratio Ecclesiastica, quia ipsius est consecrare, & ecclesias, & altaria, & hujusmodi: quantum ergo debet esse sanctitatem in Episcopo, quia ab immundo quis mundabitur? Neemicie 12. *Mundati sunt Levitae, & Sacerdotes, & mundaverunt populum:* quia ergo haec ad Episcopum pertinent Deo appropinquare, & consecrationem conferre, convenit ei summa sanctitas, ad quam tendit summa consecratio. Sed circa secundum, notandum, quod inter omnia, quae sunt in Episcopo requirenda, magis requirenda est sanctitas. Inde est, quod dicit Apostolus, Hebraeorum 7. *Talis decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior calix fastus.* Hinc est etiam, quod in Carthaginensi (a) Concilio, cui interfuit Augustinus, dicitur: *Qui ordinatur Episcopus, ante examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si in omnibus temperatus, si vita castus, si sobrius, si pervalet, si humilis, si affabilius, si misericors, & cetera multa, quae sonant in sanctitatem, distinctione 23. Qui Episcopus.* Hinc est, quod in ordinatione Episcoporum dicitur, quod ordinatori querentib[us] ab illis, qui offerunt ordinandum, quid placuit vobis in eo, respondere debent: sanctitas, humilitas, castitas, benignitas, & omnia quae Deo placib[us] sunt. Bene autem super omnia requirenda est sanctitas in Episcopo, haec est enim non potentia, sed sapientia, vel alia quocunque conditio, quae facit apud Deum ipsum exauditione dignum pro populo deprecantem, quia peccatores non audit Deus. Exemplum de sancto Aaron homine sine querela, de quo dicitur Numerorum 16. *Stans inter mortuos, & viventes pro proprio deprecatus est, & plaga cessavit.* Item haec est, quae facit Ecclesiam a mundo honorari. 2. Machabeorum 3. *Propter Onias Pontificis dispositionem, & pie tatem siebat, ut ipsi & Reges, & Principes locum in summo honore dignum ducerent, & templum maximis munieribus illustrarent.* Item haec sunt, quae faciunt Episcopum animalium saluti intendere, juxta illud Joannis 10. *Bonus pastor animam suam ponit pro oviis suis.* Exemplum de Paulo, qui dicit, 2. Corinthiorum 12. *Ego libentissime impendam, & super im pendar in se pro animalibus vestris.* Quia ergo sanctitas in Praelato tantum valet, & apud Deum, & apud mundum, & apud animas, merito Ecclesia, cuius

(a) Est id Concilium Carthaginense IV. celebratum anno 398. in cuius can. 1. ea verba habentur.

tuus est gaudere de fructu spirituali, facit festum magnum in consecratione Episcopi, quia respicit sanctitatem ejus, & solemnizat solum de sanctis Episcopis, & non de aliis quibuscumque. Circa tertium, notandum, quod in consecratione Episcopi multa sunt circa eum, quae valent ad multa. Episcopali enim dignitati debetur honor, & ideo multipliciter ornatur ad decorum. Hujusmodi enim decorus ornatus corda maxime simplicium inducit ad reverentiam. Exemplum de Alexandro, qui, sicut dicitur in historiis, cum obviaisset ei Badus summus Sacerdos Iudeorum pontificalibus induitus, descendit rex de equo, & veneratus est eum, principibus suis super hoc stupentibus. Item ille fit quasi pugil Ecclesiae contra diabolum, & ideo tanquam pugil inungitur, & ponitur mitra, quasi galea in capite, & baculus in manu, sicut habuit David pugnaturus contra Goliam, & alia quedam: & haec terrent, sicut pulchra armatura adversariorum. Sapientie 18. *In ueste poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificientia tua in diademe capitis illius scripta erat: bis autem cessit, qui exterminabat, & haec extimuit.* Item Episcopi est ita sollicitum esse de his, quae pertinent ad officium suum implendis, quod illa nunquam tradat oblivioni, & ideo non solum in scriptis, quae cito traduntur oblivioni, sed in figuris visibilibus, & mysticis per ea, quae circa ipsum sunt, ut verbi gratia per majorem ornatum monrum, & per annulum, quod sicut sponsus debeat intendere Ecclesia secundanda, & sic de unctionibus, & aliis offendituri ei assidue, quid habeat facere, quasi diceretur ei illud Colossemum ultimo: *Vide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas.* Vide scilicet in his, quae gestas, quae sunt ante oculos tuos. Materia de predictis. Thema, 1. Paralipomenon 15. *Vos, qui estis Principes familiarum Levitarum, sanctificamini.* Et nota, quod in hoc quod dicitur, specialiter istis, innuitur, quod in ipsis specialis requiritur sanctificatio. Circa quod notandum, quod apud, &c.

XXX. In solemani Consecratione (a) Virginum monialum.

Notandum, quod Virginitas in tanto honore fuit apud Philosophos, quod, sicut dicit Hieronymus, Thimeus scriptit, Pythagoræ Filiam Virginem Choro Virginum prefuisse, & castitatis instruxisse eas de doctrinis. Apud Paganos vero fuit etiam in tanta reverentia, quod, sicut inventur in quibusdam historiis, Vestæ, quae erat apud eos Dea, & virgo, serviebant Romanæ virgines, quae dicebantur Vestales, quasi divinae Vestæ dedicatæ, ut dicit Papias. Verum apud Iudeos nec fuerunt conventus virginum, nec virgines Deo dedicatae, quia non fuit apud illos virginitas in laude, quia cum essent pauci super terram, vacabant generationi, ut crescerent super terram. Apud Christianos vero, qui dispersi sunt per universum mundum, & magis vacant repletioni cœli, quam terræ, est virginitas in tanto honore, ut post exemplum virginitatis gloriose Virginis, ad eius imitationem facti sunt, & sunt quotidiani conventus Virginum innumerabili.

rabiles, & ipsi Domino Iesu Christo filio virginis, & amatori virginitatis hujusmodi virgines conseruentur. Cīra hujusmodi vero Consecrationem notandum est primo, unde habuit hoc factum originem. Secundo, quid Ecclesia circa hoc facere conseruerit. Tertio, quid ipsi virginis consecratio sit faciendum. Quarto, quid aliud sit circa hujusmodi personas faciendum. Ad primum notandum est primo, quod Beatus Matthæus Epigeniam filiam Regis Ethiopum induxit ad virginitatem, & præfecit eam plus, quam ducentis virginibus, quibus dedit sacram velamen, & sacratissimam orationem super eas fecit, que etiam adhuc habetur in Ordinariis Episcoporum. Exemplo quo appareat quanta auctoritatis sit hujusmodi Consecratio, que a tanto Apostolo, & a tanto tempore, scilicet Ecclesiæ primitiva, & in tanta persona, ut est filia Regis, & a tot aliis introducta est. Cīra secundum, notandum, quod summus Sacerdos in lege non poterat ducere in uxorem, nisi virginem, sicut dicitur Leviticus 21. Ex quo appetet, quod multo minus fieri potest sponsa excellentissimi Sacerdotis, nisi virgo. Propter quod dicit Apostolus 2. Corinth. 11. *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Et ideo cum in Consecratione benedicantur virgines, ut hanc sponsam Christi, sicut sunt benedictiones in matrimonio carnali, non confuevit Ecclesia consecrare nisi virgines. Item quicquid conficerabatur Domino in lege, separabatur ab usibus communibus: & ideo cum per religionem separantur personæ a mundo, iustum est, ut virgo, que Domino consecratur, sit religiosa, quia religio separat a mundo. Et ideo dicitur tali virgini: *Obliviscere populum tuum, & domum patris tui.* Item, sunt quadam virgines superbæ, invidæ, & aliis malitiis plenæ. Et ista sunt similes Diabolo, qui est virgo, sed plenus malitia. Talis autem non debet esse virgo dedicata Deo, sed cum virginitate debet omnimodam sanctitatem habere. 1. Corinthiorum 7. *Mulier innupta, & virgo cogitat, que Domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu.* Et ideo tot sunt benedictiones in Consecratione tali, & vestium, & annuli, & veli, & hujusmodi, quia cum virginitate debent in omni sanctitate intus, & exterius abundare. Sic ergo patet quid Ecclesia facit in hujusmodi Consecratione, quia solum virgines consecrat, & non quascunque, sed religiosas, & in consecrando multimodas benedictiones effundit. Cīra tertium, notandum, quod virgo consecrata, licet debeat esse intenta circa omnem sanctitatem, tamen super omnia circa custodiā virginitatis, ut patet Leviticus 21. *Filia Sacerdotis si deprehensa fuerit in stupro, & nomen patris sui violaverit, flammis exuretur.* Item Deuteronomii 22. dicitur de puerâ, que fornicata est in domo patris sui: *Lapidibus obrivent eam viri civitatis illius, & morietur, quoniam nefas fecit Israel, ut fornicaretur in domo patris sui.* Item, legitur in historiis Gentilium, quod virgines, que serviebant Vestes virginis Deæ, apud eos, si inveniebantur in stupro, comburebantur igne, qui semper ardebat in templo Deæ illius. Quia ergo pena digna est virgo consecrata Deo, que est filia summi Sacerdotis, Dei scilicet, & in ejus domo, scilicet religione moratur, & servit gloriose Virginis, si aliquo modo sua consentiat corruptioni? Et ideo sacrae virgines, magis eligunt omne genus peccatarum sustinere, quam sustinere corruptionem. Cīra

quartum notandum, quod omni homini cavendum est, ne aliquid indecens circa virginem Deo consecratam attentare præsumat. Unde beatus Matthæus dixit: *Si sponsam Regis aliquis servorum Regis usurpare præsumat, non solum offendit Regis, sed mortem meretur.* Et ideo in Consecratione ponitur bannum ab Episcopo, super omnes aliquid hujusmodi attentantes. Non solum autem ab hoc est cavendum, sed ab omniis sancta reverentia est hujusmodi perfonis exhibenda. Hieronymus contra Jovinianum: *Certe Romanus populus in quanto honore habuerunt semper virginis, hicc apparet, quod Confuges, Imperatores, & omnes dignitatis gradus, eis de via cedere soliti sint.* Si autem hoc fecerunt Gentiles, quanto magis Christiani, apud quos est virginitas in summa laude, ipsam summe honorare debent? Non solum autem est eis reverentia exhibenda, sed & in eis spes maxime est ponenda. Credendum est enim pie, quod apud sponsum suum Regem gloriarum possint nos multam juvare, sicut Esther juvit populum suum apud virum suum Assuerum, qui dicit ei, Esther 5. *Quid vis Esther, & qua est petitio tua?* Etiam si dimidiam regni partem petteris, dabo tibi. Unde de beata Catharina legitur: *Vox de celis sonuit, dicens: Quia postulas impetrasti. Materia de predictis. Thema in Psalmo 44. Adducentur Regi virgines post eam, proxima ejus offerentur tibi;* quod dicitur, quia post beatam Virginem futura est sequela hujusmodi virginum, & oblatio earum. Et notandum, quod virginitas in tanto &c.

XXXI. In solemnī (a) Consecratione Ecclesiæ.

Notandum, quod a principio mundi usque ad tempora Moysi, Dominus non habuit in terris aliquem locum sibi specialiter deputatum. Tempore vero Moysi factum est sibi de mandato suo tabernaculum portatile, quod cum populo vago, & nondum habente terram ad habitandum transferebatur. Tempore vero Salomonis populo jam collecto in terra promissionis, factum est sibi templum de mandato suo, sed unicum, quia ad illud confluere poterant omnes Judæi, cum essent in numero brevi, & in vicinio habitantes. Tempore Christianitatis, fide dilatata, ubique factæ sunt sibi Ecclesie innumerables per universum mundum. Et nota, quod Dominus cuius sunt universa loca, & omnia, volavit habere aliqua loca proprie sibi deputata propter tria. Unum est, ut ibi fierent ea, que ad cultum ejus pertinent, que non decuit passim ubique fieri. 2. Paralipomenon 2. *Ut edificarem domum Domini Dei nostri, & consecrarem eam ad adolendum incensum coram illo, & fumigandum aromata, ad propositionem panum in sempiternum, & boloaustrata mane, & vespre, Sabbatis quoque, & Nonomeniis, & solemnitatibus Domini Dei nostri, in sempiternum, que mandata sunt Israeli.* Aliud est ad recipiendum ibidem beneficia divina. 2. Paralipomenon 6. *Ad hoc facta est domus Ibla, ut recipias orationem servi tui, & aperias oculos tuos super dominum istam diebus, & noctibus: & post: Si pecaveritis,*

(a) Exeat & de hoc ritu in Tomo 2. Romani Pontificis Titulus 2. quem nostris commentariis illustravimus.

caverit, & cætera multa. Aliud est, ut ibidem inveniatur, siue homo invenitur in domo sua, & ad eum ibi recurrent homines in suis necessitatibus, loquendo ea in oratione, & audiendo eum in doctrina intrinseca per spiritum, vel extrinseca per suos ministros. Apocalypsis 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Item, notandum, quod hujusmodi domus debet consecrari, sicut Moyæ consecravit tabernaculum, & Salomon templum. Et est hujusmodi ratio triplex. Una est distinctio a cæteris locis. Non enim magnitudine, vel pulchritudine differt Dei domus a cæteris, sed sanctitate, quia ea, quæ in divinos usus separabantur, quamvis non essent magna, vel pulchra, tamen erant sancta. Aliud est habilitatio ad opera sancta, quæ ibi fienda sunt. Magis enim convenit, quod talia fiant in loco sacrato, quam in loco non sacro. Tertia est significatio: hujusmodi enim templum materiale significat templum Dei spirituale, quod nos sumus, quod debet esse sanctum secundum Apostolum: & ideo melius significatur per templum consecratum. Bene igitur dicitur in Psalmo 99. Domum tuam decet sanctitudo: & propter distinctionem, & propter habilitatem, & propter sanctitatem prædictam. Item notandum, quod in hujusmodi Consecratione sunt multa in figuram faciendorum in vero templo, quod nos sumus, de quibus Bernardus tangit in quadam sermone dicens (sermone 1. in dedicatione Ecclesie) (a) In nobis impleri oportet spiritualiter, quæ in parietibus visibiliter praecesserunt. Si vultis scire, hac sunt aspergo, inscriptio, benedictio, illuminatio, unitio. Christus squide Pontifex futrorum bonorum aspergit hyssopo, ut mundemur. Inscriptis digitis suo legem suam in tabulis cordis, & Cruces multis mode ponit devotionis. & sua gratia inungit. Ac postquam unitio gratia sua praecesserit, lucernam suam super candelabrum posit, ut luceat lux vestra coram hominibus. Nam vero benedictionem expectamus in fine, quando aperiet manus suam & implebit omne animal benedictione. Nam in quatuor premissis merita constat, in benedictione sunt premia. Item notandum, quod licet in constructione templi, olim fuerit facta magna solemnitas, tamen multa contigerunt postea circa templum, qua tristitia, & desolationis causa magna fuerunt: unum autem istorum, expoliatio templi, super quam factam ab Antiocho lamentatur Matachias 1. Machabæorum 2. dicens: Væ nibi. Aliud est introductio idolorum, five imaginum diabolicarum in templo, de quo Ezechielis 8. Et universa idola domus Israhel depicta erant in pariete; depicta in circuitu per totum abunde; de quo summe dolebant Judæi. Aliud est coinquinatio. Super quo d'lsens David dicit Psalmus 78. Polluerunt templum sanctum: in immunditia carnalium peccatorum. Et per hoc sit templum Delatrina Diaboli, quod magis est abominabile, quam quando de templo Baal facta fuerunt latrinae. 4. Regum 10. Aliud est combustio per ignem cupiditatis. Quod gemens David dicit Psalmus 78. Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra. Aliud exultatio Dæmonum in templo sic destruto, super quo lamentatur Hieremias dicens Threnorum 2. Vocem dederunt in domo Domini sicut in die solenni. Aliud est conversio in desertum per longam incu-

(a) Altera haec leguntur verba in laudato S. Bernardi sermonis, quam hic ab Humberto recitantur.

incuriam, i. Machabæorum 4. Invenerunt sanctificationem desertam, & post planxerunt planctu magno. Aliud est reparatio modici valoris. i. Eldra 3. Plurimi de Sacerdotibus, & seniore, qui viderant templum Domini prius fundatum, & hoc templum in oculis eorum, flebant propter hoc: scilicet, quod istud nihil erat in comparatione ad illud. Porro hæc omnia est hodie invenire in templo Dei spirituali, diligenter intuenti: propter quod festum Consecrationis jam apud multos conversum est in luctum lamentationis. Materia de prædictis Thæma, Psalmo 92. Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudine dierum. Et notat hic quinque paragraphos suprapositos. Primo, quod Dominus habet nunc in mundo, domum. Secundo, quare, tuam. Tertio, quare consecranda est, decet. Quarto, quid sit in ejus Consecratione, sanctitudo. Quinto, quod hoc deberet durare, ut non vertatur in luctum, in longitudine dierum.

XXXII. In solenni Consecratione (a) Cimiterii.

Notandum, quod loquendo propriè, Consecratio dicitur ubi fit aliquæ inunctio olei, vel chrismatis consecrati: extenso tamen nomine dicitur Consecratio, ubi præter hoc fit aliqua sanctificatio per aspersionem aquæ benedictæ, & orationes. Et hoc modo benedictio Cimiterii ibi vocatur Consecratio, ut in Ordinariis Episcoporum. Circa autem Consecrationem, notandum, quod inter infelicitates generis humani, haec est una de maximis, quando contingit aliquem, sicut animal brutum, carere sepultura Ecclesiastica. Ecclesiastici 6. Si sepultura caret, de hoc ego pronuncio, quod melior sit abortivus. Inde est, quod non inventur aliquid genus hominum etiam gentilium, quod non habuerit curam de mortuis sepeliendis. Unde Augustinus: Hoc faciunt etiam, qui carnis resurrectionem non credunt. Verum Judæi, qui majorem habuerunt cognitionem de seculo futuro, & carnis resurrectione, maiorem habuerunt de hoc curam, quam gentiles. Augustinus in Enchiridio: Antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, exequia celebrata, sepultura provisa, ipsi quoque cum vivent, de sepeliendis, & transferendis suis corporibus filii mandaverunt. Tobias sepeliendo mortuos, Dei gratiam promeruisse, teste Angelo, commendatur. Ipse quoque Dominus tertia die resurrectus, religiosæ mulieris bonum opus prædicandum, quia commendavit. Et laudabiliter in Euangelio commemorantur, qui corpus ejus de Cruce acceptum diligenter, atque honorifice tegendum, sepeliendumque curaverunt. Christiani vero, qui de carnis resurrectione certiore fidem, & firmorem spem gerunt, omne aliud genus hominum circa curam hujusmodi excedunt: quod patet ex tribus. Ex honore magnifico, quem exhibent circa corpus defuncti. Ex devotissimo officio, quod agunt in exequiis. Et ex proprietate loci sacrati, quam habent ad sepeliendum. Non enim sicut alienationes in domo, vel in horto, vel in agris, vel in aliis hujusmodi locis sepeliunt, sed solum in loco venerabili, & publico ad hoc consecrato, & deputato.

Notap-

(a) Vide Commentarios nostros ad Titulum VI. Tomi II. Romani Pontificalis.

Notandum autem, quod corpora fidelium defunctorum habuerunt multa in se & habent, propter quae fides Christiana maxime de eis curam debet habere. Ipsa enim templum fuerunt Spiritus Sancti. 1. Corinthiorum 6. *An resicatis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti.* Item fuerunt organum ejusdem. Augustinus: *Corporibus iustorum, atque fidelium tanquam organis, & vasis ad ognia opera bona usus est Spiritus Sanctus.* Item membra Christi fuerunt. 1. Corinthiorum 6. *Nescitis quoniam corpora vestra, membra sunt Christi.* Item consecrata fuerunt Deo per sacras unctiones Olearii sanctificati, & Chrysostomi in baptismo, & confirmatione. Propter quod 1. Corinthiorum 6. dicit Paulus: *Sed sanctificati estis, ideo Deo consecrati per hujusmodi unctiones.* Item est in eis virtus aeternitatis, & maximus honor in carne mortua, esse semina aeternitatis, quia per sepulturam significatur, quod corpora referuntur ad aliam vitam aeternam. Item receperunt sacratissimum corpus, & sanguinem Dei Salvatoris. Ad Hebreos 2. *Pueri communicaverunt carni, & sanguini.* Item servierunt Domino Iesu Christo, non enim sola anima, sed ipsum corpus iustorum laborat in servitio Creatoris, & glorificant justi Deum in corpore vestro. Item reparanda sunt. 1. Corinthiorum 15. *Seminatur in ignobilitate, surget in gloria.* Propter hoc autem fides catholica de sepeliendis honorifice, & devote corporibus fidelium iustorum maximam curam gerit, inter alia ad hoc pertinientia, locum ad hoc proprium deputando, & consecrando. Notandum autem iterum, quod multa sunt, quae valent ad dämones effugandos. Unum est memoria Crucis Christi, cum ad memoriam Crucis omnis diaboli fugatur exercitus. Aliud est aspersio aquæ benedictæ, & hoc propter sanctificationem in ea factam. Bernardus: *Terret eum sanctitas.* Aliud est oratio. Isidorus: *Palma, & orationes fugant demones.* Aliud est fidei lux, quia lux fugat male agentes. 1. Petri 5. *Cui resistite fortis in fide.* Aliud est opus fervidae charitatis, sicut thus ardens in igne fugat bestiam venenatam. Aliud est potestas Ecclesiastica, contra quam non possunt pravaleare portæ inferi. Lucæ 9. *Det eis potestatem super omnia dæmonia.* Aliud est adjutorium Sanctorum. Marci ultimo: *In nomine meo dæmonia ejicient.* Semper igitur in consecratione Cimiterii ponuntur Cruces etiam in medio, & in circuitu, & fit ibidem aspersio aquæ benedictæ, & orationes multiplices. Et ascenduntur candela, in quibus intelligitur fidei claritas, & fit thurificatio incensi ardentes, quæ designat prædictum opus, & circuit Episcopus, in quo est potestas Ecclesiastica: & fit Cimiterium juxta Ecclesias Sanctorum, qui possunt juvare defunctos, ut per haec omnia repellatur potestas diaboli ab impediendo bona, quæ sunt pro animabus, quorum corpora in illo Cimiterio requiescent. Sic patet secundum tres paragraplos supra positos, quomodo fides Christiana magnam curam habet de sepultura fidelium, & quare habet hujusmodi eum magnam, & quare in consecratione Cimiterii haec facit supradicta. Materia de prædictis. Thoma, Ecclesiastici 38. *Fili in mortuum produc lachrymas, & quasi dura passus, incipe plorare, & secundum judicium contege corpus illius, & ne despicias sepulturam ejus.* Notandum, quod mortuo debe-

debemus tria; quæ hic tanguntur, scilicet affectionem doloris naturalem: *fili:* humanitatis obsequium: & secundum judicium: secundum statum illius exhibe ei cooperaturam convenientem: & Ecclesiasticam sepulturam: & ne despicias sepulturam ejus. Ad intelligentiam autem, quæ sit hujusmodi sepultura apud Christianos, notandum est &c.

XXXIII. In solemnni Consecratione (a) Altaris.

Notandum, quod ab initio mundi, usque ad tempus Noe, non levigatur aliiquid Altare fuisse in mundo, sed qui volebant aliiquid offerre Deo, sicut Abel, & Cain. Genesis 4. vel invocare nomen Dei, sicut Enos filius Seth, eadem haec faciebant, quomodo volebant, sine Altaria postmodum a temporibus Noe post diluvium primo facta sunt Altaria, tam ab ipso Noe. Genesis 8. quam ab Abraham. Genesis 12. quam ab Isaac. Genesis 26. quam a Jacob. Genesis 35. quam a Moysi. Exodi 17. A temporibus vero Moysei non solum facta sunt Altaria, sed & consecrata cum incensibus suis de mandato Domini. Exodi 40. In temporibus vero Machabœorum facta est solemnitas magna super istis, & tunc facta, & in perpetuum facienda. 1. Machabœorum 4. *Facta est latitia magna in populo, & fratres eius, & universa Ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis Altaris in temporibus suis ab annis in annum per dies octo.* Haec ergo sunt tria, que leguntur in veteri testamento de Altari, & Consecratione, & solemnizatione: sed in signum cessationis cultus illius, interdum illa Altaria sunt destructa, & hoc contra primum: *Altaria, inquit, tua destruxerunt.* 3. Regum 19. Interdum profanata, & hoc contra secundum. Interdum autem gaudium illud est versum in luctum. Unde Hieremias Threnorum 2. lamentans dicit: *Repulit dominus Altare suum, maledixit sanctificationi suæ, scilicet Altari, quod erat sanctificatum.* Adveniente autem fide Christiana impletum est hoc, quando cessaverunt hujusmodi Altaria cum cultu suo secundum prophetiam, quæ dicit, Osee 3. *Dies multos sedebunt filii Israel sine sacrificio, & sine Altari.* Veruntamen non caret fides Christiana Altaribus, licet caret istis, immo habet multo plura illis, quia quasi innumerabilia, & in locis pluribus, quia quasi per totum mundum, & a pluribus Patribus dedicata, quia ab ipsis innumerabilibus, & non solum in honorem Dei, sed in honorem Sanctorum ejus innumerabilium. Ad sciendum autem, quare Ecclesia consuevit sua altaria consecrare, notandum est, quod in Altaribus ecclesiasticis sunt non solum semel in uno loco, vel in paucis Altaribus, sed quotidie, & ubique, in omnibus maxima, & mirabilia. Quid enim mirabilius, quam quod panis, & vinum convertuntur ibi in verum corpus, & sanguinem Iesu, sicut tenet fides, & probant auctoritates? Item in Altari incenso veteri legitur semel apparuisse Angelus unus stans a dextris Altaris, Lucæ 1. In hoc autem Altari quotidie descendunt Angeli innumerabiles. Gregorius in dialogo: *Quis fidelium babere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis vocem*

L I

(a) Fusa & de hoc ritu egimus nostro 2. Tomo Pontificalis Romani in commentario ad Titulum 3.

vocem celos aperiri , & in illo se fesu mysterio Angelorum chorus adesse ? Item dæmones , qui circa aras gentilium solebant familiariter conversari , & ibi dem dare responsa , fugiunt hujusmodi Altaria , tanquam locum terribilem . Chrysostomus in Homilia super Joannem : *Ubicunque viderint sanguinem Domini nostri , fugiunt dæmones .* Nee mirum , cum Angelus percutiens Aegyptum pertransierit domus , in quibus erat in superelminaribus sanguis , significans hunc sanguinem . Non solum autem mirabilia , sed excellentissima opera fuit in Altaribus . Ibi enim offertur hostia sanctissima , que sicut dicit Augustinus , successit omnibus sacrificiis antiquis , & pro illis omnibus offertur . Ibi iterum fuit sacrae orationes solemnies a Pontificibus , & Sacerdotibus , (a) qui sunt mediatores inter Deum , & homines pro tota Dei Ecclesia , & gradibus ipsius universis , cum invocationibus Sanctorum omnium in adjutorium hujusmodi orationum , sicut patet in Canone . Ibi iterum consecratur unctio sacra , de qua omnia alia sacranda conferuntur , sicut patet in Ordinariis Episcoporum . Non solum autem ista mirabilia excellentissima fuit ibi , imo & emanant in illis multa utilissima animabus . Ibi enim mensa quotidie paratur , & descendit panis de celo , de quo participant non solum Sacerdotes , & ministri , imo & tota plebs pie credens , iuxta illud Augustini : *Crede , & manducasti .* Iterum est ibi locus , unde emanat benedictio . Unde omnis benedictio Ecclesiastica fere sit super Altare , & Sacerdos in fine debet benedicere populum , sicut Moyse Leviticus 9. de Altari beneditixit populum . *De consecratione , Distinctione 1. Cap. Missas . Dum ad celebrandum missas in die dominico convenit populus , non discedat prius , quam missa solemnitas compleatetur , & ubi Episcopus non fuerit , benedictionem accipiat Sacerdotis .* Iterum ibi inventur subsidium protectionis con fugientibus ad Altare , non solum corporale , sed & spirituale . Exemplum 2. Machabæorum 3. ubi imminentie spoliacione templi Sacerdotes cum stolis praefixerunt se ante Altare . Et ecce Heliodorus volens illud spoliare verberatus est , Dei virtute ostendente suam potentiam per equitatem terribilem . Et ad terram proiectus circumfusus caligine , eductus est in sella gestatoria . Cum igitur tanta mirabilia , & tanta excellentia opera , & tam utilia animabus , fiant in Altari , bene congruit , ut consecretur , sicut fecit non solum Moyse in veteri testamento , sed in novo beatus Silvester , sicut dicitur extra , *De sacra Unctione , Cap. Mitt .* Item notandum est , quod ad viros fideles pertinet ad hujusmodi Altaria consecrata magnam habere reverentiam alioquin imminaret periculum peccatori contrarium facienti . Unde narrat Gregorius in dialogo , quod cum quidam grave peccatum , & enorme commiserat , in crastino intrans Ecclesiam , non fuisse ausus appropinquare ad Altare , & post etiam dies aliquot , assumpta majori audacia , quotidie plus , & plus appropinquaret ad Altare , tandem prope ipsum existens subito mortuus est . Ideo bene dicitur in Psalmo 25. *Lavabo inter innocentes manus meas , & circundabo Altare tuum Domine , scilicet , & non ante .* Item , ibidem offerri debet , *De consecratione , Distinctione 1. Cap. Omnis Christianus procuret ad*

(a) Quomodo Sacerdotes appellantur mediatores inter Deum , & Homines , explicamus in Commentariis nostris ad Pontificale Romanum . Tomo 1.

ad missarum solemnias aliquid offerre Deo , & ducere ad memoriam , quod Dominus per Moysem dicit : Non apparbis in conspectu meo vacuus . Item , ibidem adorare : *Hic Deum adora .* Apocalypsis 19. & 22. & hoc etiam faciunt Angeli . Apocalypsis 8. *Statu Angelus ante altare habens thuribulum aureum , scilicet , orationum .* Ex predicitis patent tria , secundum tres paragraphos , scilicet , de origine Altarium , & quare consecrantur , & quid faciendum est a fidelibus circa ea . Materia de predicitis . Thema , Exodi 29. *Sanctificabitur Altare in gloria mea .* Circa hanc sanctificationem notandum , &c .

XXXIV. In solemnni Consecratione (a) Unctionis sacra .

Notandum , quod apud Judeos inungebantur olim Reges , & Sacerdotes : apud vero Christianos non solum Reges , & Sacerdotes , sed omnes Christiani , quos fecit Christus regnum , & Sacerdotes Deo . Apocalypsis 1. Inunguntur , & frequentius , & plus , & devotius , quam tunc illi . Inungitur enim omnis Christianus in principio Christianitatis in baptismo , & in processu in confirmatione , & in exitu de mundo in extrema unctio . Ad Catechumenos in vertice , Chrismate : in confirmatione vero in fronte , Chrismate : in extrema vero unctione fere per omnes sensus , & membra , Oleo consecrato ad infirmos . Primum fit cum magna devotione Christianorum afflentium , & cum multis sacramentalibus admixtis . Secundum a solis Episcopis . Tertium vero a pluribus Sacerdotibus convocatis , & ideo credentes in Christum , bene sortiti sunt hoc nomen Christiani , quod idem est , quod uncti : sicut enim Christus idem est , quod unctus , ita Christianus dicitur Christianus , quasi unctus , videlicet propter hujusmodi Unctiones supradictas . Item notandum , quod omni Christiano pie volenti vivere in Christo imminet persecutio diaboli . Item , oportet eum portare onera Christianitatis , quae multa sunt . Item , oportet eum habere cor molle , & pium ad ea quae Dei sunt , & ideo bene ungitur , sicut pugil pugnaturus , & hoc quoad primum : & sicut rotta currus , ut melius portet onus , & hoc quoad secundum : & sicut pellis , ut emolliatur , & hoc quoad tertium . Hac autem tria facit unctio gratiae interioris , quam representat , & in parte efficit Unctio exterior . Juvat enim contra hostem , & facilis facit portare gravia , & emolliit cor ad omnem pium affectum . Item notandum est , quod est unctio mala , & haec est triplex . Quædam quæ dicitur adulatio , de qua in Psalmo 140. *Oleum autem peccatoris non impinguat caput meum .* Alia carnalis delectationis , hæc enim corpus suavitatem , sicut unguentum . Amos 6. *Opino unguento delibuti .* Alia est letitia abundantie temporalis . Osee 12. *Ephraim oleum deferebat in Aegyptum :* quod dicitur secundum moralitatem , quia abundantia temporalis , quæ intelligitur per Ephraim , inducit oleum letitiae in mundanis . Porro tali oleo prophano , & maledicto non est unctus David , sed oleo sancto meo , inquit , unxi eum . Neque Aaron , sed oleo sancto ,

(a) De consecratione sacerorum Oleorum fuse agimus 3. Tomo nostri Romani Pontificis , ubi variis antiqui de ea re enarrantur Ritus .

sancto , sicut dicitur Ecclesiastici 54 . Nec talis debet esse Unctio Christianorum , sed debent inungi Unctione sacra . Unde 1. Joannis 2. dicitur Christianis : *Et vos Unctionem habetis a sancto Spiritu* , qui , ut confat , oleo maledicto peccati non ungit , sed unctione gratiae spiritualis , & sanctae . Et ideo bene Ecclesia consecrat Unctionem , qua debent Christiani inungi , ut detur intelligi , quod nunquam oleo maledicto peccati , sed solum sacra Unctione Spiritus sancti debent inungi . Item notandum , quod ad habendam Unctionem gratia , tria concurrent necessario . Unum est Christus ex parte efficientis . Non enim potest haberi gratia , nisi ab ipso , juxta illud Joan. 1. *Gratia per Iesum Christum facta est* . Aliud est passio ejus ex parte meriti . Merito enim passionis ejus venit gratia in mundum . Ephesiorum 1. *Habemus redemptionem per sanguinem ejus in remissionem peccatorum , secundum divitias gratia ejus* . Aliud est debita reverentia ex parte suscipientis . Ecclesiastici 32. *Pro reverentia accedit tibi bona gratia* : & ideo consecratio Sacra Unctionis , qua ordinatur principaliiter ad gratiam , non sit nisi ab Episcopo , qui est præ ceteris specialiter vice Christi , & circa tempus passionis , scilicet in die Cena , quando & Sacramentum altaris fuit institutum , & cestantibus veteribus sacramentis , nova receperunt habere initium . Et cum summa reverentia , sicut patet in Officio hujus consecrationis , ut per hac intelligatur , quod Unctio gratia spiritualis , quam ista designat , non potest haberi , nisi a Christo , & merito passionis , & a reverenter accidente . Item notandum , quod in veteri testamento fuit Thimrama , quod erat confectum ex quattuor speciebus valde pretiosis pulveratis , & thus similiter , quæ adolebantur in altari in incensum , & in usum divinum : sed hoc non dicebatur Unctio , vel unguentum , quia nullus liquor , qui possit ungere , erat admixtus . Sed præter hoc erat quoddam unguentum , quo ungebantur Sacerdos , & tabernaculum , & contenta in eo , confectum quatuor speciebus valde pretiosis cum admixtione olei . Istud autem unguentum , licet diceretur sacram propter res Deo dicatas , quæ eo inungebantur , tamen non consecrabatur per alias orationes , vel alio modo . Unctio vero Ecclesia consecratur ab Episcopo . Item unguentum illud erat ad conferendum dignitatem . Dignius enim erat , quod inungebatur aliis : nostra vero Unctio est ad conferendam sanctitatem . Item illud compositum ex quatuor speciebus , de quibus valde obscurum est quid significat : nostra quoque est composita ex oleo , & balsamo , quod clare significat nitorem bone conscientiae quoad oleum , & bonæ famæ odorem quoad balsamum . Quoddam simplex , scilicet , de oleo solo , scilicet illud , quoad Catechumenos , & ad infirmos , quod habet respectum ad nitorem conscientiae : nullum vero est de balsamo fine oleo : quia fama fine bonitate conscientiae non pertinet ad bonum Christianum . Ita ergo Unctio nostra differt ab illa in tribus , videlicet , quia sacramentum , & quia effectus nobiliores , & quia clarius exprimit quid significat . Patent ex predictis quinque secundum quinque paragraphs , scilicet , quomodo Christiani inungantur , & quare de Unctione consecrata , & de solennitate hujus Consecrationis , & differentia hujus Unctionis ad antiquam veteris testamenti . Materia de predictis . Thema , Ecclesiastici 38. *Unguentarius*

arius unctiones conficit sanitatis . Et nota , quod unguentarius potest dici Christus : quia , sicut dicit Bernardus , non Cauterio sanat , sed unguento . Ille ergo unguentarius unctiones conficit sanitatis , quando auctoritate sua minister suus Episcopus hujusmodi Unctiones consecrat pro animarum salute , & sanitate , ipso conferente ad hoc virtutem .

XXXV. In omni Benedictione solemnii Sacerdotali .

Notandum , quod in Ecclesia non sunt solum supradictæ consecrationes solemnies , sed & Benedictiones solemnies : & Benedictiones minus sonant , quam consecrationes , licet quandoque unum pro alio confuse recipiantur . Benedicuntur enim quandoque , & solemniter aqua , panis , rami , candelæ , cineres , pera , & baculus , fructus novi , crucis , & vestimenta Ecclesiastica , & vestes novitiorum , & hujusmodi multa : quandoque a simplici Sacerdote , quandoque ab Episcopo : & præter hec solemniter benedicuntur Abbates , & Abbatissæ . Et sic occurrit triplex materia sermonis circa Benedictionem . Alia circa omne genus benedictionis , alia circa benedictionem Abbatis proprie , alia circa benedictionem Abbatissæ satis improprie . Circa primum nota , quod est triplex benedictio . Una est divina , & hæc est , quam petebat David in Psalmo 66. , dicens : *Benedic nos Deus Deus noster* . Nec mirum , si hanc petebat : quia hæc est , quæ facit abundare omni bono . Ecclesiastici . 39. *Benedictio illius , quasi fluvius inundabit , & quasi torrens terram inebriabit* . Alia est Angelica , & hæc est , quam extorxit Jacob ab Angelo , dicens ei Genesis 32. *Non dimittam te , nisi benedixeris mihi* : & post : *Benedixit ei in eodem loco* . Hæc autem benedictio beata est , quia attollit in spiritualibus , & in carnalibus minuit . Unde sequitur ibi : *Vidi dominum facie ad faciem* ; & post vero , pede claudicabat . Alia est humana , & hæc est duplex . Quædam mala . Sunt enim aliqui , qui benedicunt illis , qui sunt a Domino maledicti , juxta illud Psalmi 118. *Maledicti , qui declinant a mandatis tuis* . Et iniquis benedicuntur , quando aliquis laudatur de malis aliquibus , quæ fecit . Et nota , quod Balaam , Numerorum 22. non ausus fuit maledicere populo benedicto a Domino : quanta ergo audacia malitia est in ipsis , qui maledicto a Domino benedicunt ? Alia est bona , & hæc est triplex . Quædam est devotionis , sicut quando aliqui petunt ex devotione , quandoque benedictionem aliquius boni viri , de cuius sanctitate multum præsumunt , sicut legitur in Vitis Patrum frequenter , quod Sancti serues petebant mutuo unus ab alio benedicti . Est autem probabile , quod hujusmodi benedictio multum possit valere propter Spiritum sanctorum habitantem in viris sanctis . Proverbiorum 11. *Benedictione justorum exaltabitur civitas* . Alia est benedictio paterna , & hæc est , quæ multum fuit in usu apud antiques , sicut patet in Isaac , & Jacob , & multis aliis , & non sine causa . Multum enim potest prodest filiis . Ecclesiastici 3. *Benedictio patris firmat domos filiorum* . Alia est Sacerdotalis , de qua Numerorum 6. *Loquere Aaron , & filii suis : Sic benedic et filii Israel* . Notandum , quod benedictio Sacerdotalis observata est in Sacerdotio Melchisedech ante legem , qui benedicit

Abraham . Genesis 14. Item , in sacerdotio sub lege , in quo tempore etiam Sacerdotes benedixerunt populum , sicut patet . 2. Paralipomenon 30. Item observabatur sub Christo . Unde confluunt quoddam arduum est , quod Sacerdotes benedictionem darent in fine Missæ , sicut patet , *De consecratione Distinzione 1. Cum ad celebrandas missas.* Quanta ergo autoritatis est hujusmodi benedictio , quæ a primo Sacerdote , de quo fit mentio in Biblia , incipiens , & continuata per Sacerdotes legis veteris durat adhuc , & durabit usque in finem in Ecclesia ? Item notandum , quod Sacerdos est de illis Dei ministris , per quos Dominus operatur in terris , & quod faciunt , reputat se facere . Item , Sacerdotibus specialiter commissum est , cum ipsis invocarent nomen Domini in benedictionibus , Dominus faceret benedictionem . Numerorum 6. *Iuvocabunt filii Aaron nomen meum super filios Israel , & ego benedic eis.* Item in ordinatione Sacerdotis fit specialis oratio , ut quicquid ipse benedixerit , benedicatur , sicut patet in Ordinario Episcoporum . Sic ergo tria concurrunt in persona Sacerdotis valentia ad officium bonum benedictionis , quæ non concurrunt in benedictione paterna , vel alia quacunque persona : scilicet , Dei ministratio , & divina promissio , & specialis ab Ecclesia ordinata oratio predicta . Præterea consuetudo est , quod benedictio fit cum manu , exemplo Aaron Sacerdotis , qui extendens manus ad populum benedixit ei . Leviticus 9. In manu autem Sacerdotis concurrunt tria super omnes alias manus , quæ sunt magna excellentia . Ipsa enim est , quæ consecrata est sacro Christate in ordinatione . Ipsa est , quæ ministrat in mensa altaris omnia , quæ in verum corpus , & sanguinem Dei transmutantur . Ipsa est , quæ non solum alia sacra Sacramenta pertransitat , sed & ipsum verum corpus , & sanguinem Domini cum proprio tactu sibi , & aliis ministrat . Quis ergo fidelis debeat dubitare , quin manus talis magnam habeat potestatem circa beneficia conferenda ? Præterea in forma Benedictionis Sacerdotalis inveniuntur tria , quæ sunt magna virtutis , scilicet , signum Crucis , invocatio Sanctissimæ Trinitatis , specialis oratio , ut aliquem bonum effectum habeat in re , quæ benedicitur . Sine enim istis tribus non fit aliqua Benedictio Solemnis a Sacerdote . Sic ergo patet , quod si habeatur respectus ad personam Sacerdotis , & ad manum cum qua benedicit , & ad formam benedictionis , maxima debet haberi fiducia , quod Sacerdotalis Benedictio multum possit . Scindendum autem , quod inter alia multa , ad quæ valere potest Sacerdotalis Benedictio , credi debet pie , quod valet ad tria in re benedicta : scilicet , ad dæmones effugandos , & hoc ratione crucis , quæ fit in ea : & ad aliquem effectum bonum , & hoc ratione orationis specialis , quæ fit ad hoc , cum non sit credendum , quod Ecclesia fraudetur intentione sua : & ad transferendum rem in usus divinos , & hoc ratione invoke Trinitatis , cui quodammodo res benedicta dedicatur per sanctificationem hujusmodi benedictionis . Patent ex predictis quatuor secundum quatuor paragraphos , scilicet , quomodo distinguitur Sacerdotalis Benedictio a quibusdam aliis , & quantæ sit auctoritatis , & quanta fiducia sit habenda in ea , & ad quæ valeat . Materia de predictis . Thema , Ecclesiastici 36. *Secundum benedictionem Aaron de populo tuo.* Et nota , quod sapiens attendens quantum potuit valere

valere benedictio Aaron Sacerdotis , fecit hanc orationem . Proinde cum crederatur , quod multo magis valere possit benedictio Sacerdotis novi testamenti , cum istud testamentum melius sit illo , debent fideles non solum altare , & videre , vel audire benedictiones hujusmodi , sed desiderare , & orare , ut effectus salutares producant . Ad hoc autem intelligendum , notandum , quod triplex &c.

XXXVI. In solemnī Beneditōne (a) Abbatis .

Notandum , quod in benedictione Abbatis non fit aliqua inunctione , sicut fieri consuevit in consecrationibus , sed solum sacra verba , & orationes devote proferuntur , & ideo magis vocatur benedictio , quam consecratio . Verum ista benedictio non fit a quoconque Sacerdote , vel etiam alio Abbe , sed solum ab Episcopo , coadjutantibus fibi Episcopo , vel Abbatete , & quandoque pluribus . Item , non fit in privato , sed in publico , coram multis convenientibus . Item , fit cum magno apparatu vestimentorum , & quandoque cum Missa secundum quadam Ordinaria . Et ideo bene potest dici solemnis , & ratione actoris eam facientes , & ratione loci publici , in quo fit , & ratione modi faciendo predicti . Item nota , quod filius Dei , Patrem suum benedictum vocavit : *Abba . Marci 14. Abba pater.* Similiter filii adoptionis vocant Deum *Abba* , ad Romanos 8. & Galatas 4. *In quo , scilicet Spiritu sancto , clamamus Abba pater.* Similiter antiquitus vocabantur Sancti viri *Abba* . Unde in Vitis Patrum frequenter dicitur a fratre alio bono viro : *Abba dic mibi .* Ex his ergo debet convinci quilibet , qui hoc nomine vocatur , quantum nomen istud ipsum obligat ad bonum , cum illo nomine vocetur , quo Deus pater a filio , & quo ipse Deus a filiis adoptionis , & antiqui Sancti a fratribus Deo devotis vocabantur . Ideo bene dicit Benedictus in regula : *Abbas semper meminisse debet , quod dicitur , ut scilicet , ex talis memoria vocationis animetur ad bonum .* Item notandum , quod ad patrem monasterii pertinet corriger subditos , & providere in temporalibus , & spiritualibus , & sollicitudinem de bono statu eorum gerere specialem . Et ideo bene fortius est nomen (b) patris : patris enim est corriger , juxta illud 2. Corinthoniorum 12. *Parentes debent bœfazurare filios , & de bono eorum esse solliciti ,* exemplo Job , de quo legitur Job 1. *Confurgens diluculam offerebat holocausta pro singulis filiis .* Dicebat enim in corde suo : *Ne forte peccaverint*

(a) Varios Ritus , qui in Benedictione Abbatis occurunt , explicuius nostro 1. Tomo Commentariorum in 1. Partem Romani Pontificis Tit.xv.

(b) Nomen Patris commune est omnibus fœtis Sacerdotibus in Congregatione degentibus , eoque vel olim appellati sunt titulo Presbyteri Congregationis Oratori S. Hieronymi Charitatis Urbis ; ut iisque ex antiquis notiti Bonifigori Cacciaguerre Epistolis paulum : ex Summorum Pontificum , & S. R. E. Cardinalium Vicariorum Urbis ; ex veteribus memorie lapidis , qui hodieque extant in nostro Templo S. Hieronymi Charitatis ; itemque ex Gallonio in Vita S. Philippi ad annum 159. ex Baccio in ejusdem Vita lib. 1. cap. 14. & ex aliis plurimis . Porro hoc iocerio adnotandum censui , quod quidam Domus , atque Instituto S. Hieronymi Charitatis infensi nugari non eruerint ejusdem domus Presbyteros nunquam suis Patres vocatos .

rint filii. Item notandum, quod inter omnia genera Prælatorum sanctiores debent esse patres Religiorum. Ipsi enim præsumt non quibusunque, sed illis, qui sancti sunt, vel esse debent tanquam Nazarei. Sunt iterum successores Sanctorum. Specialis enim sanctitas effulsa in antiquis Patribus monasteriorum. Item non habent inter manus, nisi sanctificata Domino de elemosynis, & hujusmodi, quæ valde obligant ad sanctitatem. Porro ad sanctitatem multum conferunt verba sacra, & orationes, juxta illud 1. Timothei 4. de cibo, *sanc& tificatur per verbum Dei, & orationem;* & in benedictione Abbatie dicuntur multa sacra verba, & orationes, ut horum virtute sanctitas Abbatie conferatur. Iterum, quod non sufficit sanctitas Abbatie, nisi curam exerceat Pastoralem: ideo post orationes, & sacra verba super eum effusa, datur ei baculus, & dicit Episcopus. *Accipe baculum Pastoralem.* In quo baculo tria notantur. Debet enim Abbas defendere subditos a dæmonibus, & errantes ad viam reducere, & alienæ virtuti, non suæ, omnia bona attribuere, sicut pastor baculo defendit oves, & ad viam reducit, & super eum fragilitatem suam appodiatis, non in sua confidens virtute. Iterum postea datur & Regula in manu, ut eam semper prompte habeat ad legendum, quod non faciunt quidam, semper eam in arca, vel in pulpito dimittentes, & ut, quod ea continetur, in operis manu habeat, & ut de eo, quod habet in manibus, regulet ceteros. Item qui tales sunt, digni sunt Sedium prædecessorum suorum sanctorum, & ideo postmodum ponitur in sede prædecessoris sui, dicente sibi Episcopo: *Sta, tene locum a Deo tibi delegatum.* Iterum, ubi prædicta concurrunt, non datur occasio oblocutionis, sed potius Deum laudandi. Et igitur post incipit Episcopus: *Tu Deum laudamus.* Iterum ex istis sequitur filialis dilectio, & reverentia, quam debent subditi ad talem Abbatem: & ideo post ista debent fratres talem Abbatem flexis genibus osculari, secundum Ordinarium Episcoporum. Et sic patet, quare ista fex fiant in Benedictione Abbatis, scilicet sacræ orationes, baculi traditio, traditio Regule, colloccatio in sede, cantus divinae laudis, & reverens osculatio fratrum. Materia de prædictis. Thema, Ecclesiastici 3. *Benedictio patris firmat domos filiorum.* Nota, quod si fuisset translator loquutus secundum aliam linguam, dixisset: *Benedictio Abbatis.* Scindum autem, quod benedictio dupliciter accipitur, scilicet active, & passive. Sicut autem p[ro]p[ter]e credi debet, quod benedictio patris spiritualis active multa bona conferat subditis, sicut patet ex Capitulo precedenti, ita credi debet, quod benedictio patris spiritualis passive redundare debeat in multam utilitatem domus sibi commissæ. Et ideo non immerito Abbas, qui dicitur pater, benedicitur a suo majore. De hac autem benedictione potest exponi verbum prædictum. Ad cuius intelligentiam notandum est, secundum quatuor paragraplos suprapositos, quare Benedictio Abbatis non dicitur consecratio, sed Benedictio solemnis, & quomodo istud debet esse Abbatie occasio boni, & quare hujusmodi nomen fortius est pater monasterii, & quare supradicta sex fiunt in ejus benedictione.

XXXVII. In solemn[i] benedictione (a) Abbatis.

Notandum, quod Dominus in sui servitium habet non solum servos, imo & ancillas. Unde Ecclesiastici 2. dicit Salomon in persona ejus: *Possedi servos, & ancillas:* hoc autem in statu conjugali, & in statu viduali, & in statu virginali. Superfundit autem de Spiritu sancto super istas, secundum illud Iohelis 2. *Super ancillas meas effundam spiritum meum.* Sunt enim in statu conjugali quedam mulieres bone, quæ non consentiunt malis virorum, sed potius eos, quantum in se est, a malis retrahunt, & ad bonum trahunt, & talis fuit Abigail, 1. Regum 15. Et ideo beneditit eam David, dicens: *Benedicta tu, quæ probibueristi, ne irem hodie in sanguinem &c.* Sunt etiam in statu viduali sanctissimam vitam ducentes, & talis fuit Judith, sicut patet Judith 7. & ideo fuit benedicta a summo Sacerdote Joachim, & aliis multis presbyteris ad eam venientibus de Hierusalem. Judith 15. *Benedixerunt eam omnes una voce.* Sunt iterum in statu virginitatis aliquæ, non fatuæ, sed prudentissimæ, & talis fuit B. Virgo, & ideo fuit ab Angelo benedicta, dicente Luca 1. *Benedicta tu in mulieribus.* Benedictæ sunt diætae mulieres sanctæ in conjugio, & sanctæ in viduitate, & sanctæ in virginitate. Sed presbyteri propriæ benedictio minor; quæ a Pontifice major; maxima, quæ ab Angelo, & ad hanc pertinet benedictio virginum. Item notandum, quod moris est in Ecclesia, quod non solum servit Deo in virginitate, sed fuit congregations Virginum, propter maiorem securitatem virginitatis servandæ. Melius enim servatur virginitas inter virgines continentem, quam inter mundi corruptionem. Debet autem hujusmodi congregatio habere aliquam super se, sicut ordinavit B. Matchæus de filia Regis, quam induxit ad virginitatem, quod præfesset aliis virginibus. Ex defectu enim capitis in omni congregatione sequuntur mala innumerabilia. Non debet autem quæ præfessi hujusmodi congregacioni, esse contenta, ut sit sicut una aliarum: & ideo ultra consecrationem virginis datur ei specialis benedictio, postquam electa fuerit in Abbatissam, ut ipsa superpredicator universas. Item notandum, quod Diabolus, qui habet speciales inimicities ad mulieres, secundum quod dicitur Genes 3. majorem habet contra illam, quæ præfessi, quia totum pondus vertitur super tales. Item onus custodie animalium est tantum, quod est ipsis humeris Angelicis formidandum. Item hujusmodi prælatio requirit occupationem, non solum circa spiritualia, sed etiam circa temporalia, in qua de facili declinatur a bono. Et ideo bene est necessaria gratia Abbatissæ, ut ejus adjutorio melius resistere possit Diabolo, & onus prædictum melius portare, & inter occupationes mundanas melius se custodire a malo. Præterea ad eam, quæ præfessi, pertinet fortiter in multis agere, prudenter subditas edocere, sanctitatis exempla in se monstrare. Cum ergo mulier de sui natura sit debilis, & minus prudens & prompta ad malum, bene est Abbatissæ gratia necessaria, per quam contra natum sexus sui reddatur fortis, & prudens, & sancta. Præterea Abbatissæ

(a) Exstat in eodem 1. Tomo nostro Romani Pontificis Titulus xvi, *De benedictione Abbatis,* quem commentatoris nostris illustravimus.

tissa habet facere multa cum superioribus, Deo, scilicet, & Angelis, & cum inferioribus suo regimini subjectis. Item cum exterioribus circumquaque adjacentibus, & inde bene indiget gratia, ut sit gratia superius per sanctam conscientiam, inferius per regimen gratiosum, exterius per famam bonam. Porro virtute benedictionis creditur, quod detur abundantia gratiae; & ideo, cum Abbatissâ tot indigeat gratis, bene ordinatum est ab Ecclesia, ut benedicatur. Materia de prædictis. Thema, Ecclesiastici 40. *Gratia sicut paradisus in benedictionibus.* Nota, quod hic conjungitur gratia cum benedictione, sicut patet in primo paragrapso, secundum tres diversitates mulierum. Item secundum majoritatem gratiae dignitatis facit dignum majori benedictione, ut patet in secundo paragrapso, & haec multis modis est necessaria. Item confert gratiam, sicut patet in tribus paragaphis, & haec multis modis est necessaria Abbatisse. Notandum autem, quod Dominus habet &c.

XXXVIII. In solemnî receptione Novitiorum.

Sciendum, quod in solemnî receptione Novitiorum solent interdum multi concurrere ad spectaculum hujusmodi, & est decens, ut talibus fiat aliqua exhortatio salutaris de hujusmodi receptione. Notandum ergo, quod tria sunt consideranda in hujusmodi receptione. Primo, quid faciant tales Novitii. Secundo, quid faciat eis Ordo, quem intrant. Tertio quid faciendum sit haec intuentibus. Porro Novitii intrantes Ordinem tria faciunt valde magna. Relinquunt enim omnia, impletos in se illud Evangelicum Matthaei 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Quod est contra multos, qui dicunt, relinquam, & nunquam faciunt, imo prius relinquunt eos omnia, quam ipsa ea relinquunt. Item exponunt carnem afflictionis perpetuae, imitantates in hoc martyres, de quibus dicit Ecclesia: *Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia.* Item ponunt se propter Deum in subiectione ultima. Non est enim aliquid genus subiectiōnis, sive mulieris ad virum, sive servi ad Dominum, ita magnum, sicut obedientiae, & sic offerunt Deo tria munera pretiosa, scilicet munus a rebus, & munus a corpore, & munus a corde, voluntatem suam subjecientes hujusmodi servituti. Ordo vero facit eis tria. Examinat enim eorum voluntatem cum queritur, si habeant voluntatem ista omnia sustinendi propter Deum. Coacta enim servitia non placet Deo. Item invocatur Spiritus sanctus, dicendo: *Veni Creator in adiutorium eorum:* quia res, quam aggrediuntur, ardua est, & eam sine adiutorio ejus non possunt perficere. Item mutant eis vestes in signum, (a) quod veterem hominem conversationis pristinæ debent deponere, & induere novum, qui secundum Deum creatus est. Tria autem sunt, quæ sunt facienda ab aspicientibus prædicta. Debent enim Deum glorificare, qui talia inspiravit. Item ipsos Novitios non fatuos reputare, sed in Domino commendare, & Domino: iterum super ipsos gemere, quibus datum non est talia facere. Materia de prædictis. Thema, Psalmo 65. *Venite, & videte opera Dei*

(a) Est is antiquus ritus cuius una cum aliis ad hanc materiam spectantibus meminit Benedictus Haefenus in suis Monsticis disquisitionibus.

terribilis in consilio super filios hominum. Hæc siquidem non sunt opera humana, sed divina, procedentia a consilio divinis terribilibus, quæ Deus cogitavit super homines. In hujusmodi autem opere sunt tria attendenda, & vide, ut supra.

XXXIX. In solemnî professione Novitiorum.

Sciendum, quod interdum convenienti multi ad professionem Novitiorum videndam, quibus convenit interdum aliqua aedificatoria propone re de hujusmodi. Notandum ergo, quod interdum inveniuntur aliqui Novitii, qui experti austerioritate Ordinis, non conservant, quod incooperunt, sed recedunt ante professionem. Ipsi sunt, sicut homo, qui incepit aedificare, & non potuit consummare, & ideo vertuntur in derelictum mundi. Luca 14. *Omnis, qui vident, incipient ei illudere, dicentes: quia hic homo coepit aedificare, & non potuit consummare.* Item sunt sicut homo fugiens de praedio. Religio enim est, sicut acies Domini ordinata. 1. Regum 4. *Ego sum, qui veni de praedio, & ego, qui de acie fugi;* & ideo gloriatur diabolus contra tales, dicens: *Prætaliavi adversum eum.* Item sunt sicut avis fatua, qua postquam ponit ova sua in nido suo aliquanto tempore, postea recedit, & puli pereunt. Proverbiorum 27. *Sicut avis transmigrans de nido suo; sic vir, qui derelinquit locum suum.* Tales igitur vertuntur in mundi fabulam, incurvant exultationem inimici, & propria bona incepta interrimunt. Notandum vero, quod aliqui in sui excusatione non perseverantes in incepto, transiunt ad aliam Religionem: sed nec hoc est laudabile. Hujusmodi enim homines sunt sicut homines vagi, qui modo sunt in una domo, modo in alia. Contra quod Luca 10. *Nolite transire de domo in domum.* Item, sunt sicut plantula in diversis hortis frequenter transplantata, & ideo carent fructu. Seneca: *Ai hor transplantata, idest frequenter transplantata, non fert fructum.* Item, ipsi sunt, qui modo per unam viam, modo per aliam volunt ire in Paradisum, & ideo impediunt semetipsos, & in fine non illuc pertingunt, sed vadunt ad maledictionem æternam. Ecclesiastici 2. *Vx peccatori ingredienti terram duabus viis.* Sic patet, quod tales instabilitatis via, viles redduntur, & inepti sunt ad fructum, & ad æternam maledictionem tendunt. Alii vero, quod pejus est, ad statum seculi revertuntur. Osee 9. *Reversus est Israel in Ægyptum.* Item, sunt contrarii Apostolo, qui posteriorum oblitus, ad anteriora se extendit. Ipsi vero faciunt e contrario. Hieremia 6. *Facti sunt retrorsum, & non in ante.* Ipsi etiam sunt, qui mittunt manum ad aratum, & postea retro respiciunt, & ideo non sunt apti regno Dei, ut dicitur Luca 9. Ipsi iterum vertuntur in statuam salis, quam lambunt pecora diabolica. Genesis 19. Ipsi iterum sunt, sicut qui navigare incipientes, & inventientes ventum contrarium, revertuntur ad portum retro præ timore, & ideo nunquam transfretant, sicut in Vitis Patrum. Quo contra dicitur Ecclesiastici 5. *Non te ventiles in omnem ventum,* sequendo scilicet ventum: imo tunc est magis conandum contra ventum, quando est contrarius. Sic ergo patet, quod hujusmodi homines sunt animalia retrograda, & ine-

& inepti ad régnum , & in mari hujus mundi inhabiles ad navigandum . Quia ergo tot inconvenientia sequuntur , non perficientes , sive ad aliam Religio- nem transant , sive ad saeculum revertantur , confidendum est bono viro in Dei adjutorio , & non obstantibus adversis aliquibus , debet in loco sua voca- tionis stabiliter perseverare , juxta illud Ecclesiastici 11 . *Confide in Deo , & mane in loco tuo . Materia de predictis . Thema . i. Corinthiorum 7. Vnde quisque in ea vocatione , qua vocatus est , permaneat . Non recedat , neque ad aliam religionem transundo , neque ad saeculi statum revertendo .*

XL. In omni collatione Beneficiorum sine cura .

Notandum , quod quando beneficia Ecclesiastica sine cura conferuntur solenniter in praesentia multorum , potest sumi materia exhortatio- nis , partim ab ipsis beneficiis , partim a conferentibus , partim a recipientibus . Circa primum , notandum , quod licet in statu primitivæ Ec- clesie non essent beneficia in Ecclesia , sed paupertas , postmodum tamen crescente multitudine ministrorum Ecclesie , & perfectione , que primo fuit in multitudine , deficiente , factum est ordinatione divina , ut crearentur bene- ficia in Ecclesia . Non enim poterat tanta multitudo ministrorum de eleemo- synis vivere , nec tanta perfectio hujusmodi arduitatem sustinere . Sunt autem hujusmodi beneficia introducta propter tria , videlicet propter sustenta- tionem ministrorum Ecclesie : *Dignus est enim operarius cibo suo* , Matthai 10 . *Et quis militat stipendiis suis?* i. Corinthiorum 9 . Ee qui altari servit , de bonis altaris vivere debet , eodem . Propter necessitatem pauperum , ut haberet Ecclesia , unde retribueret necessitatem patientibus . Item , propter aptitudinem vacandi spiritualibus . Melius enim potest vacare illis , qui ha- bet suas necessitates in promptu , quam ille , quem propter illa oportet assidue laborare . Ideo portatur cussinus (a) sub Euangelio , juxta illud Cantorum 2 . *Lava ejus sub capite meo* , idest , temporalia . Vx illis , qui concessis ad ne- cessitatibus abutuntur in superfluitate , assignatis ad usus pios pauperum abutuntur in usus sacrilegos , deputatis pro juvanda contemplatione invol- vuntur , & retrahuntur ab omni pia vacatione . Circa secundum , videndum , quibus sint hujusmodi danda beneficia , & qualiter , & qua intentione . Por- ro hujusmodi beneficia non sunt danda paupl , sed scire debet conferens , cui de- cit . Ecclesiastici 12 . *Si benefeceris* , idest si beneficium contuleris , scito , cui beneficeris . Danda enim non sunt hujusmodi beneficia , nisi dignis . Non sunt autem digni , nisi boni , quia secundum Augustinum : *Peccator non est dignus pane , quo vesicatur* : quanto magis non est dignus magno beneficio ? Non sunt etiam digni homines infructuosi . Et ideo dicitur Luce 10 . *Dignus est operarius , non utilitus , mercede sua .* Non sunt etiam digni alibi obligati , qui non possunt libere hujusmodi beneficia deservire commorando hujus- modi

(a) De ritu supponendi cussinum Euangeli libro diximus in Opero nostro *De Codice Sacri Euangeli lib. 2. cap. 13.* ubi etiam ostendimus Legilia lignea loco pulvinarium adhibere ad sustentationem sacri Euangeli Codicis in Missa , abusum esse a facta anti- quitate alienum .

modi Ecclesiis , & ideo dicit Michas Levitæ , Judicum 18 . *Mane apud me , & dabo tibi per singulos annos decem argenteos :* & non promittit beneficium hujusmodi nisi permanenti apud se . Ut ergo quis sit dignus hujusmodi bene- ficii , debet esse bonus , & utilis , & liber sui . Item , danda sunt gratis excluso omni genere simoniacæ pravitatis . Matthæi 10 . *Gratis accepisti , gratis da- te .* Item , danda sunt intentione utilitatis , non private . Matthæi 20 . *Ite & vos in vineam meam , & quod justum fuerit dabo vobis .* Primo mittit in vi- neam . Secundo promittit donum , quia propter opus , quod facit quis in vi- nea , danda est hujusmodi merces . Circa tertium , notandum , quod reci- piens hujusmodi beneficium , primo debet habere oculum intentionis ad spi- ritualia . Ecclesiastici cap. 4 . *Custodi pedem tuum ingredientis domum Domini;* pedem scilicet intentionis , ut praecedat pes dexter spiritualis intentionis sinistrum terrena intentionis . Item , receptum digne deservire . 2 . *Theſſalo- nicensium 3 . Neque gratis panem comedimus ab aliquo , sed in labore , & fatigacione .* Item , debet servitum fideliter dispensare , præter necessitatem propriam omnia alia pauperibus largiendo . Bernardus : *Bona Ecclesiæ pauperum sunt , & sacrilega eis crudelitate subtrahitur quicquid inde mini- strari Dei , dispensatores , non utique Domini , vel poſſeſſores , preter viatum fibi retinent , & veſitam .* His præmissis dicat conferens : *Ecce vides cariſſime qualiter sunt beneficia in Ecclesia Dei instituta : ego autem juxta , quod mihi datum est a Deo attendi qua pertinent ad conferentem , & illa in te obser- vare intendo in praesenti collatione : rogo te , ut tu facias quod pertinet ad digne recipientem ad tui ipsius salutem , & gloriam Salvatoris .* Materia de- predictis . Thema , Ecclesiastici 14 . *In divisione fortis du , & accipe .* Nota , quod sicut olim terra promissionis divisa est per sortes , in quibus exquireba- tur voluntas Dei , ita beneficia Ecclesiastica danda sunt secundum Dei volun- tam . Alius autem est , qui distribuit , scilicet ille , qui dat ; & aliis qui ac- cipit , scilicet ille , cui datur . In divisione ergo fortis datur , & accipitur , quia in distributione beneficiorum ecclesiasticorum concurrunt , & dans , & accipiens . Potest ergo esse sensus talis : *Data tu , & accipe tu .* Et sic patet , quod hic tanguntur tria , scilicet beneficia , & conferens ea , & accipiens ea . Et potest sumi materia exhortationis ex his tribus circa primum modum &c . ut supra ..

XLI. In solemnī collatione curæ Parochialis .

Nota , quod Ecclesia consuevit in singulis Ecclesiis Parochialibus con- ſtituere Sacerdotes , qui curam habent : exemplo Pauli , de quo di- citur Actuum 14 . *Conſtituite per singulas Ecclesiæ Presbyteros .* Ideo in collatione curæ Parochialis instruendus est praesentans , examinandus est praesentatus , & erudiendus est approbatbus . Circa primum , notandum , quod maximus error est in Ecclesia Dei ex hoc , quod interdum ad curam animarum recipiendam offeruntur homines ignari , qui nihil , aut parum noverunt de pertinentibus ad regimen : cum tamen ad pecora custodienda nemo ponatur inexpertus in hujusmodi officio . Exemplum in Pharaone , qui dixit Ge- nefis,

nesis 46. Si nos in fratribus tuis viros esse industrios, constitue illos magistros pecorum meorum. Item, ponuntur interdum aliqui, de quorum fidelitate ad Deum, vel animas, vel Ecclesiam modica habetur securitas. Quo contra summe caveri debet, & solet, ne aliquis preficiatur super bona Domini alie-
cujus, nisi valde fidelis. Matthæi 24. *Quis putas est fidelis servus, & pru-
dens, quem constituit Dominus super familiam suam?* Notandum, quod ad-
jungit fidelitatem prudentia, quia non solum prudentia, sed & fidelitas re-
quiritur in talibus. Item, interdum qui habent preficere, non querunt eos
nisi juxta se, & familiares. Quo contra, quia vix inveniuntur digni, que-
rendi sunt ubicunque poterunt inveniri. Exodi 18. *Provide de omni plebe,
viros potentes, & timentes Dominum, in quibus sit veritas, & oderint ava-
ritiam, & constitue ex illis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios,
& Decanos, &c.* Ex quo relinquitur, quod non solum pro magnis curis,
sed & pro minoribus tales sunt querendi, cum dicat: *Decanos de omni plebe.*
Præsentandi sunt igitur viri sapientes, viri fideles, & tales ubique querendi
sunt. Circa secundum, notandum, quod aliqui examinantes præsentant
solent interdum inquirere utrum intelligat, vel sciat loqui latinum, vel expone-
re aliquam scripturam sibi ostensam, nihil querentes utrum sciat confu-
re in foro animæ, & consilia. Et iterum aliquis reputatur sufficiens quoad
scientiam, quia scit bene loqui Latinum, vel intelligere. Proh dolor, nul-
lus reputat aliquem sufficiensem ad curam corporum propter hujusmodi in-
telligentiam, nisi sciat de arte medicina, & ad curam animalium reputant
hujusmodi litteraturam sufficere sine peritia artis curandi animas. Non sic
dicitur Malachia 2. Sed, *legem, inquit, ex ore Sacerdotis requirent.* De
lege enim Dei est examinandus. Item interdum de nulla vita fit examina-
tio, sed reputant omnem hominem bonæ vitæ, de quo non auditur contra-
rium. Magna vilipendia animalium: non committunt homines thesauros suos,
vel pecuniam suam, vel aliqua viliora nisi constet eis de bonitate ejus cui
committunt; & animas committunt illis, de quorum bonitate nullam habent
notitiam. Non sic docuit Paulus faciendum, cum dixit ad Titum 1. *Hujus
erat reliqui in Crete, ut confitulas per civitates Presbyteros, sicut dispositi
ibi.* Si quis sine crimine est, & cætera, quæ sequuntur. Item interdum
sunt aliqui sufficientes quoad scientiam, & quoad vitam, sed deest eis pro-
positum residendi in Ecclesia, & moram contrahendi cum grege suo. Et de
hujusmodi proposito, quod summe est necessarium non fit examinatio. Quo
contra Genesis 29. Laban Jacob, cui gregem suum volebat committere, præ-
dictit ei: *Mane apud me.* Quis enim sapiens committit oves suas alicui Pa-
stori, nisi velit morari cum eis? *Pajores,* inquit Lucas cap. 2. erant in regio-
ne eadem, scilicet, in qua erant greges, non alibi. In examinatione igitur
talium querendam est: quoad scientiam de Theologicis, quoad vitam de-
his, quæ docet Apostolus: quoad propositum de voluntate residendi cum
Parochianis. Circa tertium, notandum, quod inter omnia, quæ sunt in ter-
ra, nihil est tam pretiosum, & tam dilectum Deo, & pro quo tantum fecerit
Deus, sicut sunt animæ. Quantum ergo est suscipere custodiam anima-
rum? Magnum siquidem est, & Angeli deputati sunt tali custodie, juxta
illud

illud Psalmi 91. *Angelis suis Deus mandavit, &c.* Item, qui suscipit ta-
lem custodiam, obligat animam suam pro anima alterius, juxta illud 3. Re-
gum 20. *Custodi virum istum, qui, si lapsus fuerit, erit anima tua pro ani-
ma illius.* Item, ex hoc relinquitur, quod qui talem curam recipit, de-
bet esse valde sollicitus, ut faciat circa istam, quod debet. Proverbiorum 6.
*Fili mi, si poponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam,
illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus.* Fac ergo quod
dico fili mi, & temetipsam liberam in eo, quod promisisti in manum proximi
tui, discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis,
nec dormit palpebra tua. Hac ergo sunt, quæ debet videre, qui susci-
pit hujusmodi curam, videlicet quantum est, quod recipit, & quantum se
obligat, & quid sit ei faciendum: quod utinam tu faceres carissime, cui istam
curam committo ad tuam, & aliorum salutem. Materia de prædictis. The-
ma, 2. Paralipomenon 19. *Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia
cuncta facite.* Et nota, quod licet iudicibus, quibus dictum est verbum
istud, timorate, & diligenter sit in omnibus agendum, tamen plus in col-
latione curæ animalium, eo quod majus periculum sit in hoc negotio. Pro-
inde instruendus est præsentans, &c.

XLII. In solemnis Baptizatione.

Notandum, quod in mandato dato Apostolis de baptizando præmisit
Dominus de doctrina, dicens Matthæi ultimo: *Euntes docete omnes
gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Et ideo conveniens est in baptismatione, quando multi convenienti, admis-
sionem Baptismi doctrina, & maxime de baptismismo, qui est de maxime ne-
cessariis Christianis. Notandum igitur, quod sicut non habemus esse a no-
bis, sed a Deo, quia ipse fecit nos, & non ipsi nos, ita per Deum non pos-
sumus salvari nisi per eum, juxta illud ad Titum 3. *Non ex operibus justitia,
qua fecimus nos, sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit.* Et ideo
instituit Dominus sacramenta, quasi vasa gratiae, ad quæ recurrentes, gra-
tia ipsius salutem consequeremur. Porro inter omnia Sacraenta Baptismus
præminent in tribus. Istud enim salvare potest sine aliis, ut patet in parvul-
lis baptizatis decadentibus, alia autem non sine isto habito, vel volito. Item,
istud plus boni facit, quam omnia alia: remittit enim non solum cul-
pam, sed & omnem peccatum, quod non facit aliquod aliud. Item, istud plu-
ribus prodest, quia tam parvulis, quam adultis; alia vero solum adultis.
Nam eti parvuli confirmantur, non tamen hoc sit pro ætate tali, sed adul-
ta, ut tunc non erubescant Crucem Christi. Item notandum, quod hoc Sac-
ramentum est necessitatis: igitur instituit Dominus, quod fieret in aqua,
quæ nulli potest desse, & sub forma facilis verborum; quam omnes possent
scire, & quod posset a qualibet conferri tempore necessitatis, ne propter de-
fectum conferentium posset aliquis perire. Et circa ista tria sunt instruendi
Laici ne credant, quod in vino, (a) vel in alio quoque liquore possit
bapti-

(a) Inter hereticos nostri temporis Lutherus quidem in Colloquiis Symposium cap. 17.
inter-

baptizari , & quod sciant omnes debitam verborum formam baptizandi , & quod illa forma utendo possint baptizari in aqua tempore necessitatis omnes tam masculus , quam foemina , tam bonus , quam malus , tam sapiens , quam simplex , & similia . Item nota , quod Baptismus valet ad multa valde defideranda homini . Fugat enim a creatura Dei diabolum , & virtutem ejus , quam accepit in eum propter primum peccatum . Psalmus 135. *Excusit Pharaonem , & omnes virtutes ejus in mari rubro , qui est Baptismus Christi sanguine rubricatus , & ideo in Baptismo fit Exorcismus ad effugandum diabolum .* Item , adducit Spiritum Sanctum , qui ferebatur a principio super aquas , & Christo baptizato descendit in eum . Actuum 8. , & Actuum 10. *Baptizetur unusquisque vestrum , & accipietis Spiritum Sanctum .* Item , mundat ab omni forde plenarie . Osee 5. *Effundam super vos aquam , & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris .* Item , confert vestem similem vesti Christi , scilicet , innocentiam , in cuius signum ponitur Chrismale valde album super baptizatum . Ad Galatas 3. *Quicumque in Christo baptizati estis , Christum induitis :* hoc est , innocentiam , que est in Christo . Item , refringit ignem infernalem fomitis . Joel ultimo : *Fons egredietur de Domo Domini , scilicet , Baptismus , & irrigabit torrentem spinarum , idest , spinas torrentes igne concupiscentiae .* Item , introdit in Regnum Dei in quod nullus potest intrare , nisi renatus fuerit per Baptismum , sicut nullus intrat in mundum istum , nisi natus secundum naturam . Joannis 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua , & Spiritu Sancto , non potest introire in regnum calorum .* Item nota , quod tanta virtus Baptismi , quod hac , & alia multa , procedit ex tribus , scilicet ex virtute verborum . Verba enim sunt maxima virtus , & ideo quando accidunt ad elementum , dant ei magnam virtutem . Item , ex tactu Domini carnis . Unde auctoritas Augustini : *Ex tactu sua mundissime carnis vim regenerativam contulit aquis .* Item ex virtute passionis . Romanorum 6. *Quicumque baptizati sumus , in morte ipsius baptizati sumus .* Ex predictis patet secundum quatuor paragraplos , quanta excellentia sit Baptismus , & quod sunt de ejus substantia , & ad quod valeat , & unde trahat tantam virtutem . Materia de predictis . Thema , Matthei ultimo : *Euntes docete omnes gentes , baptizantes eos in nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti .* Nota , quod in hoc mandato , quod datur Apostolis , &c.

XLIII. In solemnī (a) Confirmationē .

Nota , quod Christiani non sufficit fieri servus Christi , nisi tempore opportuno viriliter agat pro eo , sicut militi non est satis esse hominem regis , nisi tempore suo viriliter agat pro eo . Et ideo post Baptismum ,

interrogatus , an licet propter aqua inopiam baptizare vino , vel latte , respondit : quicquid balnei nomine venit , esse ad Baptismum idoneum : iudicium scilicet remunimento homini dignum ; quid enim facta Pagina habet expressius , quam solam aquam esse materiam baptismi ?

(a) Quamquam ex communī , & constanti Ecclesiastice disciplina jam olim obtinuerit usus ut statim post Baptismum Christiani homines confirmarentur ; constat nihilominus

ptismum , per quem fit Christianus servus Christi , est aliud Sacramentum , scilicet Confirmationis , in quo datur Spiritus sanctus ad robur , ad strenue agendum pro Christo , & ideo fit Confirmationis cum signo Crucis in fronte , in qua præcipue apparet signum puerilium mitematis , & audacie , ut non erubescat Crucifixum , sed audacter confiteatur cum coram Regibus , & gentilibus , & filiis Israël , & universo mundo : quia qui eum erubuerit , & ipse erubescet eum in die judicii , & qui eum confessus fuerit , ipse confitebitur coram Patre suo . Proinde non sufficit habere Crucem in corda per fidem , vel in carne occulte per mortificationem , nisi in aperto habeantur signata Crucifixi per publicam ostensionem . Porro hujusmodi signa Crucifixi publice delatae , valent ad multa . Valent enim ad gloriam Crucifixi , sicut vexillum Regis 1. Corinthiorum 6. *Glorificate Deum in corpore vestro .* Glossa : *molestias carnis , & omnia adversa propter Deum sustinendo .* Item , ad repulsionem hostium . Ezechielis 9. *Super quem videris Thau , ne occidatis .* Item , ad animadum proximum , sicut accidit in deferente vexillum praecedente . Et sic faciebat Paulus , Hebreorum ultimo , dicens : *Examens extra castra improperiū ejus portantes .* Item notandum , quod sunt quidam , qui habent bonam conscientiam , sed carent bona fama . Quidam et converso sunt bona fama , sed carent bona conscientia . Bono vero Christiano credenti in Crucifixum non sufficit unum sine altero , & ideo fit in eo signum Crucis de Christitate , quod est confessum de oleo , in quo significatur odor bona fama , quia in credente in Crucifixum requiriatur utrumque , iuxta illud , ad Romanos 12. *Providentes bona , non tantum coram Deo , & hoc quod primum : sed etiam coram omnibus hominibus , & hoc quod secundum .* Item notandum , quod hoc Sacramentum non confertur nisi ab Episcopis , ad quod facit figura : dicitur enim Apocalypsis 7. quod Angelus , qui in eodem libro figurat Episcopum habens signum Dei vivi , quod exponitur de Cruce , signavit servos Dei in frontibus eorum . Item exemplum : dicitur Actuum 8. de Apostolis , quorum sunt successores Episcopi , quod imponebant , scilicet , manus , quod exponitur de Sacramento Confirmationis . Item ratio : ipsi enim sunt duces Dei vivi . Horum autem est colligere milites , quod fit cum signant homines ad militiam Christianam . Item nota , quod hoc Sacramentum non solum datur adultis , quando intrant campum certaminis , sed etiam parvulis , (a) non pro illa etate , sed pro adulta , quando tempus est certaminis , ne per negligē

N

gentiam

ex variis Conciliis , atque Auctoribus Ecclesiasticis duo , & solemniter tradendo Sacramento assignata sunt tempora : Paschalis scilicet , & Pentecostes . Vide Martenium lib. 7. *De ritibus , cap. 2. articulo 1. num. 5.*

(a) Posse parvulos praestiter morituros confirmari etiam ante usum rationis diximus nos nostro 1. Tomo in Romanum Pontificale , Tit. I. §. 1. Hanc disciplinam tum ante , tum post Gratianum , qui apocryphum Melchiadis Papa adducens Canonem , aliter sentire videtur , a plurimis Concilii praecipienti & a factis Theologis , potissimum vero a S. Thomas propagnatam jure meritoque , ut alios ileam , in sua diecēsi Septempedana feravit religiosissimum Episcopum Dionybius Pierogominius , ut legitur in calendario Septempedano anni 1739. in fine §. 2. & in via Bononiensi diecēsi praefatissimum S.R.E. Cardinalis Prospere Lambertini , ut ipse collatuit volumine Instructionum , Notificazione & pag. 62. Sunt hi quidem Episcopi non modo utriusque Juris Doctores , sed & Theologi insignes , argue veteris , ac nova Ecclesiastice discipline pertinissimi .

gentiam tunc non fiant: imo & sensibus, quando fuit ante illam etatem negligunt: quia militia est tota vita hominis, quandiu vivitur super terram. In adultis tamen debet præcedere pœnitentia. Ut ergo effectum, qui datur in hoc Sacramento, non contingat impediti, ideo bene dicitur Officium 9. *Signa Thau super frontem gementium*: scilicet per pœnitentiam. Propter quod instruendi sunt homines, ut nullus negligat hoc Sacramentum, & quod digne preparati accendant. Patet ex iam dictis, secundum quinque paragraphs, quare istud Sacramentum est institutum, & ad que valet hoc signum, & quare datur in tali materia, & a quo, & quibus est conferendum. Materia de prædictis. Thema, Ezechielis 9. *Dixit Dominus ad me: transi per medianum civitatem in medio Hierusalem, & signa Thau super frontes gementium, & dolentium super cunctas abominationes, qua sunt in medio eius.* Vel aliud Apocalypsis 7. *Vidi alterum Angelum ascendenter ab ortu solis habentem signum Dei vivi, & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terre, & mari, dicens: Nolite nocere terra, & mari, neque arboribus, quoniam signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.* Ad exponentum themata prædicta, nota diligenter singulam auctoritatem habere ex utroque verbo, quod servi Dei signandi sunt in fronte, quod fit in Sacramento Confirmationis. Nota autem, &c.

XLIV. In solemnī (a) Communione.

Notandum, quod in hujusmodi solemnī communione, quando multitudine magna communicat, instruendi sunt simplices fideles circa Sacramentum Altaris, quid de eo sentire debeat, & quantitate sit excellētia, & quare institutum sit, & quod omnes debent ad illud accedere tempore suo, & qualiter accedendum sit, & quid post receptionem sit eis faciendum. Circa primum, notandum, quod quidam erraverunt circa hoc Sacramento putantes, quod in eo non esset verum corpus realiter, sed solum significative: ad hoc autem induxit quodam simplicitas, & ideo digni fuerunt venia, & restituzione salutari. Exemplum in Vitis Patrum, de quodam fene sancto, qui ita putabat: quod audientes duo alii fenes visitaverunt eum, & induxerunt eum ad fidem; cum orarent Dominum, ut reuelaret eis de hoc veritatem: quod cum fecissent, in quadam Missa apparuit eis hora consecrationis quidam parvulus loco panis, & cum hora consecrandi clamaret fenex: *Credo Domine, quod in sacramento est verum corpus tuum,* dispa-

(a) *Egregium de Eucharistica Communione tractatum edidit quidem unus e primis nostris Congregationis Oratorii S. Hieronymi Charitatis Presbyteris Bonifacius Caccia-guerra Patricius Senensis, dicavisse anno 1557. Othoni Truchesio, S. R. E. Cardinali de Augusto dicto. Fuit Cacciagueria mira sanctitatis Sacerdos: uti in marmoreo lapide legitur, qui hodieque extat in Templo S. Hieronymi: promovit tum Romæ tum alibi Sacramentorum frequentiam, eamque ob res multa perpessus est; uti ex ejusdem Epistoli liquet: dedit initium pio Instituto, quod Oratori appellant. Teste Camilli Fanucci lib. 2. cap. 10. Roma edito anno 1601. & Floravante Martinello in libro, quem inscripti. Roma ricercata Eccl. ediditque Roma anno 1658; sed de his alias fatus.*

disparuit illa forma pueri, & reversa est forma panis, quem accepit credens. Alia multa, & similia circa hoc idem contigiles dicuntur ad instructionem simplicium. *Quidam autem alii sunt, quos non simplicitas, sed superbia intellectus ad hoc inducit, ut Hæretici quidam, (a) qui suo sensu innitentes, & ad hoc auctoritates sacras pro sua voluntate applicantes dogmatizant credentibus suis, quod non est in illo Sacramento verum corpus Christi, sed, sicut dicit Apostolus, quod petra erat Christus per figuram, ita dicunt de pane, cum dicunt, *Hoc est corpus meum*, quod solum dicitur per figuram, ut sit sensus, hoc signat corpus meum. Contra hoc autem sunt multæ, & efficaces rationes, quamvis ipsi inspicientes ipsas intelligere non possint propter obscuritatem, imo excæcationem cordis sui. Si enim non esset in hoc Sacramento nisi figura corporis Christi in pane, & figura sanguinis in vino, tunc non differet sacrificium Christi, a sacrificio Melchisedech Sacerdotis, qui offerebat panem, & vinum. Genesis 14. quod significat corpus, & sanguinem Domini. Præterea, secundum hoc non mutasset in die cena sacrificium Agni Paschalis in rem aliquam, sed solum figuram in figuram, magis clarum in magis obscuram. Melius enim significat Agnus Christum, quam panis, & vinum. Item, si hoc esset verum, quare diceret Apostolus. 1. Corinthiorum 11. *Qui indigne manducat, & bibit, iudicium sibi manducat, & bibit.* Comedere enim hujusmodi figuram non videtur dignum tanta pena. Item, secundum hoc falsificarent multæ auctoritates, ut illa, quæ dicit: *Qui manducat, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam,* & similes: quomodo enim consuetudo figuræ corporis haberet tantam virtutem? Item, si consuetudo tanta intelligeretur sola ista figura, quomodo Apostoli reputarent istum sermonem durum, ut dicitur Joannis 6. Non enim comedere figuram corporis Christi est res supra usum solitum. Denique Judæi melius videntur de hoc sensisse, quam illi heretici. Ipsi enim litigabant ad invicem, ut dicitur Joannis 6. quomodo posset Dominus dare carnem suam ad manducandum: ergo intelligebant de vera carne ipsius; de signo enim carnis non esset mirum, quomodo posset hoc fieri. Rejetis ergo erroribus istis, sive simplicitatis, sive hereticæ cœcitatibus, sciendum est, sicut dicit fides catholica, quod in hoc Sacramento est verissimum corpus Christi, quod conceptum, & natum fuit de Virgine: quod pasum, & sepultum, resurrexit, & ascensit in cælum, & venturum est ad judicium, & quod hujusmodi caro vere est cibus, & sanguis vere potus, sicut dicitur Joannis 6. Circa secundum, notandum est, quod in omnibus aliis Sacramentis est virtus Christi spiritualis, sed in hoc est Christus corporaliter, & hoc est maius, sicut maius est Regem esse praestataliter alicubi, quam per virtutem. Item, licet in aliis Sacramentis sint quædam mirabilia, tamen in hoc sunt plura. In hoc enim est una res corporalis in pluribus locis, & res magna in re parva, & accidentia sine subiecto, & similia multa, quæ quamvis intelligi plene non possint, nihilominus sunt credenda propter auctoritatem sacrae Scripturae, cui magis credendum est, secundum*

(a) *Varios hereticos, qui corporalem Christi presentiam ablegarunt ab Eucharistia, refutat, ac solide confutat eruditus Juvenius in Commentario Historico, & Dogmatico de Sacramentis, dissertatione 4, de Eucharistia, Questione 4.*

cundum Augustinum , quam omni rationi . Plus enim potest Deus facere ; quam sensus , vel imaginatio , vel intellectus humanus apprehendere possunt . Excedit & hoc Sacramentum alia in duobus , scilicet , in praesentia Christi corporali quam habet , & in multitudine mirabilium supra naturam , quae debemus indubitanter credere , redigentes intellectum nostrum in captivitatem , in obsequium Christi . Circa tertium , notandum , quod sicut vita nostra , postquam producta est in esse per generationem , corroboratur per virtutem augmentativam , & nutritur per virtutem nutritivam , ita & vita spiritualis per Baptismum regenerata , per Confirmationem rorata , per virtutem Sacramenti Eucharistiae nutritur . Sicut autem cibus corporalis vallet ad reparationem deperditorum , sine qua reparatio neceſſe eret hominem mori , ita & iste cibus ad vitam spiritualem conservandam . Propter quod dicitur Joannis 6 . *Panis quem ego dabo , caro mea est pro mundi vita .* Valet iterum ad confortandum in labore praesentis itineris , ne deficit homo viator in via , sed confortatus cum Elia in fortitudine cibi istius pervenit ad montem Dei Oreb , & propter hoc dicitur viaticum . Valet ergo hoc Sacramentum ad vita spiritualis sustentationem , & propter hoc est institutum ad vita spiritualis sustentationem . Circa quartum , notandum , quod sanguis Domini daemones fugat , eos terredo : Angelos ad venerandum provocat . Chrysostomus in Homilia super Joannem : *Ubiunque viderint sanguinem Domini , fugient quidem daemones , concurrunt autem Angeli .* Et ideo recipitur hoc Sacramentum in hora mortis , ut daemones tunc infidientes fugentur , & Angeli sancti veniant in auxilium animæ exuentis . Item , habet effectus supradictos , & alias quamplures valde necessarios homini in vita , propter quod in primitiva Ecclesia frequenter communicabant . Licet autem modo non ita frequenter communicent fideles propter indignationem multorum , tamen secundum statutum Ecclesie ad minus semel in anno , sic se debet quilibet preparare , quod recipere possit digne hoc Sacramentum , alioquin vertitur hujusmodi omissione in periculum anima , sicut olim omissione faciendo phase , de quo dicitur Numerorum 9 . Et sic patet , quod hoc Sacramentum in duabus casibus necessario est recipiendum , quamvis plures recipi possit ex devotione . Circa quintum , notandum , quod sicut medicina bene preparato vertitur in bonum , & male preparato in malum , ita & corpus Domini contrarios effectus habet , & bene , & male preparato . Unde beatus Macharius , sicut in Vitis Patrum dicitur , vidit , quod quando quidam indigni accedebant ad communionem , daemones assistentes ponebant carbonem ardente in ore istorum , & corpus Domini revertebatur ad Altare . Et ideo valet talibus . Væ cui vita in mortem , & antidotum vertitur in venenum . Ideo dicit Apostolus . 1. Corinthiorum 11 . *Probet autem seipsum homo , & sic de pane illo edat , & de calice bibat . Qui enim indigne manducat , & bibit , iudicium sibi manducat , & bibit , non dijudicantis corpus Domini :* Et post : *Ideo inter vos multi infirmi , & imbecilles , & dormient multi .* Ex quibus colligitur , quod indigna assumptione hujus Sacramenti inducit mortem eternam , cum dicitur , *iudicium ,* scilicet condemnationis eterna : & temporalem , cum dicitur , & dormient multi . Et ideo videat

videat quilibet quomodo accedit . Circa sextum , notandum ; quod sunt aliqui , qui eti digne occupant Christum , tamen post modicum tempus Christum turpiter expellunt . Iste sunt similes Judæis , qui in ramis palmarum honorifice eum reverenter , & in parafceve turpiter eum rejecerunt , immo pejores , quia cum stercoribus pecorum ipsum ejiciunt . Et nota , quod Proverbiorum 27. dicitur : *Qui servat sicum , comedet fructus ejus , & culpos Domini sui glorificabitur .* Et ideo infelices isti , nec in praesenti habent fructus hujusmodi beatae fisci , nec in futuro glorian sunt habituri , qui non diligenter custodiunt rem in Sacramento iste acceptam . Item , 1. Regum 26. dicit David : *Vivit Dominus , quoniam filii mortis estis vos , qui non custodijtis Dominum vestrum Christum Dominum .* Multo magis qui expellunt . Proinde receptus Dominus cum omni reverentia diligenter est custodiendus . Materia de prædictis . Thema : *Accipite , & comedite hoc est corpus meum .* Notandum , quod in communicatione de qua fit hic mentio , quando multitudo magna communicat , instruendi sunt &c .

XLV. In nova Missa .

Notandum , quod in Missa Salvator advenit praesentialiter , sicut patet in precedenti titulo . Iste autem est , quem multi Reges , & Prophetæ desideraverunt videre , quem Sacerdos justus Simeon videns exclamavit dicens : *Nunc dimittis .* Item , ibidem advenit Angelorum multitudo . Gregorius : *Quis fidelium dubium babere posse , in illo Iesu Christi mysterio Angelorum cibos adesse ?* Item , ibidem ex illo sacramento egreduntur effectus salutares perutiles . Ibi enim fit spiritualis oratio pro circumstantibus , sicut patet in Canone . Ibi videtur oculus fidei serpens elevatus in palo , valens contra morbus serpentum tam frequentes . Ibi ministratur refectio panis quotidiani , valens ad sustentationem in praesentibus laboribus . Ibi metitur quamplurimum fides , credendo multa mirabilia , qua non videt . Ibi elevatur spes ad Christum ex sessione ad mensam suam . Ibi inflammatur charitas ex memoria dilectionis Christi , quam ad nos habuit , pro nobis patiendo mortem , qua ibi recolitur . Sunt & alii quamplures effectus , quos confert pro suo bene placito , & pro merito devotionis accedentium illi , qui praesens adest . Hæc autem sunt , quæ debent incitare fideles ad habendam devotionem in Missa , & ad ipsam libenter , & diligenter audiendam . Item notandum , quod novo Sacerdoti datur triplex potestas valde magna pro hujus ordinis assumptione . Una est potestas conficiendi corpus Domini , quam non habet aliquis Angelus , nec quilibet aliis homo , quantumcumque sapiens , quantumcumque potens . Alia est potestas clavium ligandi , & solvendi in foro penitentia , quam habet Ecclesia in foliis Sacerdotibus . Alia est potestas dispensandi quedam Sacraenta , qua ab alio non possunt ministrari , ut extrema uncio ; vel non debent , ubi eorum habetur copia , ut Baptismus , & Eucharistia . Proinde si amici faciunt festum de aliquo novo milite propter honorem modicum sibi collatum , quantum debent festum facere fideles de Sacerdote novo , sic per Sacerdotium exaltato . Item notandum :

dum, quod ad hujusmodi novi Sacerdotis novam Missam solent fideles devo-
ti, devoutius concurrere, (a) sicut ad novam tabernaculam plures concurrunt :
hujus autem est ratio, quia probabile est, quod in tali Missa maiorem gra-
tiam effundat Dominus propter hoc, quia solet Sacerdos novus se dignus (b)
præparare, & devouti accedere, & multitudine assistentium in Missa sua
adjuvari: & ideo fideles, ut sint participes hujusmodi gratia, solet in tali
Missā semper offerre, & cum devotione manus consecratas Sacerdotis oscu-
lari, & benedictionem ipsius petere, & panem benedictum ab eo cum de-
votione suscipere, & ejus orationibus perpetuo in Missis suis se commendare,
& similia. Sic patet secundum tres paragraphos, quare ad oīnēm Missam
habenda est devotione, & quare ad Sacerdotem novum, & que est ratio de-
votionis habenda ad Missam novam. Materia de prædictis. Thema, Lucæ
22. & 1. Corinthiorum 11. Hoc facite in meam commemorationem. Et nota,
quod hoc est præceptum de Missa celebranda. Circa quod notandum &c.

XLVI. In solemani (c) impositione Pœnitentie.

Notandum, quod inter peccata quædam sunt minora, quædam vero
majora. Minora sunt illa, quibus propter fragilitatem humanam
vix caret aliquis, & hæc sunt, de quibus dicitur 1. Joannis 1. Eſi
dixerimus, quoniam non peccaverimus, mendacem facimus eum, & ver-
bum eūs in nobis non eſt. Contra ista five sint venialia, five mortalia, inter-
dum non sunt propria remedia, sed solū communia, sicut contra morbos
communes, communis medicina sunt. Inter majora vero peccata quædam
sunt occulta, quæ interdum sunt turpiora, quia committens hujusmodi non
habet, unde erubescat, quod summe solet retrahere a turpitudine. Ephesi-
torum 5. Quæ in occulto sunt ab eis, turpe eſt dicere. Contra ista vero
sumimum remedium est confessio plena, & frequens, ut ex erubescencia cor-
ram homine puniatur illa turpitudo, & detur occasio cessandi propter hanc
erubescientiam confessionis, quam oportet sustinere sic delinquentem. Et
ideo bene dicitur Isaiae 47. Denuda turpitudinem tuam. Quedam sunt ma-
nifesta, juxta illud 1. Timothei 5. Quorundam hominum peccata manifeſta
sunt,

(a) Mandat inter alia S. Carolus in Concilio suo Provinciali 1. cap. De iis, quæ perci-
nent ad celebrationem Missæ, ut tollant Episcopi sumtuosa convivia, ludos, choreas, &
omne inanum oblectamentorum genus, cateresque omnes abulis, qui populi temeritate,
Sacerdotum avaritiam in novæ, ut vocant, Missæ celebrationem irreplerunt: & in
eos, qui in hoc genere graviter peccarint, Episcopos graviter animadvertis.

(b) Quo dignus le preparam, & devouti Missam Sacerdotes celebrent, egregiam
concinnavit iam oīm Epistola Noſter Bonifacius Cacciaguerra, quam hoc anno
Religiosissimus Episcopus Septempedanus Dionyſius Pieragostini iterum typis man-
davit ad totius Cleri, & diœcesis utilitatem, quamque ad aliorum Sacerdotum in
Saco faciendo pietatem excitandam mens Septembri, quo hac scribimus quidam
noſtra Congregationis Oſoriori S. Hieronymi Chaitatis Presbyter iterum, atque
iterum Romæ edendam cutavit.

(c) De solemani, & publica pœnitentia ejusque gradibus, & aliis de ea re scitu dignis
fuse diximus nostro 1. Tomo Conciliorum in Canonem XI. Nicenum. Vide &
notum Tomum 3. in Romanum Pontificale.

sunt, & ista sunt pessima. Numerorum 3. in fine: Non eſt obscura, idest
latens, contritio tua, pessima eſt plaga tua, scilicet quia non latet. Contra
vero hujusmodi peccati remedium eſt pœnitentia manifesta, five solennis in-
terdum secundum majoritatem quorundam delictorum, five altera publica.
Solum non solennis. Romanorum 6. Sicut exhibitis membra vestra servire
imunditiae, & iniuriant ad iniuriam, scilicet manifeste, ita scilicet
manifeste exhibete nunc membra vestra servire iustitiae, & pœnitentia in-
sanctificationem. Item notandum, quod hujusmodi manifesta pœnitentia de
peccatis manifestis valet ad tria. Valet enim ad abstersionem infamia, quam
ex notitia peccati sui, quis incurrit. Per pœnitentiam enim occultam hujus-
modi infamia nunquam abstergitur, quod multum debet quilibet affectare.
Quam infelix enim eſset, qui totusforderet ex fecibus, niſi vellet hujusmo-
di imunditiam abstergere pro posse suo? Item, valet ad adificationem pro-
ximorum, quoſ malo exemplo prius offendunt. Item, valet ad placandum
Ecclesiast, quam prius turbaverunt, & isti sunt digni fructus pœnitentie,
de quibus dicitur, Lucæ 3. Facite dignos fructus pœnitentie. Dignum eſt
enim, ut qui talia committat peccata, per quæ famam suam maculavit,
proximos offendit, Ecclesiast turbavit, talement faciat pœnitentiam, per quam
remedium apponatur. Item notandum, quod tria sunt, quæ debent move-
re quemlibet, qui peccata manifesta committat ad hujusmodi pœnitentiam
faciendam. Primum eſt exemplum. Legitur enim, quod Beatus Ambrosius
prohibuit Theodosio Imperatori ingressum Ecclesiæ propter mortes inno-
centium, & Imperator dixisset ei, quod David peccaverat, & Ambrosius
respondisset: Sequutus es errantem, sequere & corrigitem; statim Im-
perator sic compunctus eſt in illo verbo, quod non abhorruit facere publi-
cam pœnitentiam. De Joanne quoque Baptista innocentie legitur, quod fa-
ciebat tantam pœnitentiam, & publicam, quod erat indutus veste de pilis
camelorum, & zona pellicea circa lumbos suis, nec bibebat vinum, nec
ficeram, & erant cibis ejus locutæ, & mel silvestre. De Iſaia etiam dicitur,
quod cum tantum unicam tunicam cilicinam haberet, propter pecca-
ta tamen populi ipsam depositus, & nudo corpore, nudisque pedibus in-
conspicüo populi tribus annis ambulavit. Si ergo Imperator tantæ excellen-
tiae, & Joannes innocens, & Iſaias pro peccatis alienis tantas pœnitentias
publicas fecerunt, quanto magis homo humilioris conditionis, & peccator
pro propriis peccatis debet libenter hujusmodi pœnitentiam subire? Secun-
dum eſt provocatio divinæ clementiæ, quam hujusmodi humiliatio publica
multum solet provocare, sicut patet in Ninivitis publicam pœnitentiam fa-
cientibus. Jonæ 3. Et vidit Deus opera eorum, & misertus eſt super maliti-
am, quam locutus fuerit, ne faceret eis. Et in Achab. 3. Regum 21.
Cum audisset Achab sermones istos, seedit vestem suam, & jejunavit, & dor-
mivit in facco, & ambulavit demissi capite. Et post Dominus ad Eliam:
Quia humiliatus eſt Achab coram me, non inducam malum in diebus suis.
Tertium eſt cognitio divina. Quanto enim magis cognoscitur Deus, tanto
plus debet animari homo ad faciendum majorem satisfactionem de prædictis
contra eum commissis. Job 42. Auditu auris audiuite, nunc autem oculis
meus:

meus vides te, idcirco ipse me reprehendo, & ago pénitentiam in favilla, & cinere. Manifestum est ex prædictis secundum tres paragraphos, de quibus peccatis agenda est publica Pénitentia, & ad quæ valet hæc Pénitentia, & quare libenter est facienda ab illis, qui eam meruerunt. Materia de prædictis, Ecclesiastici 20. Quam bonum est correptum manifestare pénitentiam, idest facere Pénitentiam manifestam. Circa quam notandum, de quibus peccatis est facienda, & ad quid valet, & quare libenter est facienda a quibusdam. Notandum ergo, qnod inter peccata, ut supra.

XLVII. In solemni ministratione Extremæ Unctionis.

Notandum, quod fideles instruendi sunt circa omnia Sacraenta cum se offert opportunitas, quia in ipsis constitit salus humana. Cum ergo concurrit multitudo in collatione Extremæ Unctionis, si devotio assistentium Extrema Unctioni exigit, expedit interdum aliqua eis dici de hoc Sacramento. Circa hoc ergo notandum, quod Jesus Christus propter salutem, quam expectamus ab eo in futuro, & Christus propter gratiæ unctionem, quam in præsenti confert, statuendo Sacraenta in Ecclesia ad gratias conferendas, quadam ordinavit ad conferendum in principio vitaे hominis, propter quod & nova vita spiritualis conferetur, ut Baptismum. Quædam vero in medio conferenda, ut Confirmationem ad robur in militia humi vitæ: Eucharistiam ad reparationem deprditionis continentia: Pénitentiam contra lapsum ad surgendum, & hoc quantum ad se: Ordinem vero quoad generationem spiritualem conferendam: Matrimonium vero quoad generationem carnalem faciendam, & hæc duo quoad alias: quoddam vero ministrandum in fine, scilicet istam (a) Unctionem Extremam tempore infirmitatis. Propter quod dicit Jacobus cap. ultimo: *Infirmatur quis &c.* Innens per hoc, quod tunc debet dari hoc Sacramentum, & non in sanitate. Notandum autem, quod nullus infirmus laborans periculoso debet illud negligere, nec bonus Christianus deberet reputari, si hoc negligeret, & ideo dicit Jacobus: *Infirmatur quis in vobis,* quasi dicat: quicunque ille sit &c. Item, non est dandum nisi adulcis. Est enim contra peccata venialis, & actualia, contracta per membra singula, sicut patet in forma unctionis, quam parvuli non habent. Et ideo bene dicitur: *Inducat &c.* qui actus non competit parvulis. Item, non debet dari nisi pénitentibus. Remissio enim peccatorum in adulcis, quæ datur in hoc Sacramento, non solet dari, nisi voluntariis, & ideo dicit, *inducat,* quod est actus voluntatis, & ideo debent fideles instrui, quod petant hujusmodi Sacraementum saltem in genere, antequam graviter infirmitur. Item, non ministratur hujusmodi Sacraementum, nisi per Sacerdotem. Sacrum enim oleum sacratas requirit manus, imo plures Sacerdotes solent convocari, ut ex virtute plurium orationum

ma-

(a) Sacraementum extremæ unctionis, sicut & cetera Sacraenta fuisse a Christo Domino instituta, docent non uno in loco Patres Concilii Tridentini. De variis ritibus adhiberi solitis in Infirmorum unctione in Ecclesia tam Latina, quam Graeca. Vide Jueninum, Martenium, Sanbonium, & alios Eruditos de eo Sacraemento agentes.

major gratia conferatur, ideo dicit: *inducat Presbyteros Ecclesiæ;* & orient super eum. Item, istud Sacraementum ministratur in oleo simplici sine balsamo quia egredientibus de mundo, & tendentibus ad judicium sufficit nitor bonæ conscientiæ, & ideo dicit: *ungentes eum oleo, non chrismate.* Item, non est attribuenda virtus hujus Sacraementi naturæ olei, sed virtuti divinae; & ideo addit: *in nomine Domini.* Hoc etiam Sacraementum exceedit alia in hoc, quod non habet solum spirituales effectus, imo & corporalis interdum conferens sanitatem, cum hoc Deus videt expedire; & ideo subditur: *& oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum,* & si in peccatis sit dimittentur ei. Ex quo patet, quod præter salutem in futuro, & remissionem peccatorum in præsenti, valet hoc Sacraementum ad sanitatem corporalem. Materia de prædictis, Thema, Jacobi ultimo: *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orient super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei.* Et nota, quod hic tanguntur octo supradicta in octo paragaphis, sicut patet ex supradictis.

XLVIII. In solemni Collatione status (a) Clericalis.

Quando fiunt aliqui ab Episcopo Clerici, si multitudo, vel devotio hoc requirat, instruendi sunt, primo, ut attendant ad quid sunt Clerici in Ecclesia Dei. Secundo, ut videant, quid fit eis in collatione hujusmodi status. Tertio, ut recognitent, quantum valeat status humius promoti ad ipsum. Circa primum, notandum, quod sicut Reges magni habent aliquos ad assistendum sibi, & suo servitio proprio deputatos præter alios, qui ad alia sua negotia destinantur, ita & Rex gloriae. Hinc est, quod in caelo habet aliquos Angelos sibi assistentes. Danielis 7. *Millia millioni ministabant ei, & decies millies centena millia assisterant ei.* Hinc est etiam, quod in veteri testamento habuit Tribunum Leviticam suo servitio specialiter deputatam. Unde 2. Paralipomenon 29. dicitur Levitis: *Vos elegit Deus, ut sacerdos coram eo, & ministret ei.* Et hinc iterum, quod ad idem sunt Clerici in novo testamento. Unde Isidorus lib. 2. de Officiis cap. 1. *Clerici dicuntur a Clerois, quod est sors, vel hereditas, eo quod sunt hereditas Domini.* Quod dicitur, quia illos assumptis ad partem suam. Circa secundum, notandum, quod in creatione Clerici fiunt tria, ubi fit hoc cum debita solemnitate. Induitur enim superpelliceo albo: quod significat, quod debeat amodo tam mundum conversationem habere, ut redundet in honorem Ecclesiæ. Ideo Clerici vita debet ornare Ecclesiæ. Secundo tonsuratur: quod significat, quod amodo non debet defluere per occupationes seculares. Isidorus: *Clerici secularia officia, negotiaque abjiciant.* Item, in supremo vertice raduntur ad signandum, quod in supremo mentis nihil debet esse, quod eos prohibeat a contemplatione divina, juxta illud. 2. Corinthiorum 3. *Vos autem revelata facie gloriam Domini speculantes.* Circa tertium, notandum, quod Clericus ex

O

isto

(a) De Clericali Tonsura, & Ordinibus conferendis curiosa inveniet Lector nostra 1. Tomo in Romanum Pontificie Tit. 2. & seqq.

isto consequitur in mundo honorem maximum. Nullus enim audet tales tangere, sed omnes eos honorant propter reverentiam ejus, cuius sunt ministri, qui honorem exhibitum eis sibi reputat exhiberi, sicut probatur per verbum ejus, *Lucas 10.* Non solum autem honorem, imo sustentationem de bonis Ecclesiæ, quia qui altario servit de altario debet vivere, secundum Apostolum, *1. Corinthiorum 9.* sicut olim Levitæ de eodem vivebant. Non solum autem hic in præsenti, sed in futuro maximam promotionem, si bene se habuerunt in præsenti, juxta illud *Matthæi 25.* *Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te confitcam.* Materia de predicitis. Thema, *1. Corinthiorum 1.* *Videte vocacionem vestram.* Et nota, quod promoto ad statum Clericalem bene potest dici *vocatio*, quia ubi fit hoc, modo debito, non per intrusionem, sed per electionem debet fieri. Vocati autem ad hoc instruendi sunt, primo, ut attendant, ut supra.

XLIX. In solemnibus Ordinibus.

Notandum, quod magnus error, (a) & valde periculosus est in multis Ecclesiis circa ordinaciones ex hoc, quod non fit in eis sermo diligens in Ordinibus. Vel, si fit, fit, quandoque ordinandi post sermonem auditum tempus expediendi conscientias suas de aliquibus, quæ interdum audiunt in sermone. Proinde, quia sermo si tarde factus potius interdum aggravat conscientias, quam expediat, debent boni Prælati sic ordinare, quod aliquot diebus ante diem ordinations facienda, convenient ordinandi certo tempore, certo loco, sic tempestive, quod ante examinationem, & ante confessiones ab eis facendas, & ante præsentationes de eis fiendas possint instrui diligenter, & plenarie per sermonem de omnibus, quæ ad ordines pertinent. Notandum igitur, quod multi accedentes ad Ordines nesciunt ad quid accedunt. Multi etiam nesciunt modum accedendi. Multi etiam ignorant ad quæ ex assumptione Ordinis remanent obligati, quæ sunt magni periculi. Et ideo intruendi sunt ordinandi, primo, ut accedant, & sciant quid sit Ordo, ad quem accedere volunt. Secundo, qualiter accedere debent. Tertio, ad quæ exequenda ex assumptione Ordinis remanent obligati. Circa primum, notandum, quod in Ordine assumitur quoddam Sacramentum, & signaculum in anima ordinati indeleibile in perpetuum tam in præsenti seculo, quam in futuro, & per illud cognoscetur ille tam in die judicii, quam in inferno, quam in celo, quod sicut in tali, vel tali Ordine, ad sui gloriam perpetuum, si laudabiliter se habuerit, vel confusione perpetuum, si male. Et ideo orandum est omni ordinato cum *Psalmo 85.* & dicendum: *Pac mecum Domine signum in bonum, & sanctum, ut non istud signum convertatur mihi in malum per peccatum meum: sed in bonum per gratiam tuam, ut videant hoc, qui me oderunt, scilicet, Dæmones, & confundantur.* Item omnes Ordini-

(a) Est certe abusus minime ferendus, quod Episcopi, & Parochi dum Sacra agunt, corum sensum minime explicant. Utinam saltet hunc Autorem legant, qui omnes sere exponit ritus in sacris functionibus occurrentes.

Ordines Ecclesiastici ordinati sunt ad assistendum, & ministrandum diversimode ipsi Salvatori corporaliter existenti in altari, sicut in Cœlo novem Ordines Angelorum sunt ad hoc idem deputati. Et cum Ordine datur potestas ad ista. Quantum obsecro est istud, ut detur homini potestas in terra ad idem, ad quod data est universis Ordinibus Angelorum in celo? Et quantum timendum est homini sic ministraturo, ne in eo, quod sibi displiceat, inventiat, qui in suis Angelis invenit pravitatem? Item per Ordines datur potestas ordinatis immiscendi se divinis, quod non habent Reges per potentiam, nec sapientes per sapientiam, nec divites per divitias, immo & Rex Ozias, & sapiens, & dives. 4. Regum 15. qui hoc ausus est attentare, perclusus fuit lepra a Deo. Quantum ergo, & quid est hoc, si consideretur, quomodo per Ordinem conferatur character indelebilis, & ministerium simile Angelorum ministerio, & potestas superexcelsa omnem humanam dignitatem terrenam? Patet primum, quid est Ordo, &c. Circa secundum, notandum, quod sunt multi, qui cum deberent timere accedere ad tantum quid, sicut est Ordo, tamen non expectant, quod ab aliis ad hoc trahantur, vel vocentur, sed se ingerunt impudenter. Bernardus: *Curritur passim ad sacros gradus, & formidanda Angelicis humeris ministeria homines apprehendunt.* Non sic fecit beatus Marcus, qui amputavit sibi pollicem, ut Sacerdotio reprobus haberetur. Non sic etiam beatus Martinus, qui non potuit induci a beato Hilario ad Ordinem sacram suscipiendum, licet de miasibus ordinibus hoc tolerasset propter humilitatem. Item, alii accedentes non habent intentionem ad Deum supra, sed animo assequendi temporalia aliqua magis: vel vitam magis delectabilem, aut delitiosam, vel honorem maiorem, hoc affectant. Hi sunt velut illi, qui nobilis avem jacunt ad muscas, & cum ordinem, rem tanquam excellentie, inclinant ad ista infima, & minoria. Quo contra dicitur in Missa Clericis quotidie, *Sursam corda, & tales Domino quotidie mentiantur respondentes, Habemus ad Dominum.* Sant alii, qui interdum accedunt minus bene purgati a peccatis per confessionem, vel ab irregularitatibus per dispensationem, vel a sententiis per absolutionem: & ideo quando deberent accipere Spiritum Sanctum, invaduntur a spiritu maligno interdum. Exemplum de quodam, cui beatus Benedictus interdixit, ne accederet unquam ad sacrum Ordinem. Cujus contrarium faciens post lapsum temporis vexatus est a spiritu maligno cum Ordinis susceptione, qui eum tamdiu miserabiliter vexavit, quo usque animam ejus excusit, sicut narrat Gregorius in dialogo. Proinde nullus debet accedere ad sacros Ordines, nisi prius cum aliquo viro sapiente, cui suum totum statum revelat, habeat consilium, quod possit accedere precedente purgatione debita: & ideo dicitur Levitis Numerorum 8. *Purificabis, & consecrabis eos, scilicet, post purificationem.* In accedendo ergo ad Ordines cavendum est multum, ne quis impudenter se ingerat, magis autem non nisi intentione bona ad hoc morveatur: super omnia vero, ne unquam nisi bene primo purgatus accedat. Circa tertium, notandum, quod ex assumptione Ordinis obligantur ordinati ad tria. Unum est divinum servitium in Ecclesia, Numerorum 8. *Consecrabis Levitas oblatos Domino, ut sint mei, & postea ingrediantur tabernacula.* O o 2 lumen

lum fæderis, ut serviant mibi. Secundum est orare pro populo, eodem. Serviant mibi Levites in tabernaculo fæderis pro Israhel, & orent pro eis. Tertium est occupatio circa negotia Ecclesiæ. Numerorum 1. Constitue Leuitas super tabernaculum, & cuncta vasorum ejus, & quicquid ad ceremonias pertinet, & cætera multa, quæ ibi dicuntur. Materia de predicitis. Themat. 3. Regum 10. Regina Sabba videns ordines ministrantium, scilicet, in domo Salomonis, non habebat spiritum. Nota, quod inter multa, quæ visa in domo Salomonis induxerunt istam Reginam in stuporem, fuit unum, ordines ministrantium: sed multo magis hoc posuunt facere Ordines ministrantium in Ecclesia Dei, non Regis terrestris, sed Regis cælestis, & multo pulchrius. Habet siquidem Deus in Ecclesia Ordines magnæ excellentiæ sibi ministrantes. Sed heu sunt multi, qui accedentes ad istos Ordines, nesciunt ad quid accedant, ut supra.

L. In solemani tractatu de Matrimonio.

Notandum, quod quando multi convenient ad tractandum de aliquo Matrimonio contrahendo, non est impertinens, imo multam conveniens, ut proponatur aliquod verbum pertinens ad hujusmodi tractatum per aliquem virum litteratum, si fuerit præfens. Notandum ergo, quod tractare de hujusmodi Matrimonio, non est res insolita, vel nova, neque apud fideles, neque apud infideles. Abraham enim fidelis, majorem servum domus suæ, tanquam solemnum nuntium, cum multis camelis, & familia misit ad tractandum de hujusmodi Matrimonio pro filio suo ad cognationem suam, qui tractavit cum parentibus Rebecca de hoc. Genesis 24. Item, Alexander Gentilis cum Ptolemaeo gentili de hoc tractavit per legatos solemnies. 1. Machabæorum 10. Item, non solum homines, sed & Angeli de hoc træverunt. Unde Tobiae 6. Angelus Raphael tractavit cum Raguel de filia sua danda Tobiae Juniori. Item nota, quod de rebus fidelis, quæ sicut cito fiunt, ita cito posuunt dissolvi, non solet tam diligenter tractari, sicut de rebus, quæ factæ non posuunt dissolvi. Similiter nec de illis, quæ non pertinent ad salutem. Tale autem non est Matrimonium, imo est res, quæ postquam facta est, est indissolubilis, & nisi fiat discrete, sequuntur inde multa pericula, & eventus pessimi, & est de rebus valde pertinentibus ad salutem, & ideo propter ista tractatum de Matrimonio ratio requirit. Item, in Matrimonio posse occurrere impedimenta multa quoad Deum, quæ ipsum, vel impediunt, vel annihilant. Item, requiritur in eo affensus nubentium (a) quoad esse, & amicorum, quoad bene esse. Item multæ conditiones, & pacta pro dote, & hujusmodi, in eo solent fieri, quæ nisi per diligentem tractatum prævideantur, & expediantur, dant occasionem multorum malorum in futuro. Propter quod expedit valde tractatum talem præcedere. Quia igitur tractatus de Ma-

(a) Solum nubentium consensum requiri ad validitatem matrimonii, licet inviti parentes sint, ex Concilio Tridentino, & Theologis constat. Non est tamen addubitanum, quin graviter peccent filii familiæ, ubi in re tam gravi consilium parentum negligunt.

Matrimonio tot antiquis exemplis authenticatus, & tam rationabilis esse probatur, & tam expediens esse monstratur, sicut in tribus supra positis patet paragraphis, nos, qui convenimus hac de causa, ineamus hujusmodi tractatum ad Dei gloriam, & honorem. Materia de predicitis, Genesis 34. Fungamus vicissim coniubia. Notandum, quod matrimonium valet quoad Deum, quantum ad prolem ad cultum ejus producendam: & quoad nubentes, quantum ad eorum salutem, de qua eis per beneficium matrimonii provideatur: quoad consanguineos, & quoad amicos, vel ad amicitiam dilatandam; & ideo bonum est de tanto bono tractare, exemplo illius Emor etiam gentilis, qui prædictum verbum dixit Jacob, & filiis suis, volens cum eis tractare de matrimonio filii sui cum filia Iacob contrahendo. Notandum autem, quod tractare de hujusmodi matrimonio non est res insolita, ut supra.

LI. In solemani benedictione Nubentium.

Notandum autem, quod licet matrimonium semper fuit apud omnem genus hominum, tamen nunquam fuit cum tanta devotione celebratum apud alios, sicut apud (a) Christianos. Alii enim non habent certum tempus ad istud contrahendum. Christiani vero habent certa tempora destinata. Alii ubique contrahunt, Christiani vero non debent hoc facere, nisi per ministerium Sacerdotis Dei. Alii in matrimonio nihil spiritualiter intelligunt, Christiani vero in suo matrimonio significari intelligent beatissimam unionem verbi Dei ad carnem. Alii quandoque contrahunt clanculo, Christiani vero non debent nisi publice, & trino præcedente edito. Alii sine sacrificiis divinis, isti vero non debent sine summo sacrificio Deo oblato in missa. Alii interdum sine aliqua benedictione, isti vero non nisi cum benedictione sacerdotali. Et nota, quod interdum matrimonio annœctitur sterilitas, sed contra hanc valet benedictio divina. Psalmus 106. Benedixisti eis, & multiplicasti sunt nimis. Interdum vero paupertas. Sed contra hanc valet eadem benedictio Domini. Fit interdum discordia inter conjuges, sed benedictio divina valet ad pacem. Numerorum 6. Sic benedictis filiis Israël: Convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Interdum diabolus accipit potestatem in conjugibus, sicut patet Tobiae 3. de Dæmore, qui interfecit septem viros Saræ. Sed contra hanc valet benedictio, cum fiat cum Cruce, quæ fugat Dæmones. Interdum autem caro dominatur in conjugibus, & nulla intentione salutari utuntur matrimonio, sed sicut equus, & mulus solam voluntatem querunt in operâ matrimonii. Sed contra hoc valet benedictio sancta, quæ dat gratiam, juxta illud Ecclesiastici 30. Gratia scut Paradis in benedictionibus. Hæc est autem, quæ elevat mentem ad intendendum in matrimonio, quæ secundum Deum debent in eo queri. Interdum autem multis matrimonii annexa est multa prosperitas temporalis ducens ad malum finem. Sed benedictio divina e contrario addu-

(a) Varios Ritus ad Sacramentum Matrimonii pertinentes egregie explicat Edmundus Martene lib. 1. de antiquis Ecclesiæ ritibus, cap. 9. articulo 1. & seqq. itemque Vesper Parte 2. Juri Ecclesiastici universi Tit. 1^o.

adducit abundantiam spiritualium bonorum ducentem ad bonum finem. *Psalm 83. Benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem, donec videatur Deus Deorum in Sion.* Quia ergo benedictio divina concomitantur invocationem, quam fecit Sacerdos in sua benedictione, juxta illud. Numerorum 6. *Invocabitis nomen meum super filios Irael, & ego benedicam eis:* bene in matrimonio Christiano fit benedictio Sacerdotalis, ut virtute hujus benedictionis, cui annexa est divina gratia, conferatur, & fecunditas, & praesentis vita necessitas, & societas pacifica, & terreatur potestas diabolica, & deprimatur carnalis intentio, & largiatur abundantia bonorum spiritualium ad salutem perducentis. Materia de prædictis. Thema, *Tobiae 7. Apprehendens Raguel dexteram filia sua, dextra Tobie tradidit, dicens: Deus Abram, Deus Jacob, Deus Iacob sit vobiscum, & ipse conjugatus, impletaque benedictionem tuam in vobis.* Et nota, quod ex hoc summis Ecclesia autoritatem, & benedictionem Nubentium. Sed quod tunc factum est a patre carnali, modo fit a spirituali, quod est majoris virtutis. Notandum autem, quod licet matrimonium semper fuit apud omne genus hominum &c.

LII. In solemnibus Conviviis Nuptiarum.

Moris fuit apud antiquos magnates seculi facere magna convivia (a) Nuptiarum, sicut patet *Esther 2. de matrimonio Aßueri pro Esther, & i. Machaborum 9. de filiis Jambri, & filia unius Principis magni Chanaan; & i. Machaborum 10. de matrimonio inter Alexandrum, & filiam Ptolemæi Cleopatram.* Non autem apud hujusmodi magnates solum fuit haec consuetudo, immo etiam apud minores, & bonos viros. Patet hoc in matrimonio Jacob cum filia Laban, *Genes 29. ubi dicitur: Laban, convocatis multis amicorum Rachael ad convivium, fecit Nuptias.* Patet hoc etiam in matrimonio Tobiae cum Sara, ad quorum Nuptias fecit Angelus Raphael venire Gabelum. *Tobia 9.* Patet hoc etiam in illis Nuptiis, in quibus defecit vinum, qua facta fuerunt in Cana Galileæ, *Joannis 2.* Porro hujusmodi consuetudo adeo invaluit apud Christianos, quod non solum magnates, non solum divites, non solum latini, sed etiam minores, & divitiis magnis carentes, immo & graves personæ etiam hoc obseruant. Non habet autem in hujusmodi festis Conviviis Nuptiarum faciendis Ecclesia secularem intentionem, sed sanctam. Ad hoc enim fit inter fideles, ut hujusmodi festivum Convivium sit nobis in signum, & representationem quandam festi illarum beatarum Nuptiarum Agni cum Ecclesia, ad quas multi vocati sunt, & a quibus fatue virgines excludentur, & prudentes bene paratae admittentur. Item ad hoc, ut amicitia incipiat inter amicos utriusque Nubentis, qui solent

ad

(a) Mandat quidem Synodus Tridentina Sessione 24. cap. 10. *De reformatione Matrimonii,* ab Episcopis curandum, ut nuptia ea, qua decent modestia, & honestate fiant: *Sancta enim res est matrimonium, & sancte tradandum.* Porro nuptias solemnibus conviviis, salibus, scenis scandare est abutus antiquus a Gentilibus in Ecclesiam devolutus. Hinc Laodicena Synodus anni 314. can. 55. statuit quod non oportet Christianos ad nuptias venientes se turpiter, & indecoro getere, vel saltare, sed modeste cencere, vel prandere.

ad hujusmodi nuptias specialiter invitari. Convivatio enim incitat, & est causa amicitia, juxta illud Canticorum 5. *Comedite amici, & inebriamini carissimi.* Item ad hoc, ut ostendatur consanguinei, & amici Nubentium de illo se gaudere matrimonio, quod multum bonum est in matrimonio, videbit, cum amici placet. Festivum enim convivium signum est gaudii, quod habet de prodigo filio recepto pater, qui fecit convivium magnum. *Lucas 15.* Notandum autem, quod in hujusmodi Conviviis Nuptiarum cavendum est viris fidelibus ab omni dissolutione, five in cantibus, five in ludis, five in aliis levitatis: imo cum Dei timore sunt hujusmodi convivia exercenda. *Tobiae 9. Cum timore Domini nuptiarum convivium exercabant.* Item cavendum a rixis, & contentionibus, quæ facile solent post potationes oriri, & Diabolus hoc libenter immiscet bono Nuptiarum. Unde legitur in *Vitis Patrum,* quod quidam Daemon rediens ad magistrum suum majorem Dæmonem, qui cum miserat, requisitus ab eo, quid fecisset, retulit, quod in quibusdam nuptiis quasdam rixas suscitaverit, de quibus multi fuerunt interfecti. Item cavendum est a crapula, & ebrietate, quam multi bestiales solent ibi incurrire facile propter delectabilitatem cibi, & potus, qui ibi inveniuntur interdum abundanter. Contra quod Proverbiorum 25. *Mel inveneristi, comedere quod sufficit.* Item notandum, quod ad hujusmodi Nuptias non debent vocari personæ inhonestæ, ut joculatores, & hujusmodi, sed honestæ. Exemplum Joannis 2. de Nuptiis factis in Cana Galileæ, in quibus fuit Mater Iesu, & Iesus, & discipuli eius vocati. Iterum pauperes, & indigentes sunt ibi vocandi. Exemplum *Lucas 14. de Nuptiis,* quas fecit Rex filio suo, ad quas præcepit introduci pauperes, & debiles, oacos, & clavidos. Item, imprecando bona nubentibus a convenientibus. Exemplum de Gabelo, qui veniens ad nuptias Tobiae, dixit ei: *Benedicat te Dominus Irael;* & post: *Benedictio super uxorem tuam.* Materia de prædictis, quando occurrat opportunitas prædicandi in talibus Nuptiis. Thema de Euangelio, quod legitur in *Missa de Nuptiis,* *Matthæi 22. Simile est Regnum Cœlorum domini Regi, qui fecit Nuptias filio suo.* Et nota, quod est comparatio negotii ad negotium, ut sit sensus. Sicut fecit iste Rex, sic fit in regno cœlorum, quod est Ecclesia. Ex quo relinquitur, quod Nuptiæ facienda sunt. Notandum autem, quod moris, ut supra.

LIII. In omni (a) Visitatione.

Ad habendum materiam communem sermonis, quia semper in omni Visitatione Ecclesiastica est faciendus, notandum est primo, quare Visitationes sunt in Ecclesia introductæ. Secundo, quomodo visitatores. Tertio, quis fructus sequitur ex his laudabiliter factis. Circa primum, notandum, quod paterna affectio facit, ut pater sit follicitus de statu filiorum absentium: & ideo liberter vel vadit, vel mittit ad eos ad sciendum de statu eorum. Exemplum de Jacob, qui propter hoc dixit filio suo Joseph, *Genesis 37. Vade, & vide, si cuncta*

(a) Vide de hac re, quæ suse dicimus tertio Tomo nostri Romani Pontificis.

Si cuncta sunt prospera erga fratres tuos, & pecora, & renuncia, quid agatur? Item, periculum humanum ad hoc idem inducit. Quis est enim, qui sciat filios suos esse in bello periculo, & non libenter mittit ad eos visitandos, si posse? Hinc est, quod Iсаi dixit ad filium suum David, 1. Regum 17. *Carre in castra ad fratres tuos, & visitabis eos, si recte agant, & cum quibus ordinatis sunt, disce.* Item ex Visitatione solet provocari charitas visitati ad visitantem, sicut patet in Elisabeth, Luke 1. quae multum grata fuit B. Virgini de visitatione sua, dicens: *Unde mibi hoc? Ecclesiastici 7. Non te piceat visitare infirmum. Ex his enim in dilectione ejus firmaberis.* Paterna igitur affectio, quae debet esse Praelati ad subditos, & periculum subditorum, qui omnes in statu praesenti sunt in belle gravi constituti, & colligatio charitatis inter subditos, & Praelatum, requirunt hujusmodi visitationes. Circa secundum, notandum, quod ad visitatos pertinet, visitatorem in principio devote suscipere. Exemplum de Galatis, de quibus dicit Paulus, ad Galatas 4. *Sicut Angelum Dei exceptisti me, sicut Christum Jesum.* Visitator siquidem venit in nomine Domini; & ideo debent omnes dicere: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Item, in executione officii ipsum fideliter juvare, non impedire appellationibus, vel aliis calliditatibus, sicut Jamnes, & Mambres impediunt Moysem, qui fratres suos visitavit, sicut dicitur Actuum 7. & 2. Timothei 3. *Sicut Jamnes, & Mambres resistierunt Moysi, ita & hi resistunt veritati.* Item, in consummatione, ordinationibus ejus, & mandatis bono animo obediens, Iti enim sunt de quibus dicit Dominus, Luke 10. *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit;* cum sint ejus autoritate missi. Circa tertium, notandum, quod ad visitatorem pertinet diligentiam magnam in sui officii executione habere, fine ista enim parum proficiunt. Sophonia 1. *Scrutabor Hierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in facibus suis.* Hoc siquidem pertinet ad diligentiam, cum quæratur res cum lucerna. Item, discrete procedere, ut gravia non leviter & levia non graviter ponderet, & quia ad eum non pertinet, ut occulta ventilet, & similia multa, in quibus interdum excedunt habentes zelum, sed non secundum scientiam. Bernardus: *Zelum tuum refrenet scientia, scilicet discretionis.* Item, in nobis ex charitate moveri, non alia intentione, quia virga correctionis egredi debet de radice Jesse, quod dicitur incendium, scilicet charitatis, juxta illud 2. Corinthiorum 5. *Sive mente excedimus Deo, sive sobrium sumus vobis, charitas enim Christi urget nos.* Circa quartum, notandum, quod ex Visitatione bona solet sequi triplex fructus. Unus est correctione de malis perpetratis, ex misericordia procedens Dei, ne in futuro gravius puniantur. Psalmo 88. *Visitabo in virga iniurias eorum, & in verberribus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispargam ab eo, ne que nocebo in veritate mea.* Alius est cautela de perpetrandis, quia secundum Bernardum, *securus accedit tentator, ubi non timetur reprobator:* & ideo e contrario multi cavent a multis propter expectatam Visitationem. Job 10. *Et jam Visitatione tua custodiōbit spiritum meum,* scilicet a malis. Alius est abundantia bonorum. Per Visitationem enim exhortantur visitati ad bona multa. Psalmo 64. *Visitasti terram, & inebriasti eam,* ut scilicet ferret fru-

fructum multum: *Et multiplicasti locupletare eam.* His praemissis potest dicere visitator „Ecce videtis carissimi, quare sanctae Visitations sunt: videtis etiam qualiter visitati, & qualiter visitatores se debeant in ipsis habere: videtis etiam quantus, & quam bonus fructus sequitur ex Visitacione dicta: rogo vos, ut taliter vos habetis, & ut Deum rogetis, ut mihi det gratiam me taliter habendi in ista Visitatione, quod fructus gloriosi supradicti sequantur ex ea. Materia de predictis. Thema, Actuum 5. Visitamus fratres per universas civitates, in quibus predicavimus Verbum Domini, quomodo se habeant. Verbum Pauli est ad Barnabam. Ex quo relinquitur, quod ejus exemplo, & auctoritate facienda sunt Visitations super omnes fideles. Circa quod &c.

LIV. In Visitatione Parochiarum per Praelatos facienda:

Notandum, quod sunt quidam Praelati, qui dati inertiae, & corporali quieti solent diu residere in aliquibus suis maneris, delectabilibus, & gulæ, & ventris deliciis curam dantes, & iti sunt similes Sobnæ Templi praeposito, cui dicitur, Iсаia 22. *Quid tu hic, aut quae quis hic? quia excidisti tibi hoc sepulcrum, excidisti in excelso memoriale, diligenter in petra tabernacula tibi?* Non autem sunt ad hoc positi, sed ut vadant, & circumeat suam Dicecessim. Zacharia 1. *Isti sunt equi,* scilicet Praelati, qui debent Dominum portare, quos misit Dominus, ut perambulent terram. Sunt autem alii, qui interdum ambulant, non tamen plene circumeunt, intermitentes frequenter loca, quæ magis indigent Visitatione. Non sic faciebat Dominus Jesus, de quo scriptum est, Matthaei 9. *Circuibat Jesus omnes Civitates, & castella.* Et nota, quod Diabolus circuit quærenses quem devoret. Judæi, & hypocritæ circumeunt, ut faciant unum proselitum. Hæretici circumeunt, & penetrant domus, ut perdant (alias pervertant) animas. Omnia autem istorum circuitus sunt in perditione animarum. Tanto magis debet Praelatus circuire pro salute animarum. Sed sunt iterum alii, qui etiæ circumeant omnia loca in suis Visitationibus, tamen nil prædicant: non sic Dominus, de quo dicitur, Marci 6. *Circuibat castella in circuitu docens.* Non sic & Apostoli, de quibus, Luke 9. *Egressi circuibant per castella evangelizantes.* Non sic etiam Esdras, de quo scriptum est, 1. Esdras 7. *Missus es ut visitas Iudeam, & Hierusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua.* Sunt autem alii, qui etiæ visitando prædicent, tamen nihil corrigunt. Non sic dixit Paulus faciendum, qui dicit, Ad Titum 1. *Hujusmodi gratia reliqui te Creta, ut ea, quæ desunt, corrigas, & constitutas per Civitatis Presbyteros.* Non sic ipse etiam faciebat, qui dicit 2. Corinthiorum 13. *Si venero iterum, non parcam.* Non sic etiam fecerunt Esdras, & Neemias, qui visitantes Iudeos, super eos, qui separaverunt matrimonia, & illicitas fecerunt usuras, remitti fecerunt usuras, & opera cessare in Sabbatis, sicut patet ex historia illorum. Alii sunt, qui etiæ corrigant interdum minores in sua Visitatione, tamen ad majorum correctionem non audent apponere manum, scilicet ad Clericos, & nobiles. *Quo contra dicitur*

citu Isaie 24. *Visitabit Deus super militiam Celi in excelso.* Hi sunt Clerici : & super reges, & hi sunt nobiles. Alii sunt, qui timentes disperguntur, visitandis, utentur semper mollitie in suis correctionibus, non attendentes, quod Paulus non semper in spiritu mansuetudinis veniebat, sed interdum cum virgis, sicut dicitur 1. Corinthiorum 4. & propter displicentiam hoc non dimittet. Unde, 2. Corinthiorum 12. *Timeo ne forte cum venero, non quales volo inventam vos, & ego inveniar a vobis, qualem non vultis.* Alii sunt, qui declinant ad loca aliqua quieti sua, ita provide se hominibus inaccessibilis exhibentes, quod persona miseræ indigentes eis in quoconque negotio ad eos accedere non possint. Quo contra legitur de Domino, quod ita se turbis immiscebant, quod eum comprimebant, & vexabant frequenter. Alii sunt, qui bona aliqua, quæ interdum faciunt in sua Visitatione, per scandalum, quæ relinquunt ex se, vel ex familia, destruant, & dissipant, sicut fatuus scriptor, qui bonam litteram, quam facit, per incautelam trahendo manum suam super eam, ipsam destruit statim, & sic annhilatur fenus Visitationis. *Unus enim adifcans, & alter destruens, quid prodest illis nisi labor?* Ecclesiastici 34. Materia de prædictis. Thema, Romanorum 1. *No lo vos ignorare fratres, quia sepe proposui venire ad vos, sed prohibitus sum usque adhuc, ut aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in ceteris gentibus, Gracis, ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum.* Non tamendum, quod sunt quidam, &c. ut supra. Quibus diës potest dicere Prælatus sic. Ex verbo Pauli proposito, & ejus exemplo ego me vobis debito-rem, & obligatum sciens ad veniendum ad vos causa Visitationis, & ad præ-dicandum, & ad corrigendum utiliter omnium excessus absque acceptance personæ ad exhibendum copiam meam omnibus indigentibus, & ad caven-dum vobis a scandalis mei, & meorum, duo jam feci, alia tria propono fa-cere cum Dei adjutorio, & vestro, & rogo, ut quæ corrigenda videtis, in-dicetis fiducialiter, & rogetis Dominum, ut in ista Visitatione det mihi, & sociis ea facere, quæ sunt ad ejus gloriam, & vestram utilitatem com-munem.

LV. In Visitatione Clerici in principio.

NOtamendum, quod Visitatio fit tribus de causis. Fit enim propter sub-ventionem. Multi enim quandoque indigent Prelato propter con-firmationem, vel propter casus aliquos, & hujusmodi. Sicut ergo religio Christiana est secundum Jacobum, visitare pupillos, & viduas in tri-bulatione eorum, sic pius est non solum illos pupillos, & viduas, sed omnes indigentes officio majorum visitari ab eis, ut impendant eis aliquid gratiae spiritualis, sicut Apostolus Romanis optabat se facturum, & exercitavit circa eos opera pietatis. Item, fit propter instructionem. Non enim sufficiunt ut frequenter minores Sacerdotes ad hoc plene, & ideo supplendum est per ma-jores, & propter hoc semper secundum jura debet fieri prædicatio in Visita-tione, in qua plene instruantur fideles circa fidem, & circa mores 1. Esdræ 7. *Missus es, ut visites Iudeam in lege Dei tui.* Item, fit ad correctionem excef-suum,

suum, qui frequenter oriuntur, & a minoribus minus bene possunt corrigi. Psalmo 88. *Visitabo in virga iniqüitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* Item notandum, quod licet omnes indigeant istis tribus, tamen Cle-rus tam quoad Canonicos, quam quoad alios, ut frequenter plus indigent correptione. Ipsi enim sunt quasi exemplar laicorum, & ideo sunt cum summa diligentia corrigiendi, sicut fit de exemplari, de quo alii libri transcri-buntur. Item, eorum rubiginos fortius adherent, quia sicut dicit Chryso-stomus : *Clerici, postquam deliquerint, inemendabiles sunt, & ideo fortiori pugnazione indigent, sicut rubigo metalli fortiter adhervens, qua non purgatur nisi per ignem.* Item sunt Deo dedicati, & ideo frequentius purgan-tur, quam domus communes. Timeant igitur majores, quoniam hoc non faciunt, ne ipsi similes Heli Sacerdoti in culpa correctionis, qui non diligenter, sed negligenter, non rigide, sed molliter, non frequenter, sed semel tantum corredit filios suos Sacerdotes, fiant eidem similes in pena, qua privatus est Sacerdotio, & tam ipse, quam domus sua, & filii ejus mortui sunt, & ipse fractis cervicibus expravit, sicut patet, 1. Regum 2. & 3. Item notandum, quod peccata Clericorum valde damnificant Ecclesiam in temporalibus. Sicut enim propter Patrum sanctitatem Ecclesia exaltata est in temporalibus, ita Deo permittente propter eorum peccata deprimit a multis in temporalibus. Threnorum 4. *Propter peccata Prophetarum ejus, & iniqüitates Sacerdotum ejus sunt hac facta in Ecclesia, scilicet tanta de-structio.* Item valde damnificat in spiritualibus communitatem Ecclesie, quia propter eorum peccata orationes eorum, & sacrificia non habent effectum debitum. Proper quod dicitur de Filii Levi, Malachia 3. *Et purgabit eos, & erunt offerentes Domino sacrificia in iustitia, & placebit Domino.* Item magis corrumpunt universos, sicut cadaver in alto positum juxta viam, propter quod dicuntur : *Mons, qui est in alto, & perifer corrupiens uni-versam terram.* Hieremias 51. Damnificant ergo Ecclesiam, & quoad tem-poralia, & quoad officium suffragiorum, & quoad corruptionem Christia-norum: non solum autem sunt ita damnoſa in mundo peccata eorum, sed etiam graviora coram Deo: & hoc, quia sunt ab his, a quibus minus debe-rent fieri, cum sint de ejus familia, & de ejus stipendio, & in loco in quo mi-nus debent fieri, scilicet in terra Sanctorum, in qua præcesserunt viri Sancti, quibus succedunt, & in ejus præfentia deferuntur assidue eorum pecca-ta. Ita enim est populus provocans, qui coram eo est, semper. Non solum autem sunt damnoſa, sicut & gravia, imo inexcusabilia, & hoc propter notitiam quam habent. Romanorum 2. *Propter quod inexcusabilis es o homo omnis, qui judicas: id est, qui discernis.* Cum quanto ergo sint hujusmodi delicta corrindiga, quæ sunt tam damnoſa, tam gravia, tam in-excusabilia? His prelibatis dicat visitator, *Ecce videtis carissimi quomodo Visitatio fit propter tria. Ad primum nos offerimus. Secundum jam fecimus. Tertium facere intendimus eo modo, quo faciendum monstravimus, & pro-pter causas, quas ostendimus rogamus vos, ut in his vos exhibeatis tracta-biles: & nos juvetis, & Dominum rogetis, ut det nobis sic facere quod proponimus, quod cedat ad ejus gloriam, & meam, & vestram salutem.* P p 2 Ma-

Materia de predicationis. Thēma, Joannis 2. *Ascendit Iesu Hierosolymam, & inventus in templo vendentes oves, & boves, & columbas, & nummularios sedentes, & cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejeicit de templo.*
Nota, ex hoc factō apparet, quanto zelo sīt corrīgenda delicta, qua inventiūt in templo Dei, quod est status clēricalis, a visitatorib⁹ cum illuc veniūt. Hoc siquidē videntes discipuli recordati sunt, quia scriptum est: *Zelus domus tuae comedit me, sicut ibidem sequitur.* Notandum autem, quod Visitatio fit tribus de causis.

LVI. In Visitatione Religiosorum a principio:

Notandum, quod inter omnes status Ecclesiæ Religiosorum reputatur magis Sanctus. Ipsi enim sunt Nazaræi non solum figurati, ut erant in lege, sed veri, quod idem est, quod Sancti. Ipsi etiam sunt separati a mundo, & Deo dicati, & ideo veri Sancti. Quod enim separabatur in lege ab usibus communib⁹, & Deo consecrabatur, Sanctum dicebatur. Ipsi iterum per votum abrenuntiationis temporalium rerum sunt sine terra: per votum continentia, mundi: per votum obedientia, firmi, & confirmati in bono, & ideo bene dicuntur Sancti, quia Sanctum uno modo idem est, quod Agros, idest sine terra: alio modo idem est, quod mundum: alio modo idem est, quod firmum. Sed notandum iterum, sicut loca sancta interdum prophanantur, ita & isti. 1. Machabæorum 2. *Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra, quæ omnia est religio, desolata est, & coinquinaverunt eam gentes; gentes scilicet illæ septem, que ejusmodi sunt de terra promissionis, scilicet de caelo, hoc est universitas demonum, que suis vitiis, quibus præfunt singuli, inficerunt multas religiones.* Et sicut loca sancta prophanata sunt mundanda, ita & religiones polluta. Et ideo bene dicit Judas, Machabæorum 4. *Ascendamus nunc mundare sancta.* Sed iterum notandum, quod multiplex est modus mundandi religiosum pollutum. Unus est per pœnitentiam gratis assumptam. Pœnitentia siquidem quoad contritionem est quidam ardor interius calefaciens, & per consequens purgans, sicut calor intrans in aquam olla purgat ipsam aquam expellens spumam, & alias foras. Quoad confessionem vero per ejectionem folidum per os, sicut purgatur stomachus per vomitum. Quoad satisfactionem vero ad quandam confricationem operum, sicut purgantur rubigines contractæ in vasis metallicis. Alius est per fraternam admonitionem, de qua Augustinus in Regula: *Statim admonete, ne capta progradientur, sed de proximo corriganter.* Alius est per disciplinam: *Qui enim parcit virga, odit filium.* Proverbiorum 13. Et qui virga percuit eum, liberat animam ejus ab inferno. Proverbiorum 23. Alius est per correctionem visitatorum, qui omnia, quæ sunt minus purgata, quasi lima ultimo debent plenius expurgare. Cum igitur aliiquid minus purgatum est per presentiam, debet succedere charitativa fratris admonitio, & huic, disciplina paterna punitio, & huic tandem, visitationis plena correctio. Item notandum, quod in religione multum debet vigore correctio non solum circa majora vitia, sed etiam circa minora: nisi enim corriganter ista,

augentur multum, & corrumpunt. Ecclesiastici 11. *A scintilla augetur ignis.* Non solum augmentur, sed sunt incorrigibilia. Augustinus lib.8. confessionum cap.5. *Dum consuetudini non resistitur, fit necessitas: non solum autem hoc, sed & tandem non reputatur mala.* Augustinus: Objiciuntur Jacob quatuor uxores, tamen quando mos erat, peccatum non erat, idest, non reputatur secundum unam expositionem. Materia de predicationis. Thēma, Apocalypsis ultimi. *Sanctus sanctificetur adhuc.* Notandum, quod inter omnes status Ecclesiæ, ut supra, *Proninde si forte apud vos, qui propter religionem sancti dici potestis, est in aliquis religio folidata, etiam si forte per pœnitentiam, vel fraternam admonitionem, vel disciplinam paternam est aliquatenus sanctificata, nihilominus secundum officium Visitationis mihi competens propono suppleri, quod minus est factum, vel facere, quod non est factum, ut sanctus sanctificetur adhuc, & in hoc peto vestris consilii, & auxiliis, & orationibus adjuvarit.* Aliud Thēma. 2. Paralipomenon 29. *Mandate domum Domini Dei patrum vestrorum, & auferite omnem immunditiam de sanctuario.* Verbum est Ezechiae ad Sacerdotes, & Levitas, nec enim ad laicos hoc pertinet. Aliud. 1. Machabæorum 4. *Eligit Judas Sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei, & mundaverunt sancta.*

LVII. In Visitatione Clericorum, vel Religiosorum in fine:

Notandum, quod completa Visitatione maxime apud Clerum, vel Religiosos convenit, ut in licentia acceptione aliquid dicatur ad consolationem, & adificationem eorum, qui sunt visitati. Circa hoc autem nota, quod interdum sunt aliqui visitatores, qui ex fastis suis, vel dictis indiscretis inducunt turbationem in domo, & turbant pacem. Et nota, quod sic fecit Christus Dominus, qui mundum visitans induxit pacem universalē in mundo. Unde cantat Ecclesia: *Pax erit in terra nostra, cum venerit.* Et est sumptum de Michæa cap. 5. Non sic etiam fecerunt Angeli, qui descendentes in regione de Bethlehem, & visitantes pastores cantaverunt: *Et in terra pax hominibus.* Non sic faciebant Apostoli, quoniam primo domum intrantes quamecumque, secum pacem adducabant, dicentes de mandato Domini: *Pax huic domui.* Horum igitur exemplo debet cavere prudens visitator, ne ex culpa sua pacem domus visitandæ perturbet, sed potius, quantum in se est, turbationem, si eam invenerit, sedare studeat, & pacem adducat. Sed iterum notandum: sunt alii visitatores adeo pusillanimi, quod propter paecem aliquorum dimittunt ea, quæ sunt iustitia. Non sic facit Rektor universi, qui fecit, & facit, & faciet innumerabilia, de quibus conflat ei, apud homines oriri turbationes innumerabiles, nec tamen propter hoc dimittit illa, quæ procedunt secundum ordinem iustitiae sue. Non sic etiam fecit Salvator qui veniens in Judæam multa dixit, & fecit, unde scandalizabantur, & turbabantur, non tamen propter hoc dimisit illa, quæ iusta erant. Non sic fecit Paulus, qui contristavit Corinthios, de quo tamen non pœnituit, sicut dicitur, 2. Corinthiorum 7. Proninde non debet visitator cum sit Judex dimittere, quæ sunt iustitiae propter scandalum, vel turbationem, quia per hoc

hoc scandalum non vitat judex : nec etiam curare tantum debet de pace aliorum , quod propter hoc dimititat veritatem , juxta illud Zachariae 8. *Venitatem , & pacem diligite :* non unum sine altero . Sunt autem alii visitatores , qui sic prudenter , & sic generose exercent officium Visitationis , quod & pacem relinquunt , & tamen quae sunt justitia , non omittunt , nec in inquirendo , nec in puniendo , nec in praecipiendo , nec in ordinando quae fuerint ordinanda , & similibus . Felix talis visitator : ipse enim verus Salomon , verus pacificus in cuius diebus orietur justitia , & abundantia pacis , sicut scriptum est in Psalmo 71. Felix est talis Visitatio , in qua justitia , & pax se se immediate amplexantur , juxta illud Psalmi 84. *Justitia , & pax osculate sunt.* Felices & tales visitati , qui de justitia non turbantur , sed potius gaudent , & consolacionem recipiunt , & pacem cordis incurvant , & impletur in eis illud Isaiae 32. *Erit opus justitie pax &c.* Conclusio : *Rogo vos carissimi , ut si in ista Visitatione ex culpa mea ego Praepositus vobis in hoc omisi aliquid eorum , quae sunt justitia , rogetis Dominum , ut mibi dimitiat ; si vero aliquid feci quod iustum sit ex dono ejus , rogo vos , ut portetis pacifice ut ex ista justa Visitatione pax , & justitia relinquantur.* Materia de predictis . Thema , Ista 60. *Ponam Visitationem tuam pacem , & Praepositos tuos justitiam.* Et nota , quod quando dimititur justitia , utpote quando ex Visitatione sequitur turbatio , opus est hominis ; quando vero pax , & justitia relinquitur , opus est Domini . Et ideo bene dicitur : *Ponam ego , scilicet Dominus , quia sine me non potestis facere hoc , nec hoc potest fieri sine Deo.*

LVIII. In solemnī Inquisitione in principio.

Notandum , quod secundum jura tripliciter potestagi de crimine contra aliquem , scilicet per modum accusationis , & tunc debet praecedere obligatio ad talionem : vel per modum denunciationis , & tunc debet praecedere charitativa admonitio : vel per modum inquisitionis , & tunc debet praecedere clamor infamans . Cum autem sic agitur , & solemniter , decet , ut in congregationibus , illis qui ad hoc solent convenire , verbum Dei aliquod proponatur de materia ad hoc pertinente . Circa hoc autem notandum , quod sunt quidam Praelati , qui propter onus , & tedium , quod imminet in inquisitione facienda , nunquam volunt aliquid malum audire de subditis , imo offenduntur contra relatores talium . Unde dicitur de quodam magno Praelato , qui mollis erat in correctione , quod cum veniebat ad eum quidam religiosus , qui solebat nuntiare mala subditorum suorum , statim ut videbat eum a longe , exclamabat , dicens : *Deus in adjutorium meum intende .* Hi sunt similes Regi Israel , qui dicit 2. Paralipomenon 18. *Est vir unus hic , Michæas scilicet , sed ego odi eum , quia non prophetat mihi bonum , sed malum omni tempore .* Non autem sic requirunt faciendum paterna viscerā , imo semper debent esse sollicita de statu filiorum suorum , five bonus , five malus sit , & libenter de eo audiare . Exemplum de Jacob , qui dixit filio suo Joseph , Genesis 37. *Vade , & vide si cuncta sunt prospera ergo fratres tuos , & pecora , & renuncia mihi quid agatur .* Alii sunt , qui eti

audiunt mala subditorum , & frequenter , tamen nunquam , aut vix descendunt ad inquirendum . Mira , imo misera res : de bonis suis temporalibus tantam curam gerunt , quod statim , ut audiunt ea male tractari , inquirent , sicut ille dives , apud quem dissimilatus est villicus ejus , quod dissipasset bona illius , statim vocavit eum , & inquisivit dicens : *Heu ! quid hoc audio de te , &c.* Luca 16. de spiritualibus vero bonis animarum , si destruantur , non videntur curare . Propter quod Bernardus deridens tales dicit : *Optimi estimatores rerum , qui de minimis maximam , de maximis minimam curam gerunt .* Non sic Deus dixit Moysi faciendum , sed statim ut peccavat populus , dixit ei , Exodi 32. *Vade , & descende : peccavit populus tuus , quem eduxisti de terra Ægypti : quod & fecit .* Ad hujusmodi igitur exemplum Praelato descendendum est ad subditos peccantes . Sunt autem alii , qui eti quandoque descendunt , tamen ita tenuiter procedunt in negotio inquisitionis , quod ad aliquam frivolum appellationem , vel turbationem aliquorum , vel calliditates cooperitorum iniquitatum impediuntur , ne veritatem inveniant de excessibus dissimilatis . Ipsi sunt similes Laban , qui ad fraudem Rachel cooperientis idola , & ad turbationem Jacob , & ad allegationes rationum ejusdem pro se , scilicet Laban , impeditus est , ne invenient idola , quae querabant . Genesis 31. Non sic faciendum carissimi , sed multum diligentius inquirenda sunt peccata , ubi esse in clamantur , quam latrones , quia multo plus nocent . Et nota , quod olim siebat inquisitio de peccatis per fortis , sicut patet de peccato Achior , Josue . 7. & de peccato Jonathan , 1. Regum 14. Item , siebat inquisitio de adulterio suscepit conjugis per potum aquarum maledictarum , quae potata dirumpet ventrem adulterae , Numerorum 5. Item , sicut dicunt historiæ , inquisivit Moyses de peccato vituli conflatis per pulverem bibitum , qui reliquit signum in barbis reorum . Item , fuit olim multoties inter Christianos per ferrum candens facta inquisitio de predictis . Item , per divinos , & incantationes diabolicas faciunt hoc idem multi minus fideles . Item , hoc idem faciunt Princese seculi per duella multoties . Si ergo tot modis , & tam frequenter fiunt inquisitiones de peccatis , & malis modis , quanto magis per formam sanctam ab Ecclesia traditum est facienda ? Conclusio : „ Audita sunt carissimi quedam de quibusdam vestrum , & proter hoc ad praesens descendit , & sum missus , & intendo cum Dei adjutorio secundum formam canonicanam inquirere de illis , & rogo vos , „ ut nullus praefet in his aliquid impedimentum , sed potius me juvetis , „ ut in his procedere possim secundum Dei voluntatem , & vestram utilitatem , & debitum meum . „ Materia de predictis . Thema , Genesis 18. Descendam , & video , utrum clamorem , qui venit ad me , opere compleverint , an non , ut sciam . Et nota , quod Dominus , qui hoc dixit , non dixit hoc propter se , cum omnia sciat , sed propter Praelatos instruendos , ut sint tales , quod hujusmodi clamorem audire velint : quod notatur , cum dicitur : *clamorem .* Et quod post auditum talem descendant , quod notatur , cum dicitur : *descendam .* Et ut descendentes diligenter inquirant , quod notatur cum dicitur : & *video .* Notandum autem , quod secundum jura tripliciter , &c.

LIX. In Inquisitione, non invento crimine.

Notandum, quod sunt aliqui, qui solent dolere, quando non inventur malum, de quo fit Inquisitio: & hi similes sunt diabolo, qui gaudet de iniuste. Non sic faciendum est a bonis viris, sed debent omnes tam inquirentes, quam alii gaudere, & glorificare Deum, quando non inveniuntur hujusmodi malum Exemplum. Danielis 13. *Hilchias quoque, & uxor ejus laudaverunt Deum in die illa pro Susanna filia sua cum Joachim marito ejus, & cognatis ejus omnibus, quia non est in ea inventa res turpis.* Aliquando etiam contingit, quod Inquisitor non bene purgat diffamatum ab infamia, licet culpam non inveniat, quod est valde reprehensibile. Innocentia enim inventa, est omnibus propalanda. Unde Luke 23. dicit Pilatus de Christo ad Iudeos: *Nullam causam mortis invenio in homine isto de his, in quibus eum accusatis; sed neque Herodes.* Si autem sic excusavit iudex iniquus innocentiam Christi, quanto magis iudex bonus debet idem facere de quolibet innocentia? Interdum etiam contingit, quod Inquisitor, aut parum, aut nihil redarguit infamatores injustos, qui frustra commovent Praetatum, cuius contrarium fecit Dominus diabolo, qui Job infamerat apud eum, dicens ei, Job 2. *Tu commovisti me adversus eum, ut affigerem eum frustra.* Hujusmodi ergo exemplo culpandi sunt, & arguendi viri diabolici, qui sine causa procurant hujusmodi Inquisitions. Psalmo 49. *Adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tue ponebas scandalum.* Et post: *Arguam te, & statuum contra faciem tuam.* Interdum etiam contingit, quod ex hujusmodi Inquisitione minus bene procurata, remanet conturbatio inter diffamantes, & diffamatum, & inter testificantes, & illum, contra quem sunt testificati, & inter adhaerentes uni parti, & alii, nec dat operam Inquisitor ad sedandum hujusmodi turbationem, sed relinquit eam post se. Contra hoc debet dare operam omnem ad relinquendam pacem post suum recepsum, exemplo Christi, qui recedere de mundo volens, dixit Joannis 14. discipulis suis: *Pacem relinquo vobis.* Et quia ad hoc summe fecit satisfactione de injuria facta illata, & remissio fraternae injuria, debet ad ista inducere auctoritatem Augustini dicentis: *Quicunque criminis objectu aliquem leviter, meminerit quam citius curare quid fecit, & ille qui Iesus est, sine disceptatione dimittere.* Denique pertinet ad fidem Inquisitorem bona ubique referre de inventis, & de pace relicta, exemplo Angelorum perambulantium terram, qui dicunt Zacharia 1. *Perambulavimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit.* Conclusio: „Ecce vi-“ detis, quod ad Inquisitorem non inventa malitia diffamata quinque supra-“ dicta pertinent. Proinde carissimi, quia non inventi mala, quae diceban-“ tur, gaudeo, & reddo gratias Iesu Christo, & hoc quoad primum. Diff-“ famatum, vel diffamatos denuncio innocentes, hoc quoad secundum. “ Reos hujusmodi indiscreti diffamantes, sic, & sic puniri, & hoc quoad tertium. Omnes rogo, ut si quam turbationem incurram, unus contra aliun occasione eorum, quae facta sunt, invicem remittant, & veniam petant, & hoc quoad quartum. Ut tandem ubique, sicut propono, de vobis bona re-

„, referre possim, & hoc quoad quintum „. Materia de praeditis. Psalmo 63. *Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio.* Nota, quod hoc verbum exponitur de Christo, & Iudeis eum observantibus, & in inventione iniquitatis in eo deficientibus: & felices illi, de quibus hoc idem dici potest. Sed notandum, quod sunt aliqui, qui solent dolere, &c.

LX. In terminatione Inquisitionis, invento crimine.

Notandum, quod facta Inquisitione, & invento crimine diffamato, aliqui inquisitores nimis moliter puniunt culpas inventas. Similes euidam Abbatissæ, de qua dicitur, quod cum quedam monialis sua fuisset diffamata apud eam de parti, vocavit eam ad capitulum, & invento scelere, fecit eam parari ad disciplinam, & coram toto capitulo verberavit eam, & disciplinavit cum quadam cauda vulpis. Non habemus hoc exemplum de Domino, de quo scriptum est, Genesis 19, quoniam graviter punivit civitates, quarum clamor ascenderat ad eum, descendens ad eos. Hoc igitur modo Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrah sulphur, & ignem a Domino Deo, & subvertit civitates has, & omnem regionem cum universis habitatoribus urbium, & cuncta terra virentia. Item, non habemus hoc exemplum a Moysi de quo scriptum est Exodus 32, quod descendebat ad populum, qui peccaverat, & inveniens peccatum ejus, dixit: *Qui Domini est, jungatur mihi, & congregati sunt ad eum omnes filii Levi, quibus ait: Heo dicit Dominus Deus Israel: ponat vir gladium super femur suum, & ite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum. Feceruntque filii Levi juxta sermonem Moysi, cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum.* Non sic etiam præcepit Dominus tempore visitanda Hierusalem, quando abominationes occultæ inventæ fuerunt, sed dixit sex viris, sive Angelis, qui habebant vasa interitus unusquisque in manu sua: *Transite per civitatem, & percutite, non parcat oculus vester, neque miscreamini, senem, adolescentulum, & virginem, parvulum, mulieres interficite usque ad in internectionem: omnem autem, super quem videritis Thau, qui scilicet sunt sine culpa ne occidatis, & a sanctuario meo incipite.* Ezechielis 9. Et nota, quod ex hujusmodi punitione sequuntur tria bona. Unum est repressio malitia in malis, quoniam, quando non profertur contra malos sententia, audacius perpetrant mala, sicut dicitur Ecclesiastici 8. Proverbiorum 19. *Multato (alias flagello) pestilente squalitus sapientior erit.* Aliud est cautela in bonis. Proverbiorum 21. *Multato pestilente sapientior erit parvulus, idest, humilius vivens, sicut accidit de catulo, quando coram eo verberatur leo.* Aliud est bonum puniti, quia si non puniretur plus, cresceret ejus malitia in damnum suum. 2. Machabeorum 6. *Etenim multo tempore non sinere peccatores ex sententia agere, sed statim ultiones abibere, magni beneficij est indicium.* Item nota, quod in quaelibet excessibus pena magis est minuenda per misericordiam, quam agravanda per rigorem, quia secundum Augustinum in Regula: *Melius est reddere rationem de misericordia, quam de justitia.* Item Q. q. non

non debet moveri iudex contra puniendum aliquo malo motu. Augustinus ibidem: *Et hoc, quod dixi de oculo non figendo in ceteris invenientibus, prohibendis, judicandis, convincendisque peccatis diligenter observetur, cum dilectione hominum & odio vitiorum.* Item prosequi illud ad quod iustitia etiam compellit cum dolore, exemplo Domini de quo dicitur, Threnorum 3. *Non enim humiliavit ex corde suo, & abiecit Deus filios hominum.* Debet ergo iudex puniendi poenam temperare, & ad id quod facit ex charitate moveri, & in prosequendo dolore affici. Item nota, quod interdum aliqui quando puniuntur pro culpis suis, ferunt hoc impatienter, & patiuntur sicut latrones inviti, & impatiientes, & culpam suam non cognoscentes. Non sic autem, quos respicit Deus in bonum. Job 33. *Respicit Deus hominem, & dicit: Peccavi tibi, & vere deliqui, & ut eram dignus, non recepi.* Sunt autem tria propter quae poena hujusmodi sunt patienter a peccatoribus recipienda. Una est propter Deum. Si enim Sancti tanta passi sunt propter Deum, ne eum offendere, quanto magis peccatores debent pati poenam pro peccatis suis libenter propter Deum, ut perpetratas offensas remittat eis. Alia est propter proximum, ut quos peccando scandalizaverunt, poenam peccati libenter portanda adficiunt. Alia est propter seipsum, ut faciendo de necessitate virtutem, per hujusmodi poenas acquirant sibi salutem. Conclusio, „Ecce videtis carissimi, quam graviter, & quare, & qualiter a judice peccata inventa sunt punienda, & quam obedienter sunt hujusmodi poenae recipienda: testem invoco Deum in animam meam, quod delicta quae inveni per inquisitionem, malleni non fuisse commissa: quia vero compellit iuste iustitia, oportet me illa punire, propono, & temperare poenam, & hoc ipsum, quod facturus sum, licet ex bona intentione faciam, facio tamen cum dolore. Rogo autem illos, qui rei inventi sunt, ut pro salute animarum suarum poenas sibi imponendas suscipiant patienter. Tali propositio, ter hoc tale, quod fecit, impono talen poenam, & sic de aliis,.. Materia de prædictis. Thema, Ecclesiastici 3. *Judicium patris audite filii dilecti, & sic facite, ut salvi sitis.* Nota, quod iudicium dicitur interdum sententia examinata. Index vero Ecclesiasticus bene dicitur pater, quia ex amore procedere debet ad puniendum. Illi autem qui sic faciunt, quod eis imponitur a tali Iudice, suam in hoc operantur salutem. Et ideo bene dicitur subditis a Prælato Ecclesiastico, ut sententiam examinatam ab eo audiant, sicut filius debet audire patrem, & faciunt quod audierunt, ut salventur, quia hoc eis cedit ad salutem. Sed notandum, quod facta inquisitione, &c.

LXI. In Inquisitione Hæreticorum.

Notandum, quod sicut inter Angelos sunt quidam boni, & quidam mali, qui interdum transformant se in speciem bonorum, juxta illud 2. Corinthiorum 11. *Ipsa Sarvana transfiguratur se in Angelum lucis:* & inter Prophetas fuerunt quidam veri, & quidam falsi simulantes se bonos, juxta illud 2. Petri 2. *Fuerunt duo Pseudoprophetæ in populo: & inter Apostolos quidam veri, quidam falsi simulantes se veros, juxta illud.*

2. Corinthiorum 11. *Ejusmodi pseudoapostoli sunt operarii subdoli transfigurantes se in Apostolos Christi;* ita inter Christianos sunt quidam veri Christiani tenentes veram fidem de Christo, & quidam pseudochristiani tenentes falsam fidem, similes tamen sunt ambo in christianitate, & falsi similes sunt in apparentia exteriori. Hi autem falsi sunt illi ministri satanae, de quibus dicit Paulus, 2. Corinthiorum 11. *Ministri Satanae transformantur, velut minister iustitiae.* Notandum autem, quod isti sunt illa zizania in bono agro, quæ inimicus homo, scilicet, Diabolus superseminavit super semen bonum. Matthæi 13. Isti sunt illi falsi prophetæ, qui veniant ad homines in vestimentis oviuum, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, sicut patet ex fructibus eorum, sibi creditibus, qui sunt pestis hominum in omni genere peccati, propter spem quam dant eis de facilitate ventia per manus impositionem. Matthæi 7. Isti etiam sunt antichristus, qui simulabit se verum Christum, & tamen erit ei contrarius, ita & isti simulant se veros Christianos, & tamen sunt eis contraria. Ideo bene dicitur, 1. Joannis 2. *Antichristi multi facti sunt.* Item notandum, quod isti gravia mala multa committunt. Damnant enim sacras Scripturas, 2. Petri, penultimo, & ultimo: vel Epistolas Pauli indocti instabiles depravant, sicut & cæteras ad suam ipsorum perditionem. Item, sicut Paulus tempore persecutionis sua adficiabat Ecclesiam, ita & ipsi per loca diversa discurrerentes, 2. Timothei 3. Ex his sunt, qui penetrant domos, & captivas ducent mulierculas. Item corrumpunt fidem per fallam doctrinam, quam admiscent vera, sicut cancer corruptit carnem suam, 2. Timothei 2. *Sermo eorum, ut cancer serpit.* Item notandum, quod hæresis habet semper secum annexam obstinationem. Non enim error facit hæreticum, sed obstinatio. Triplex est enim funiculus, qui difficile rumpitur, qui trahit hominem ad bonum, scilicet auctoritas, ratio, & exemplum. Sed isti sunt ita obstinati, quod non movet eos auctoritas, quia ipsas male exponunt, nec rationes, quia sunt sicut pecora irrationalia, rationem non capientes, nec exempla tot, & tantorum, qui fuerunt, & sunt in Ecclesia tanquam luminaria magna, quia se paucos præferunt omnibus istius sanctæ multitudinis. Ideo Ecclesia non habens aliud remedium tam efficax contra eos innititur captioni eorum. Conclusio, „Ergo rogo vos omnes, ut me fideliter omnes in eis juvetis inveniendis, & capiendis, ad quod missus sum. Ad hoc autem debent vos movere tria. Primum est zelus fidei, qui in omnibus debet vigere, propter hoc enim Dominus permittit hæreses, ut fideles eorum in persecutione probentur. 1. Corinthiorum 11. Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Secundum est indulgentia magna, quam damus talibus, scilicet talis &c. Terrium est evasio poenæ excommunicationis, & hujusmodi talis, quam ex nunc ferimus in omnes, qui super hoc non dicent veritatem, quam scierunt,“ Thema, Canticorum 2. *Capite nobis vulpes parvulas, que demolunt vineas.* Nota, quod vulpes dolose discurrunt de nocte per loca diversa ad capiendum gallinas; sic hæretici occultant se ad capiendum animas. Et dicuntur parvuli propter humilitatem, quam prætentunt. Vineas autem demoliuntur, dum sacras scripturas, quæ est vinea Domini proferens vinum

inebrians, depravant: vel dum Ecclesiam, quæ etiam est vinea Domini habens innumerabiles vites bonorum morum, devastant: vel fidem, quæ est alia vinea habens palmites pretiosos bonorum operum, corrumpant. Tales Dominu capiuntur, quando ad honorem ejus, & non ex odio capiuntur. Notandum, quod sicut inter Angelos &c.

LXII. In solemnni Condemnatione Hæreticorum.

IN Condemnatione hæreticorum, quando sententia fortur contra eos, solent publice homines convocari, & quia sunt multi, qui quadam falsa pietate moventur circa eos, & judicant Ecclesiam de nimia crudelitate circa illos, expedit in sermone publice ostendere, quare Ecclesia de hæreticis plusquam de aliis peccatoribus diligentius inquirit, & quare gravius illos puniit, & quare eos difficilius ad penitentiam recipit. Circa pri-
mum, notandum, quod hæretici plus nocent in Ecclesia, quam alii peccato-
res. Fures enim, & raptore nocent tantum in rebus temporalibus, homi-
cidae in rebus corporalibus; sed hæretici in spiritualibus, scilicet in fide,
quæ est fundamentum omnium bonorum, quia ipsa destruxta ruunt omnia,
sicut turris sublato fundamento. Sicut ergo minoratores turrium summe no-
cent castro, ita & isti Ecclesia nocent frequentius, quam latrones, & ho-
micide, qui raro committunt delicta. Iste autem assidue discurrunt per loca
diversa, & die, & nocte instant attractioni hominum ad se. Præterea
nocent fraudulentius propter speciem pietatis, quam prætendent, sicut di-
cit Apostolus 2. Timothei 3. sub qua ministrant venenum: sive proditor
medicus, juxta illud 1. Joannis 2. *Hac scripsi vobis de his, qui seducunt vos.*
Quia ergo tam graviter, & tam frequenter, & tam fraudulenter demer-
gunt, justum est, ut ad eos extirpando inquisitio diligentior fiat, quam
de aliis peccatoribus, sicut de latrone, qui plus nocet, & sibi, & cal-
lidius fit diligentior inquisitio. Circa secundum, notandum, quod hæretici
tam in se, quam in suis fautoribus, qui propter favorem, quem eis exhiben-
t, rei sunt omnium malorum eorum, puniuntur absque persone accep-
tione. Unde etiam si esset Papa hæreticus deponeretur. Item, acerbe, modo
enim condemnant ad signa aliqua deferenda, modo per carcerem perpe-
tuum, vel ad tempus, modo relinquuntur justitiæ seculari. Item, publice,
quia coram omnibus hoc faciunt. Sic autem omnes acerbe, & publice puni-
nuntur, ut omni animæ incutiantur timor similia perpetrandi. Hujusmodi
enim gravis punitionis exemplum habemus in Apostolo, 1. Timothei 1.
Quidam circa fidem naufragaverunt, ex quibus est Hymeneus, & Alexander, quos tradidi satane. Glossa Augustini: *Tanta potestatis erat Apostolus, ut recedentes a fide solo verbo traderet Diabolo.* Circa tertium, notandum,
quod tanta est infictio hæretis ex hoc, quod reputat hæreticus se bene cre-
dere, & ad hoc habet rationes, quod *vix* aliquis vere convertitur, eti-
quandoque simulet. Item hujusmodi vitium est contagiosum, quia inficit
hæreticus fideles. Item hujusmodi vitiosi, etiam conversi, facile relabun-
tur. Quamvis ergo Ecclesia nulli vere penitenti claudat finaliter gremium,
tamen

tamen istis exhibit magnam difficultatem propter diffidentiam, quam habet de vera confessione, & propter timorem contagii, sicut fit semel infecto de lepra, qui vix reconciliatur, & propter incentivum delinquendi, quod tribuit facilites venia. Conclusio,, Notum sit omnibus vobis, quod nos pro-
pter quandam infamiam, & suspiciones probabiles venimus ad locum,
istum ad inquirendum de hæreticis, secundum quod competit nobis ex of-
ficio, & procedentes secundum juris ordinem invenimus quedam, quæ si
possimus cum bona conscientia præterire, libenter facremus. Sed quia
consilium multorum sapientum, quod habuimus, dicit, quod hoc non
possimus facere, oportet nos ad alias poenas temperatas tamen secun-
dum eorundem consilium, procedere. Rogamus autem Deum, & vos
rogamus, ut ipsum una tecum rogetis, quod ipse ex dono gratia sue
faciat, quod puniendi sic patienter portent poenas, quas eis exigente justi-
tia, cum dolore tamen imponere proponimus, quod in eorum salutem re-
dudet: tali propter hoc talem (a) poenam imponimus,, Materia de præ-
dictis. Thema, Deuteronomii 7. *Cum reperti fuerunt apud te intra unam*
portarum tuarum vir, aut mulier, qui serviant diis alienis, & hoc tibi fac-
rit nunciatum, audiensque inquisiter diligenter, eti verum esse repereris,
educes virum, & mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad por-
tas Civitatis tuae, & lapidibus obrauerunt. Nota, quod in hoc verbo, ab-
breviatio tamen, in quibusdam verbis tangitur inquisitio diligens facienda de
infidelis idololatra ad levem auditum, cum dicitur: *cum reperti &c. usque di-
ligenter.* Item gravis punitio ejusdem, cum dicitur: *& verum esse &c. us-
que in finem.* Item exclusio misericordiae, quia de illo non fit aliqua men-
tio. Ibi est argumentum, quod idem sit faciendum de hæretico, qui in
multis est pejor. Sed quia sunt multi, qui quadam falsa pietate moventur &c.

LXIII. De prædicatione Crucis in genere quoconque.

Notandum, quod sicut Reges in magnis negotiis terrarum, & guer-
rarum solent congregare militiam magnam, & aperiare thesauros
suis ad donandum larga donaria, ita Rex gloriae per Vicarium
suum in terris, pro negotiis fidei, & ei annexis, quæ sunt majora negotia,
quæ possint esse in Ecclesia, congregat fideles suis ad militandum contra in-
fideles, & eorum fautores, & de thesauris suis profert largissima dona In-
dulgentiarum ad elargiendum istis militaturis. Et ideo datur signum Crucis,
in signum, quod pro fide Christi Crucifixi assumunt hujusmodi certamen,
& in signum, quod sunt milites Crucifixi, ejus signum portantes, & in signum
quod larga Indulgencia, que datur eis, tota affluitur de thesauro passionis
Christi in Cruce completa. Sunt ergo tria, quæ movere debent ad hujus-
modi Crucem sumendam: scilicet zelus fidei, & fidelitas fidei ad Dominum,
verum

(a) De variis hæreticorum penitentia differit Conradus Brunus lib. 5. de hæreticis, pec-
totum. Tamerit ex legibus Imperatorum ultimo supplicio hæretici affici possint, legi-
mus nihilominus, tum S. Augustinum, tum alios Sanctos Praesules, ne in eos severitas
legum exerceretur, intercessisse.

verum Dominum universorum, & largitas Indulgentiarum. Circa primum, notandum, quod nihil est in terris ita magnum, sicut fides. Unde Augustinus de verbis Domini: *Nulla majorē dīvitia, nulli thesauri, nulli bonores, nulla buſuſmodi major eſt ſubſtantia, quam fides catolica, qua peccatores homines ſalvat, excoſ illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iuſificat, pénitentes reparat, iuſtos augmentat, martyres coronat.* Item infideles pro sua fide, imo pro infidelitate ita zelant, quod tradunt ſe igni, & mortibus acerbus pro ea, ut patet in hæreticis: ita etiam zelant, quod ſemper impugnant alios pro sua fide dilatanda, ut patet in Sarcenatis. Item Sancti tam veteris testamenti, ut patet de Machabæis, quam novi, ut patet in Apostolis, & Martyribus mirabilia paſſi ſunt pro zelo fidei, de quo loquitur Apostolus ad Hebræos 11. Cum ergo homines interdum zelent immensum pro re modica temporali, & infideles pro sua fide perversa, & Sancti tot, & tanta exempla zelandi pro fide nobis relinquent, quantum debent zelare fideles pro sua fide, qua eſt res tam pretiosa, & fides tam veriſima, exemplo Sanctorum præcedentium? Circa ſecundum, notandum, quod inter dominos terrenos, & Dominum Deum multa eſt differentia. A dominiſ enim terrenis tenentur res temporales, a Deo vero tenetur ipsum corpus. Genesis 2. Machabæorum. 7. unus de ſeptem fratribus poſitus in agone martyrii respiciens membra ſua dicit: *E cœlo iſla poſſideo.* Item, propter culpam dominorum terrenorum homines eorum frequenter male tractantur, hic vero accidit et contrario. Threnorum 3. Christus Dominus captus eſt in peccatis nostris, id est, pro peccatis nostris. Item, Domini terreni fideles ſuos pro ſe decertantes interdum aut parum, aut in nullo remunerant, Dominus vero Deus non ſic, imo promittit ſeptem valde magnas promiſſiones. Apocalyptis 2. & 3. fideliter pro ſe decertantibus. Si ergo homines propter fidelitatem fervandam Domino terreno, a quo non habent nisi temporalia, & pro quo frequenter multa mala ſuſtinent, & a quo modicam, vel nullam remuneracionem expellant, ſic pugnant viriliter, quanto magis debent hoc pro Domino cœleſti facere, a quo habent, & corporis, & animam, & qui tot pro eis paſſus eſt, & tam glorioſe remunerat pugnantes pro ſe? Circa tertium, notandum, quod ſunt quadam terra, qua habent aquarum penuriam, ut Ægyptus, & deo Ægyptii quando excreſcit Nilus, & eſt aquarum abundantia, tunc cum magna cura fatigunt implere ciferinas ſuas aquarum. Item, quando fit aliqua donatio eleomynarum, quanto major eſt, tanto plures pauperes ardentius currunt ad eam. Item, quanto magnus aliquis eſt in ſtatu benigno, tanto indigentes gratia accedunt a deoem pro gratia obtinenda. Porro tempore Crucis prædicandæ cataractæ cœli aperta ſunt in abundantia Indulgentiarum: sancta mater Ecclesia manus ſuas aperit, & palmas ſuas extendit ad pateres: in eo eſt annus benignitatis diuinæ, & Jubileus Christianorum, (a) quo non debita denariorum, ſed peccatorum relaxantur.

Ve-

(a) Varias Indulgentias a Summis Pontificibus confeſſas iis, qui pugnaturi contra Christiani nominis hostes, Cruces ſumebant, diximus noſtro 2. Tomo Romani Pontificis Tit. xxii. Porro Jubilei nomenclatura, tamē ſeplena peccatorum Indulgentia intelligatur, hodie tamen eam Indulgentiam Jubilem significat, quam Bonifacius Iapa VIII. iis induxit, qui SS. Apostolorum Roma lignaria viſitarent quolibet centefimo anno:

Verum cito finitur iſta pluvia, & cito ceſſabunt iſta dona, & cito tranſibit iſta benignitas, & ideo vñ illis qui non currunt modo ad iſtas Indulgentias largas. Conclatio; „Eece cariſſimi ſancta mater Ecclefia auctoritate divina „ſuffulta movent bellum contra tales, propter tales, & tales cauſas fidei: „movent vos zelus fidei, movent vos fidelitas, quam debetis Domino cuius „eſt bellum: movent vos & largitas Indulgentiarum, qua datur Crucis ſumebantibus, & venite ad beatum iſtud ſignum ſumendum,.. Materia de prædictis, 1. Timothei 6. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam aeternam. Nota, quod ſunt quidam inertie dediti, qui ſemper quietiſcent, & nunquam decertant. Alii vero ſunt, qui pugnant optimo certamine, ſcilicet pro fide, & ſic tendunt ad vitam, ut hic dicitur Notandum, ut ſupra.

LXIV. In prædicatione Crucis contra Hæreticos.

Sciendum, quod inter omnia genera peccatorum hæretis quoad multa eſt pejor. Alia enim peccata multa non habent obſtinacionem, ſed hæretis habet hoc, quia ſecundum Auguſtinum, *Error noui facit hereticum.* Unde dicit: *Errare potero, hereticus non ero.* Præterea multa ſunt alia peccata, qua remanent in ſolo ſubjeſto, iſtud vero tranſit in alios, quia eſt infectivum: propter quod ſignificatur multoties in Scriptura per lepram. Leproſi non abſurde intelligi poſſunt, qui vere fidei ſcientiam non habentes, varias doctriṇas proſtituerunt errorum. Præterea multa ſunt alia peccata, que non cooperiunt ſe, unde illa perpetrantes bene recognoſcant ſe male facere: iſtud vero ſe cooperit ſub ſimilitudine boni. Unde nullus hæreticus dicit ſe male credere, ſed bene. Et ideo dicitur de hæreticis. Matthai 7. *Veniunt ad vos in veſſimentis oviuum, intrinſeſus autem ſunt lupi rapaces.* Item notandum, quod inter omnia peccata hoc eſt valde nocivum. Alia enim peccata nocent, vel ſoli committenti illa, vel paucis aliis. Iſtud vero intendit deſtruere totam Ecclefiam. Propter quod ſignificantur hæretici, Iudicium 15. per vulpes Samfonis, que caudas habebant colligatas, ſed facies diverſas; quia hæretici licet in ſe ſint diverſi, tamen omnes ſunt alligati in intentione deſtruendi Ecclefiam. Præterea ipſi vias deſcendendi ad infernum multipliſcant, dum novas inveniunt leſtas errorum, per quos illuc deſcenduntur. 2. Petri 2. *Erunt in vobis magiſtri mendaces, qui inroducunt hærefes perditionis.* Præterea ipſi gradientes per viam bonam fidei ad celum divertunt, ſicut latrones divertunt peregrinos de bona via, ſub ſpe melioris via. Et ideo dicitur, 1. Joannis 3. de eis. *Multi pseudopropheta exierunt in mundum.* Quae eſt enim major ſeductio, quam fit bene ambulantes divertere? Ecce gravia nocuſenta, conari deſtruere totam Ecclefiam, facere novas vias ad infernum, divertere homines a via cali recta. Item notandum, quod Ecclefia utitur multis remediiſ contra hæreticos. Utitur enim doctriña, prædicando, diſputando, conferendo. Sed hoc non prodeſt apud multos, quia ipſi perverſe exponunt auctoritates, & magis credunt ſenſui ſuo, licet pauci ſint, & idiota, quam omni multitudini Sanctorum, & Magiſtrorum sapientium, qui fuerunt, & ſunt.

sunt in Ecclesia. Item, utitur remedio excommunicationis, quia omnes heretici ipso facto sunt excommunicati, sed ipsi de hoc non curant, quia non reputant, quod Praefati Ecclesiae habeant hujusmodi potestatem. Item, utitur penis contra ipsos, ubi habet potestatem. Nam puniuntur quodammodo honores per depositionem, quodammodo corpus, quodammodo temporalia per confiscationem, per characteres, modo per mortem, cum relinquuntur curiae seculari. Sed e contra ipsi quandoque se defendunt per potentiam secularem quam habent in se vel in suis fautoribus. Tunc quando alia remedia mitiora non proficiunt, utitur Ecclesia contra eos persecutione militari, sicut sapiens medicus ferro utitur ad punctionem membrum putridum corruptivum aliorum, quando remedia leviora non prosunt. Melius est enim membrum ferro, vel igne destrui, quam sana membra corrumpi. Et nota, quod secundum legem veterem, tria sunt genera hominum, qui digni sunt morte. Unum est blasphemia. Levitici 24. *Qui blasphemaverit nomen Domini, morte morietur.* Aliud est delinquentes in Rempublicam. Exodi cap. 22. *Maleficos non patiaris vivere.* Iste enim vocantur malefici, qui alias ludent. Aliud est pytonici, qui scilicet habent pytonem in ventre. Levitici 20. *Vir frue mulier, in quibus pytonicas, vel divinationis fuerit spiritus, morte morietur.* Cum ergo haeretici sint summe blasphemi, qui multa inconvenientia dicunt de Deo, & summe nocentes Reipublica, scilicet Ecclesia, ut praestostenum est, & spiritum divinationis, vel malum habeant, quo auctore proculdubio multa divinant, & somniant de Scripturis, quid faciendum est de eis in nova lege in qua debet pro fide, & omni veritate, & honestate zelari magis? Conclusio, Ecce videtis carissimi, quanta est malitia haereticorum, videtis etiam quantum nocent in mundo, videtis iterum, quam pie, & multis modis, piis laborat Ecclesia eos revocare, sed apud tales nihil ista poterunt proficer, imo per potentiam secularem se defendunt. Et ideo sancta mater Ecclesia, licet invita, & cum dolore contra eos convocat exercitum Christianum. *Quicumque igitur habet zelum fidei, quicunque est, quem tangent honor divinus, quicunque est, qui vult habere istam magnam Indulgentiam, veniat, & accipiat signum Crucis, adjungat se militiae Crucifixi,* Materia de praedictis. Thema, Psalmo 93. *Quis consurget mihi adversus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?* Et nota, quod istud olim dictum est a David Rege, modo dicitur autem a Iesu Christo. Haeretici siquidem sunt malignantes illi, qui de quibus dicitur Psalmo 25. *Odivi Ecclesiam malignantium. Operantes autem iniquitatem sunt eorum credentes, qui in spe venie facilis, quam eis promittunt haeresiarchae, exponunt se audacter omni iniquitati.* Notandum autem, ut supra.

LXV. In prædicatione Crucis contra Sarracenos.

Notandum autem, quod ad sumendum Crucem contra Sarracenos sunt sex moventia. Primum est zelus honoris divini. Secundum est zelus Christianæ legis. Tertium est fraterna charitas. Quartum est devotio ad terram sanctam. Quintum est exempla præcedentium. Sextum est

est conditio belli. Thema, Isaiae 6. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.* Requirere in opusculo de prædicatione Crucis contra Saracenos.

LXVI. In solemní (a) Excommunicatione.

Notandum, quod multi sunt, qui reputant crudelitatem homines excommunicari. Multi etiam sunt, qui Excommunicationem parvum vitent. Multi iterum sunt, qui contemnunt excommunicatos vitare: que omnia sunt magni periculi; & ideo expedit, cum occurrit opportunitas, maxime in solemnibus Excommunicationibus, circa ista tria homines instruere: scilicet, quam rationabiliter Ecclesia utitur Excommunicatione, & quantum sit timenda, & quam stricte excommunicati sint vitandi. Circa primum nota, quod Excommunicatio non est solum modo in usu, imo & olim fuit inter Iudeos. Ioannis 9. *Iam conspiraverunt Iudei, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret.* Item, in primitiva Ecclesia. Ad Galatas 1. *Si quis vobis evangelizaverit praeter illud, quod accepit illos, anathema sit.* Postea illud, quod raro fiebat in primitiva Ecclesia, increscentibus multis hominum, nunc magis in Ecclesia frequentatur. Nota autem, quod Ecclesia non excommunicat ex crudelitate, sed ex charitate propter multiplicem utilitatem. Est enim utilis Excommunicatio ipsi excommunicato ad correctionem, ad quam valet ignominia, que fit ei, juxta illud Michæl 4. *Veniens in Babylonem, quia dicunt confusio, & ibi liberaberis.* Et ideo dicit Jus, quod Excommunicatio est medicinalis, quia ad modum medicinae, licet amare, liberat a malo. Item, utilis est ipsi Ecclesiæ, sicut vomitus malorum humorum stomacho. Augustinus: *Mali Christiani sic sunt in Ecclesia, sicut mali humores in corpore, sed quando mali humores evomuntur, relevatur corpus: sic & mali, quando exeat, tunc Ecclesia relevatur.* Item, utilis est ipsi membris Diaboli, scilicet, collegio malorum, quia per hoc, quod publice fit in uno, incutitur timor in aliis, juxta illud 1. Thimothei 5. *Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant.* Iudorus: *ut dum unus corripitur, plures emendantur.* Circa secundum, notandum, quod per Excommunicationem maiorem separatur quis a societate totius sanctæ Ecclesiæ, cuius bonorum omnium erat ante particeps. Nec enim aliud est Excommunicatio major, quam separatio hujusmodi. Et ideo ut tali, sicut membro a corpore separato, quod perdit influentiam ejus. Præterea per Excommunicationem traditur homo potestate Sathanæ 1. Corinthiorum 5. *Ego hujusmodi hominem tradidi Sathanæ in interitum carnis, scilicet per Excommunicationem: quod licet non fiat modo corporaliter, tamen fit spiritualiter.* Sicut enim ovis morbida expulsa de gregè exponiatur lupo, ita & excommunicatus Diabolo. Item, propter Excommunicationem subtrahitur homini proteccio divina, sicut ovi projecta defensio pastoris. Joæ 7. *Non ero ultra vobiscum, donec conteratis eum, qui hujus sceleris reus est,* qui scilicet pollutus est anathemata. Infelix ille est, quicunque sit, qui non timeret.

(a) Agemus fusius nos de ejus Ritu nostro Temo 3. Romani Pontificis,

met separari a tota societate sanctæ Ecclesiæ, & tradi Diaboli potestati, & deferi a protectione divina. Circa tertium, notandum, quod sicut ille, qui tangit picem, inquinabitur ab ea, & qui socius est leprosi, maculatur ab eo, & olim qui tangent pollutum, polluebatur, ita qui communicat excommunicato, incurrit maculam peccati. 2.Ioannis 1. *Qui dixerit ei ave communicat operibus ejus malignis.* Ex quo sequitur, quod peccet. Iterum talis contemnit matrem suam Ecclesiam, dum legem ejus, propter multam utilitatem introductam, non curat servare. Proverbiorum 15. *Stultus homo despiciat matrem suam.* Quo contra, Proverbiorum 1. *Ne dimittas legem maris tua.* Præterea talis habet societatem cum inimico Domini sui manifesto, quod reputatur apud seculum proditio. Quo contra dicitur Matthæi 18. *Sit tibi si ut Etrivicus,* cum quo fidelis non debet habere societatem, sicut nec Judei cum Samaritanis, vel Aegyptiis: *Quæ enim participatio iustitiae cum iniuste?* aut *que societas, aut quæ conventio Christi ad Belial?* aut *que pars fidelis cum infidelis?* dicitur, 2. ad Corinthios 6. Talis ergo delinquit in se ipsum, maculando, & in Ecclesiam, ejus mandata contempnendo, & in Deum, ejus adversariis se jungendo. Et nihilominus, proh dolor, innumerabiles participant assidue cum excommunicatis, insensibiliores quam Ciconiæ, de quibus dicitur, quod duji quidam Legatus excommunicasset quandam nobilem in quādam Civitate Italica, statim Ciconiæ, quæ habebant nidum in terra sua, transtulerunt nidum suum alibi, recedentes ab eo. Ipso vero absoluto redierunt, & nidum reportaverunt. Conclusio „Ecce videtis charissimi, quam rationabiliter, & charitable Ecclesia excommunicat, & quantum timenda est Excommunication, & quam stricte vitandi sunt excommunicati. Porro iustitia compellit nos ad tales excommunicandum, & propter tales, & tales causas: rogamus Dominum, ut ex his sententiis sequantur utilitates supradictæ, & vos, & omnes rogamus, ut ipsos evitentis districte propria ter causas prædictas, „Materia de prædictis. Thema, 1. Corinthiorum 5. *Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut rapax, aut ebriosus, cum hujusmodi nec cibum sumere.* Et nota, quod hic præcipit Apostolus tales vitando maxime, cum sunt nominati esse tales per sententiam secundum Glossam. Ex quo relinquitur ex Apostoli auctoritate, quod interdum sunt aliqui excommunicandi. Sed notandum, quod sunt multi, qui reputant, &c.

LXVII. In solemni terminatione causarum.

Notandum, quod in prolatione sententia super causis terminandis, cum multitudo astantium, & conditio judicis hoc requirunt, sunt aliqua theologica præmittenda præter ea, quæ sunt juris humani, ut ex hoc sententia magis authentica reddatur. Scendum igitur, quod iudices olim fuerunt apud Iudeos in tanta auctoritate, quod est unus liber apud Iudeos de solis judicibus, qui dicitur Liber Judicium. De his constitutis speciale mandatum habuerunt. Deuteronomii 16. *Judices constituens, qui judicent populum iusto iudicio.* Non solum autem apud Iudeos, sed etiam

etiam apud Barbaros fuerunt. Unde, 2. Machabæorum 4. *Etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes judicarentur.* Item, apud Christianos non solum nunc, sed in primitiva Ecclesia. 1. Corinthiorum 6. *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum judicari apud iniquos, & non apud sanctos:* ergo erant iudices apud Sanctos illius temporis. Notandum autem, quod ex iudicibus provenit triplex utilitas. Una est sedatio discordantium. Nisi enim efficiunt iudicia, multi semper contendenter. Proverbiorum 26. *Judicium causas determinat, & qui imponit stulto silentium, scilicet per sententiam diffinitivam, iras mitigat.* Alia est subventio miseriorum. Subvenitur enim eis in suis necessitatibus per iudices. Isaia 1. *Quarite iudicium, subvenite oppreso, iudicate pupillo, defendite viduam.* Alia est repressio malitiarum, que facillime crescunt, ubi desunt iudices. Judicum 2. *Postquam mortuus esset iudex, revertebantur filii Israel ad mala consueta, & majora mala faciebant, quam patres eorum.* Item, notandum, quod in iudice tria requiruntur. Unum est rectitudo iustitiae, ne per aliquid a rectitudine fleatur. Deuteronomii 16. *Judices iusto iudicio judicent populum, nec in alteram partem declinet.* Aliud est sapientia, ne decipiatur, sicut fuit in Salomone ad faciendum iudicia. Cum non habet in se sufficientem sapientiam, debet eam a consiliariis sapientibus requirere. Ecclesiastici 10. *Sapiens iudicabit populum suum.* Aliud est virtuositas cordis, id est animositas, & virilis potestas, ne ab executione iustitiae, pusillanimitate aliqua retrahatur. Ecclesiastici 7. *Noli querere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumper iniquitates, ne forte expavescas faciem potentis.* Iterum notandum, quod iudex debet apponere curam magnam ad exequendum laudabiliter quæ sunt iudicis propter tria. Unum est, quod est locus Dei, & ideo dicitur 2. Paralipomenon 19. judicibus: *Videte quid faciat, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini.* Et ideo sicut Vicarius magni pro reverentia Domini sui conatur se laudabiliter habere, ita & hoc. Aliud est, quia oportebit eum reddere rationem alii iudicii, quem habet super se. Ecclesiastici 3. *Vidi sub sole in loco iudicis impietatem, & in loco iustitiae iniquitatem, & dixi in corde meo: Justum & impium iudicabit Deus, & tempus omni rei tunc erit.* Aliud est, quia iudicium est ultimum hominum, ex quo expectant consolationem de negotiis suis. Et ideo va multis iudicibus, qui nihil volunt iudicare, vel nimis protelant iudicium, vel in iudicis procedunt impie, & sic convertunt consolationem expectatam in desolationem. Amos 6. *Convertiti in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiae in absinthium.* Conclusio „Ecce videtis, quanta est utilitas iudicij, quod apud omnes nationes habet locum, dummodo sit iudex qualis debet esse, ad quod multæ rationes prædictæ debent eum inducere. Fatoe, quod licet non sim talis qualis deberem esse, tamen non sum mihi conscius, quod in aliquo scienter declinaverim, vel intendam declinare a iusto. In ista causa consilium quæ sive multorum sapientum super toto processu, & ideo bona conscientia, & consilio sapientum suffultus dans palmarum vitorum justo, & condemnans inustum secundum auctoritatem Domini prædictam, diffinio, & diffinitive pronuncio in hunc modum „. Materia de prædictis. Thema, Deuteronomio R r 2

mii 25. Si fuerit causa inter aliquos, & interpellaverint judicis, quem iussum esse perspicerint, illi justitiae palmarum dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis. Sciendum autem, &c.

LXVIII. In solemnni Denunciatione malorum.

Ad habendam materiam in denunciandis delictis aliquorum coram majore, notandum est, qualiter homines tenentur ad hujusmodi Denunciationem, & quo animo debet fieri, & qualiter est prosequenda. Circa primum, notandum, quod secundum Theologos, & etiam Juristas, ille, qui fecit peccatum alterius, & non impedit pro posse, reputatur consentiens, & per consequens peccare, & ideo cum per secretam correctionem cum solo, vel pluribus non proficit aliquis apud fratrem delinquentem, debet hoc denunciare Praelato, ut ipse corrigat, alioquin non est innocens. Augustinus in Regula: *Innocentes non estis, si fratres vestros, quos indicando corrigerem potestis, tacendo perire permittitis.* Præterea opus misericordiae est indicare medico vulnera infirmi, licet timeat securi. Cum ergo teneamus ad opera misericordiae circa proximum, debemus hoc idem facere de vulneribus peccatorum, quae sunt graviora. Augustinus: *Si frater tuus vulnus habet in corpore, quod velut occultare, dum timet securi, nonne crudeliter a te sileretur, & misericorditer indicaretur?* quanto ergo potius manifestare debes, ne deturis putrefact in corde? Item sicut dicit Augustini auctoritas, interest Reipublica, ut delicta non remaneant incorrepta: crescent enim, & transiunt in damnum commune. Sicut ergo latrones, qui nocent in temporalibus, indicandi sunt iudicii, ita & peccata, quae plus nocent, indicanda sunt Praesatis propter propriam innocentiam conservandam, & propter opus misericordiae in proximum exercendum, & propter bonum publicum promovendum denuncianda sunt majoribus delicta minorum. Et ad hoc omnes tenentur tempore suo, secundum sententiam sapientum. Circa secundum, notandum, quod ad hujusmodi Denunciationem causa correctionis facienda non debet aliquis moveri aliqua mala intentione, sed solum ex charitate: propter quod dicitur Iacob 12. *Egredietur virga de radice Jesse, quod dicitur incendium, quia correctio debet egredi de incendio charitatis: & ideo ut appareat, quod hujusmodi Denunciatione procedat ex charitate, debet denunciantur, cum fecit peccatum fratris, primo recurrere ad Deum, orando pro eo. 1. Joannis 5. Quis fecit fratrem suum peccasse peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita.* Secundo adire ipsum, corrigendo ipsum secrete primo, postea coram testibus secundum regulam Evangelii, de qua habetur Matthaei 18. *Si peccaverit &c.* Tertio cavere, ne de delicto tali loquatur, nisi talibus, qui possunt prodefendi, & non obesse, ne aliter faciens, proditor criminis, & non corrector judicetur, secundum quod dicit auctoritas, ne incharitative, sed proditione videatur procedere. Circa tertium, notandum, quod in prosecutione hujus Denunciationis requiritur discrecio, quæ consistit in tribus. Primo, ut non denuncietur, nisi res certa, propter quod dicitur Matthaei 18. *Si peccaverit in te frater tuus.*

Glossa:

Glossa: *testiente;* quod enim scitur, certum est. Secundo, ut non denuncietur etiam res certa, nisi possit probari: aliter enim tenetur denuncians delato de injuria secundum jura. Augustinus in Regula: *Ut duorum, vel trium possit ore convinci: & loquitur in isto casu.* Tertio, ut præcesserit charitativa admonitio, de qua Matthaei 18. *Si peccaverit &c.* Unde sequitur ibidem post ista: *dic Ecclesia.* Sic ergo patet, quod ad Denunciationem supradictam omnes tenentur, sed ex charitate fieri debet, & discrete. Conclusio, directo sermone ad Judicem. „Fateor bone Domine, quod „ego timens omittere circa correctionem, ad quam omnes tenentur, ut „prædictum est, intendo vobis denunciare quandam de quibusdam non alia „intentione (Deus testis est) quam ex charitate fraterna, & servatis eis, „qua in hujusmodi observari debent secundum jura, pro posse. Modo ne „alterius correctioni intendens meisipsum redderem reprehensibilem, rogo „ut tanquam pater sollicititudinem gerens de filiis, velitis audire benigne: „Denuncio vobis, quod tales, vel talis hujusmodi tale commiserunt, vel „commitunt, & rogo, & supplico, ut paterna dilectione circa haec corrigenda curam diligentem apponatis. Responsio delati, si fuerit praefens, directo sermone ad Praelatum. Pater bone scriptum est Ecclesiastici 7. *Canticis sermonibus, qui dicuntur, ne accommodes cor tuum.* Rara siquidem fides debet esse, quia multi multa loquuntur. Siquidem puto carissime pater, quod si audieritis multos alios de me loquentes, multi alia loquerentur, quam iste frater meus. In omnem tamen eventum reddo sibi gratias, quod tantum zelat pro salute mea: quod usque ad nos pro illa accessit ad ista denunciandum. Et vos rogo, ut ista diligenter investigetis, ut si inveneritis haec ita esse, offero me ad omnem correctionem, secundum vestrum arbitrium bono animo suscipiendum, sio autem rogo vos, ut ostendatis, quod non bene fecit, qui sic me coram vobis, & bonis viris aliis pro nihilo diffamavit. Responso judicis. Proverbiorum 8. dicit Sapiens: *Ego sapientia in consiliis habito, & idea quia indigemus sapientia in hoc negotio, & ipsa habitat in consilio, proponimus habere consilium super istis, ut in his sapienter suo tempore procedamus.* . Materia de prædictis. Thema, Matthaei 18. *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris animam fratris tuus, si autem te non audierit, adhibe adiuc tecum unum, vel duos, ut in ore duum, vel trium testium sit omne verbum: quod si non audierit eos, dic Ecclesia.* Ex hoc verbo habemus, quod interdum debemus denunciare delicta fratrum Praelato, pro quo accipitur hic Ecclesia. Notandum autem, qualiter homines teneantur ad hujus Denunciationem, ut supra.

LXIX. In solemnni Accusatione cuiuscunq;

Ad habendam materiam de proponenda Accusatione coram Judice, quando agitur de crimine per modum Accusationis, notandum est, quod est quedam Accusatio malitiosa, & reprobanda. Sunt enim quidam tantæ malitia, quod accusant interdum de falso, & ex iniuritate con-

concepta, & occasione bonorum, quæ faciebat inter eos. Et sic concurrit in tali Accusatione triplex malitia. Exemplum de Joseph, Genes 29. quem illa meretrix uxor Putifaris accusavit apud Dominum suum de falso, & ex iniquitate concepta, & occasione boni, quia recusaverat stuprum. Item exemplum Danielis 13. de Susanna, in cuius Accusatione a senibus facta concurrunt eadem tria. Item exemplum in Euangelio de Christo, quem accusabant Iudei falso, & ex invidia, occasione bonorum, quæ faciebat inter eos. Alia est Accusatio inordinata, & similiter reprobanda. Sunt autem quidam, qui accusant clanculo, sicut diabolus accusator fratum, qui nunquam citat aliquem coram Deo, coram quo semper accusat homines, ut servus Miphiboseth, qui accusavit eum absenteum apud David. 2. Regum 19. Alii sunt, qui passim coram diversis, non iudicibus dilaniant homines, & diffamant. Quo contra, Deuteronomii 19. *Stabunt ambo, quorum causa est ante Dominum, in conspectu Sacerdotum, & iudicium, qui fuerit in diebus illis: & loquitur in casu Accusationis.* Alii sunt, qui licet aperte, & coram iudice suo accusent, tamen non servant ea, quæ a jure sunt justa circa hæc ordinata. Quo contra dicitur Deuteronomii 16. *Fusce quod iustum est persequeris.* Alia est laudabilis, & approbanda contraria prædictis in omnibus. Sunt enim quidam, qui videntes mala, quæ sunt a multis, & impunitatem cedere ad magnum damnum animarum, magis volunt se pœnæ talionis exponere, accusando zelo sancto commoti, quam talia impunita remanere, & ideo procedunt ad Accusationem faciendam non de falsis, sed de veris, non ex iniquitate, sed ex charitate, non occasione boni, sed occasione mali, non clanculo, sed in aperto, non coram multis, sed solum coram iudice, non irrationaliter, sed secundum formam juris procedendo. Et beati, qui sic esuriunt, & sitiunt justitiam, & pro ipsa sic agonizant, ut pro ea laboribus, expensis, & periculo pœnarum multarum se exposuerint. Possumus enim fiducialiter expectare coronam illam justitiae, quam Apostolus post certamen bonum sibi repositam asserebat. Conclusio, directo sermone ad Judicem. „Bene Domine intendo facere quandam Accusationem coram vobis, sed quia sunt quedam Accusationes reprobanda, ne forte aliquis crederet talem esse istam Accusationem, testem invoco Deum in animam meam, quod ego nec ex odio, nec ex vindicta, neque ex alia mala intentione, quam ego sciam, sed amore justitiae, & pro bono accusandi, & etiam pro bono communis incitor ad Accusationem faciendam, & secundum juris formam profquendam. Et ideo rogo, & supplico a vobis, qui nomen habetis justitiae, & locum ipsius reddentis tenetis, ut benigne me velitis audire: Accuso talem super his, quæ continentur in isto libello: & sic tradat libellum, „Responsio accusati, si fuerit praefens, directo sermone ad judicem. „Bene Domine, quamvis multa possem dicere contra Dominum, talem accusatorem meum, tamen ad praefens istis tacitis, id solum dico, quod reddo gratias Deo, & ipsi zelatori justitiae, quod in me, quam non reputavi multum diligere, vult omnem in justitiam extirpare. Ego tamen attendens, quod Paulus coram Agrippa rege accusatus dicit: De omnibus quibus accusor a Judæis, Rex Agrippa, me existimo beatum apud te, cum sim

„sim defensurus me hodie: & coram Feste accusatus dicit: *Si aliquid feci dignum morte, non recuso mori:* exemplo ejus, & me defendere sufficienter coram vobis intendo, & innocentiam meam ostendere, et si quid feci dignum poena aliqua, illam a vobis impostam patienter portare: „Responsio Judicis. „Proverbiorum 26. *Judicium causas determinat.* Rōgo vos carissimi, & moneo, quod in ista causa, quam incipitis coram me, vos talis, qui estis actor, charitable procedatis, & vos talis qui estis reus, patienter vos habeatis. Nos autem, quia justitia compellit, intendimus procedere in causa rationabiliter, & in fine per iudicium terminare, nare, & Deum in omnibus præ oculis habentes, quod iustum fuerit, diffinire. „Materia de prædictis. Thema, Actuum 19. *Si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent adversas aliquem quam causam, conventus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusant se invicem.* Ex hoc habetur, quod etiam secundum gentiles fieri possunt Accusationes coram iudicibus, & multo magis apud Christianos, apud quos magis debet vigere justitia. Sed notandum, quod est quedam Accusatio &c.

LXX. In solemni Depositione Magnatum Sacerularium per (a) Ecclesiam facienda.

Notandum, quod in Depositione Magnatum, quam interdum facit Ecclesia, solent aliqui reputare, quod non sit bonum aliud; & mirari, qua ratione Ecclesia extendit suam potestatem ad ista. Aliqui etiam solent hujusmodi Depositionibus rebellare. Et ideo convenit in hujusmodi Depositionibus solemnis primo ostendere, quod talia interdum expedit fieri. Secundo, quomodo Ecclesia habeat in talibus potestatem. Tertio, inducere deponendos ad hoc patienter ferendum. Circa primum, notandum, quod potestas in manu mali Domini est, sicut gladius in manu furibundi, qui deservit in suis maxime, iuxta illud Ecclesiasticū 10. *Rex insipiens perdet populum suum.* Cum ergo nullus dubitet, quin gladius sit removendus de manu furibundi, et si sit Rex; quomodo potest negari, quin potestas interdum sit auferenda aliquibus malis principibus? Præterea certum est, quod minores Principes interdum juste privantur suis dominis a suis Dominis, a quibus tenent, qui habent, propter culpas in eos commissas: multo magis aliqui quantumcumque magni in mundo, cum omnia teneant a Domino Dominorum, si committunt gravia contra eum debent privari dignitatibus suis. Et ideo bene dixit Daniel cap. 5. sui libri Balthasar: *Divisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.* Idcirco quia scilicet adversus dominatorem cœli elevatus es, sicut præmittitur ibi. Præterea Maiores interdum sunt maiores latrones, quia pluribus plus nocent, & insensibiliter, quia palliant gravamina, quæ inferunt, rationibus. Unde quidam Philosophus cum videret quoddam ducentes quoddam latrunculos ad suspen-

(a) De potestate Ecclesie, ac præsentim Romani Pontificis in deponendis Principibus, videri possunt, que scripsimus nostro 2. Tomo Romani Pontificalis ad Titulum. XXXII. Est quidem scabrigla quæstio quæ suse Lopus.

spendium, dixit. *Majores latrones ducunt minores ad patibulum.* Cum ergo minores puniantur morte, Majores magis debent sic puniri, juxta illud Numerorum 25. *Tolle cunctos principes, & suspende eos in patibulis contra solem,* multo magis deberent privari honoribus suis propter bonum eorum, ut non amplius abutantur potestate sua, & propter summum dominum suum in quem delinquent, & propter bonum Reipublica privandi sunt interdum Principes, quantacumque sint dignitatis, honoribus suis. Ad hoc autem Divina concordat Providentia, per quam factum est, ut frequenter Regna, & Dominia transferantur de una gente in aliam, propter culpas, juxta illud Ecclesiastici 10. *Regnum a gente in gentem transferatur propter injusticias, injurias, & contumelias, & diversos dolos.* Circa secundum, notandum est secundum Innocentium, *Solite cap. extra De maiestate, & obedientia*, quod sicut facit Deus duo magna luminaria in mundo, ita & duplex potestas est in firmamento Ecclesiae, scilicet Potestas Pontificalis, & haec est major sicut sol: & Potestas Secularis, & haec est minor sicut luna. Ista autem auctoritate magna uititur Ecclesia in depositione Principum, non solum illorum, qui sunt ei subjecti in temporalibus, de quibus clarum est, quod potest; sed illorum, qui subsunt ei solum in spiritualibus, in quibus propter culpas eorum habet potestatem, quia ratione dilecti sunt ei omnia subjecta. Quod autem si possit facere, patet ex tribus. In mundo enim majori spiritualia, scilicet Angelica creature, sunt super corporalem, & eam regunt. Similiter in minori mundo, scilicet in homine, est spiritus super corpus, & ipsum regit. Eadem ergo ratione, & in Ecclesia Pontificalis Potestas, qua est spiritualis, debet esse super omnem potestatem secularum. Præterea Papa, qui est super omnes, potest deponi ab Ecclesia, qua tota subest ei in casu, ergo multo fortius quicunque Rex deponi potest a Papa, cui omnes subsunt. Præterea si Rex aliquis, qui nil tenet nisi a Deo, non posset deponi a Papa, cum interdum expediatur eum deponi, ut ostensum est, ergo non reliquisset Deus sufficientem potestatem in Ecclesia ad regimen mundi, quod est inconveniens. Propter hoc tenendum est indubitanter, quod Ecclesia habet hujusmodi potestatem: propter quod dictum est Hieremias, qui fuit de Sacerdotum genere: *Ecce constitui te super gentes, & regna, ut evellas.* Et hinc est iterum, quod per ministerium Samuelis propheta reprobatus est Saul a Regno, & David inunctus in dejectionem illius. 1. Regum 15. Et per ministerium unius de filiis prophetarum mandato Heliæci inunctus est Jehu in Regnum super Israel in dejectionem Ioram Regis Israel. 4. Regum 9. Et per ministerium Joadas Sacerdotis dejecta est Athalia a regno Iudeæ, & Joas substitutus in regno. 4. Regum 11. Hinc est etiam, quod Petrus, 1. Petri 2. vocat Sacerdotium novi testamenti regale dicens: *Vos autem genus electum, Sacerdotium regale;* quia non solum in spiritualibus, sed in secularibus habet magnam potestatem, ut reges. Circa tertium, notandum, quod sunt aliqui, qui in hujusmodi depositionibus solent resistere: dicunt enim interdum, quod hujusmodi potestas non sit apud judicem Ecclesiasticum, imitantes illum Hebreum vitiosum, qui dicit Exodi 2. Moysi: *Quis constituit te principem, & judicem super nos?*

Quod

Quod si non possunt obtinere per istam viam, interdum incurvant in indignationem, & turbationem perpetuam contra deponentem, sicut Diabolus contra Dominum, ex quo dejectus est ab eo de monte excellentia sua. Non solum interdum autem hoc, sed interdum commovent seditiones, & guerras, sicut Saul post dictam sibi reprobationem contra servum David inunctum contra eum in regem. Porro qui hujusmodi sunt peccant in Deum ejus ordinationi resistendo. Romanorum 13. *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Item in se ipsis auferendo sibi meritum per impatientiam in tali negotio. Item in proximos, qui multa mala incurvant: cum hac occasione seditiones oriuntur inter deponentem, & depositum, vel depositum, & successores, & adhaerentes eiusdem. Et ideo inducendi sunt tales, ut cedant voluntarie, vel saltu patienter hujusmodi depositionem sustineant propter praedita mala cavenda, juxta illud Job. 36. *Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, scilicet tui, vel deponentis, vel aliorum quorumcunque: si noluerit, sive praesens, sive absens, bene actum est; alioquin concludatur in negotio a iudice in hunc modum.* Conclusio, *Carissimi notum facimus vobis, qui praesentes estis, & per vos omnibus aliis, quod cum talis Princeps delatus fuisset ad nos, quod ineptus erat nimis tali regimini, nos ipsi citato, & procedentes in negotio prout debuimus invenimus sic esse propter multas, & graves causas tales, & tales, propter quod moneri fecimus eum, ut ipse volentie cederet propter bonum animæ sua. Et quia non voluit, nos cura officii nostri ad hoc compellente propter bonum animæ illius, & utilitatem Reipublicæ, & Dei gloriam, quam non decet habere in regnis suis, nisi ministros idoneos, auctoritate Dei omnipotentis, qui deponit potentes de fede, cuius in hac parte potestatem habemus, & vices, ipsum deponimus a tali dignitate, inhibentes ei sub tali pena, quod amodo non se gerat pro tali Principe, & sub eadem pena, scilicet tali præcipimus omnibus, quod ei tanquam tali Principi nullus attendat in aliquo, a fidelitate sibi facta omnes penitus absolvens in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti,* Responsio Principis obedientis, si fuerit praesens, Scriptum est 2. Regum 15. *Dixit Rex David ad Sadoc Sacerdotem: si dixerit mihi Dominus: non placet, presto sum, faciam, quod bonum est coram te.* Hujus enim exemplo reputant mihi dictum, & factum a Domino, quod vos ejus Sacerdos, & vicarius dicitis, & facitis, resigno (alias cedo) isti dignitatis gratis, quamvis multa possem contra ea, quia facta sunt, allegare. Materia de prædictis. Thema, Danielis 5. *Idcirco a Deo missus est articulus manus, quem scripti hoc, quod exaratum est.* Hac est autem scriptura, quem digesta est: *Mane, Thebæ, Phares, & bac est interpetratio ejus: Mane, numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud: Thebæ, appensus es in statu, & inventus es minus habens: Phares, divisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.* Nota, quod in hoc verbo, in quo loquitur Daniel Balthasar de ejecione ejus a Regno suo, notantur tria. Primo causæ propter, quas fuit ejus, cum dicitur: *Idcirco propter causas prædictas, quem scilicet fuerunt quinque valde magnæ, sicut patet diligenter intuenti litteram ab isto loco: Tu quoque filius ejus, usque ad istum, Idcirco.* Secundo cujus auctoritate, quia

S s

divi-

divina , quod notatur cum dicitur : *A Deo missus est*. Tertio cum quanta diligentia præcedente : quod notatur ex ipsa scriptura , cuius interpretatio importat numerationem , appensionem , & divisionem , qua omnia important diligentiam . Hæc autem concurrere debent in depositionem Magnatis , quia non nisi a magnis causis , & auctoritate divina concordante , & cum magna diligentia , & multa debet deponi . Sed quia solent aliqui reputare , quod hoc non sit bonum , ut supra .

LXXI. In solemní Depositione (a) Prælatorum .

Notandum , quod sunt aliqui Prælati majores (proh dolor) qui Prælatos alios sibi subditos nunquam depositant quantumcumque sint mali , & causas Depositionis habeant plurimas deferentes eorum magnitudini . Non sic faciendum docet Dominus suo exemplo , qui Luciferum primum inter alios excellentiorem propter culpam superbie deject statim de sede magnitudinis sua : qui Adam caput totius generis humani propter culpam inobedientiae post modicum deject de honore suo : qui etiam ab initio mundi non cessat deponere Magnates , juxta illud : *Deposit potentes de fede* , sicut patet in quatuor regnis principalibus : in quibus primo Assyrios , secundo Medos , & Persos , tertio Gracos , quarto in regno Latinorum , in quo frequenter sunt depositi Imperatores , & Reges , ejus ordinatione . Patet hoc in Regno Iudaorum , quod per Chaldaeos destructum est , & postea est translatum ad Herodem , & tandem ablatum est ab eis omnino Regnum Dei , & datum est genti facienti fructus ejus , Matthœi 21. Et hæc omnia facta sunt virtute , & voluntate divina . Propter quod dicit Sapiens Ecclesiastici 24. secundum aliam translationem : *Sublimum colla propria virtute calcavi* . Ad hujus igitur exemplum non debent Prælati majores Dei vicarii tantum deferre magnitudini cuiusque subditi sui Prælati , quin eos deponant , cum culpæ eorum hoc requirunt . Et nota , quod Prælatus major sciens mala subditi , & non obviens , reputatur consentiens omnibus ejus malis , quia ius interpretatur illum consentientem , qui cum possit , manifesto facinori desinit obviare : quod intelligitur maxime de illis , qui sunt in petestate constituti super alios . Item malus Prælatus in damnationem animæ sua præst alii , juxta illud Ecclesiastes 8. *Interdum dominatur homo homini in suum malum* , & ideo quanto diutius præst , tanto maiorem damnationem accumulabit . Item secundum Gregorium : *Nullus plus nocet in Ecclesia , quam malus Pralatus* ; conflat , quod quanto diutius tenet regimen , tanto magis est damnosus Ecclesia . Præterea propter malos Prælatos nomen Domini blasphematur , inimici Ecclesiæ insultant ei , alli qui mali sunt audacius faciunt mala , quia non fertur contra istos sententia : ut ergo tot malis obvietur , quæ sunt videlicet culpa , consensus in majori Prælato , argumentum delictorum minorum , incrementum malorum in subditis , blasphematio divini nominis , insultatio hostium Ecclesiæ , audacia ad mala in malis , debet major Prælatus

hujus-

(a) Plura scitu digna , quæ ad hunc & sequentem Titulum pertinent , videri possunt nostro Tomo 3. in 3. partem Romani Pontificalis .

hujusmodi pestiferos Prælatos viriliter , & festinanter deponere , habens præ oculis exemplum illius divit , qui statim ut auditivit de villico suo , quod bona sua dissipasset , dixit ei : *Non amplius non poteris villicare* . Luca 16. Item notandum , quod licet tales a dignitatibus sint deponendi , tamen quanto bono modo potest fieri faciendum est hoc cum honore eorum , sicut dicitur de synagoga , quod cum honore ducenta fuit ad tumulum . Hoc autem faciendum est propter tria , scilicet propter dignitatem ordinis , quæ semper remanent in quocunque malo , & ideo semper est reverentia ei exhibenda ; & propter cavere insultationem Laicorum , qui faciles sunt ad gaudendum de vituperio Prælatorum , cum vident eorum ignominiam ; & propter pacem ipsius deponendi , ne absorbeatur nimia tristitia , & ideo tales inducendi sunt ad resignandum gratis , ut sic , & honoris eorum provideatur , & negotio : quod si fecerit , bene actum est , sin autem , procedatur ad conclusionem negotii cum verbis reverentiæ , & honoris ad deponendum in hunc modum . Conclusio , *Notum facimus vobis &c. ut in conclusione præcedentis tituli , mutatis aliquibus prout requirit diversitas deponendorum* . Responsio deponendi si præfens fuerit , *Scriptum est Ecclesiastici 8. Non judicas contra judicem* . Et ideo quamvis multa possem dicere contra sententiam istam , tamen magis eligo supersedere : si enim sum in culpa , debeo liberetur poenam pro illa portare , si autem sum sine culpa , habeo exemplum Domini Iesu Christi , qui libens tradidit se iudicanti se inuste , sicut dicit Petrus , in portando hoc patienter : & ideo resigno gratis huic honori reddens gratias Deo , quod de tanto labore , honore , & periculo me expedivit , & ad statum securiorem salutis me reduxit , Materia de predicationis . Thema , Isaïæ . 22. *Expellam te de statione tua , & de ministerio tuo deponant te* . Verbum est Domini ad Præpositum templi Sobnam per Isaïam . Et nota , quod Dominus ante depositionem istam misit ad istum Præpositum solemnem nuncium , scilicet Isaïam . Unde super hoc dicit Dominus exercituum : *vade &c. scilicet tu Isaïa , & dic hoc , & hoc fecit* : unde quid tu hic , aut quasi quis hic . Et connumeravit mala , quæ fecit , & poenam , & dixit : ecce Dominus aportari &c. In quo notatur , quod tria hæc sunt facienda ante depositionem talium . Sed notandum , quod sunt aliqui Prælati majores &c. ut supra . Aliud Thema , 3. Regum 2. *Abiathar Sacerdoti dixit Rex Salomon* : *Vade in Anathot agrum tuum* . Hæc dixit quando deposuit eum de Sacerdotio suo .

LXXII. In solemní Degradatione Clericorum .

Notandum , quod Ecclesia habet quasdam poenas spirituales , quibus utitur communiter in Clericis , & Laicis , sicut sunt excommunicatio , & interdictum : alia sunt quibus utitur solum in Clericis , sicut sunt Suspenso , & hæc magna : Depositio , & hæc major : Degradatio , & hæc maxima . Per Suspensionem enim quis privatur officio , vel beneficio , vel utroque ad tempus . Per Depositionem simpliciter . Per Degradationem non solum istis , sed cum istis statu Clericali , & privilegiis annexis exiuntur , quod significatur

ficatur per expoliationem, qua exuitur vestimento ordinis sui degradandus. Item notandum, quod sicut in porta orientali, qua ascendebat in templum, erant septem gradus, sicut dicitur Ezechia 40. ita sunt septem gradus Ordinum, quibus ascenditur ad cultum dignitatis Clericalis. Et ideo dejeatio & Clericali honore dicitur Degradatio, quia sicut per gradus ascenditur ad istum honorem, ita abjectio ab isto honore per omnes illos honores recte Degradatio nuncupatur. Item notandum, quod ista pena infligitur cum maxima solemnitate. Non enim infligitur nisi ab Episcopo. Item nec ab uno solo Episcopo, maxime in Sacerdotis Degradatione, 15. quæstione 7. *Episcopis*. Item solet ad hoc advocari secularis potestas, maxime quando degradandus est relinqendus curia seculari: extra *De verborum significacione, can. novimus.* Insuper est consuetudo, quod ad istam condemnationem videndam plurimi convocentur, & sic augetur pena, & confusio. Et nota ad sciendum rationem hujus confusionei, quod Clerici criminosi magnis criminibus, pro quibus foliis infligitur hujusmodi pena, summe confundunt Ecclesiam, & ideo iustum est, ut ipsi confundantur ab ea, ut sic impleatur illud Psalmi 108. *Induantur qui detrabunt mibi pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua.* Hujusmodi siquidem Clerici dicuntur detrahere Domino, quia ei, & Ecclesia suæ, per malam vitam suam, devotionem populi detrahunt. Præterea, quando hujusmodi Clerici non sic publice punitur, multi scandalizantur contra Ecclesiam, reputantes quod sit apud eam acceptius personarum, cum laicos facile puniat, & istis sic parcat. Et ideo Ecclesia punit illos palam, ne vituperetur, ut acceptrix personarum, juxta illud, 2. Corinthiorum 6. *Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum.* Item, sic punit, ut ex hoc incutiatur timor laicis. Si enim hoc fit in viridi Clericorum, in arido laicorum quid fieri? Hieremie 25. *Ecce in civitate, in qua invocatum est nomen meum, ego incipio affligere, & vos quasi innocentes, & immunes eritis.* Ita secundum jura civilia, & consuetudinem seculariem, milites facientes indigna militie exauthorizantur, & spoliant gloria secularis militie: quanto magis debet hoc fieri in Christi milibibus indigna tam gloriose militie facientibus? Item adepti libertatis honorem propter culpas suas rediguntur in servitatem secundum jura, ut dicitar 15. quæstione 7. *Episcopos.* Sic eadem ratione tam gravia possunt aliqui Clerici committere, quod sunt spoliandi libertate, & privilegiis Clericalibus, & reducendi ad statum laicalem. Item dicitur Ezechielis 2.1. Sedechia Regi: *Tu autem profane, impie Dux aufer cydarim, tolle coronam:* quanto magis hoc dicendum est Clerico? Conclusio „ Patet ex dictis quanta pena sit Degradatio, quare sic vocetur, & quare quod juste sic aliqui Clerici puniuntur. „ Nos autem culpas dignas tali pena, tales, & tales invenimus in isto, & ideo auctoritate Dei omnipotentis nobis in hac parte commissa, consilio, affensu talium virorum sapientium, & magna auctoritatis, ipsum degradamus, & omni libertate, & privilegio Clericali spoliamus eundem, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: ad hoc, ut per hanc penam, reductus ad culparum suarum cognitionem, & dolorem, proficit hoc sibi ad salutem in die adventus Domini Iesu Christi „. Materia de prædictis.

Thema, 1. Petri 4. *Tempus est, ut incipiatur judicium a domo Domini.* Nota, quod tempus Christianitatis tempus est justitiae, quia in diebus Christi orta est justitia secundum Psalmum, & exigitur a Christianis secundum Euangeliū major abundantia justitiae, quam ab antiquis. Cum ergo olim Angeli persecutientes incepérunt a Sanctuario, juxta illud Ezechielis 9. *A Sanctuario meo incipit:* & cum in purgatione populi Israelitici a mulieribus alienigenis, incepsum sit a Sacerdotibus, sicut patet 1. Esdræ 9. multo magis in tempore justitiae debet vigere primo, & principaliter, & a fortiori justitia juxta Clerum. Sed notandum, quod Ecclesia habet, &c.

LXXXIII. In solemani petitione Resignationis Praelectionis.

Notandum, quod secundum Innocentium, extra *De renunciatione,* ubi secundum antiquam compilationem quinque sunt causæ non bonæ, quare aliquis Praelatus potest petere Resignationem, scilicet, pusillanimitas, ut labore, & persecutionem effugiat. Carnalitas, ut liberius otii, & voluptatibus vacare valeat. Captatio vanæ glorie, ut dicatur de tali, magis eligit esse abjectus in domo Dei, quam habitare in tabernaculo peccatorum. Timor amissionis ejusdem, quam per hypocritismus acquisivit, quæ modo incipit revelari ex operibus pravis. Ficta sanctitas, quasi non possit officium Episcopale sine crimen exercere. Propter istas autem, aut alias causas non bonas non debet petere Resignationem. Sunt autem lex causæ alia bona secundum eundem, in eadem decretali secundum novam compilationem, scilicet Conscientia criminis, quando tale est, quod impedit promovendum. Debilitas corporis, quando tanta est, quod non potest exequi officium suum commode. Defectus scientie, quando est intollerabilis. Malitia plebis, quæ tanta potest esse. Scandalum grave, quod universaliter potest esse. Irregularitas personæ. Propter istas causas non solum potest, sed debet quis petere Resignationem, vel publice, vel saltem occulte secundum conditionem caesarum, & debet obtinere. Præter istas autem causas scriptas in Jure, sunt alia propter quas humiliiter potest peti Resignatio ex gratia facienda, et si non de Jure. Ad quod sciendum, notandum est, quod multi sunt, qui non habent vires competenter respondentes omni cure Pastorali. Multi, qui non habent convenientem sufficientiam ad expediendum multimoda negotia ad Praelatum pertinentia. Multi, qui non habent gratiam sic conversandi inter multitudinem variam Praelatum frequentantem, quod sint eis accepti. Multi etiam sunt, qui in precibus sibi factis, & frequenter perplexitatis graves incurunt; satisfaciendo enim omnibus Deum, quandoque offendunt, nam cavendo a Dei offensa innumerabiles offendunt. Multi iterum sunt, qui in expediendis querelis multam difficultatem inventiunt. Multi, qui in satisfaciendo miseris ad se confugientibus se impatientes inventiunt. Sunt qui in subditis suis multam indeventionem inventiunt. Multi qui ab adversariis assiduis vexationes patiuntur. Multi, qui a suis Canonicis, & Clero, qui eos juvare deberent, potius impediuntur. Quis autem constitutus in tantis angustiis non possit clamare ad illum, qui possit ipsum

ipsum alleviare , & sic clamans debeat apud pium patrem maxime in tali angustia interdum misericordiam invenire ? Conclusio . „ Proinde pie pater , „ imo pater patrum , ego miser infelix in hujusmodi angustiis constitutus , & „ di detentus , supplico Sancta Paternitati vestra omni cum humilitate , & „ affectu , ut vos mecum gratiam , & misericordiam facientes , liberetis me „ de istis angustiis , non solum quieti mea , sed & saluti valde contrariais , reci- „ piendo Resignationem meam , quam vobis offero , & peto non aliqua mala „ intentione secundum conscientiam meam (Deus testis est) sed pure pro fa- „ lute mea , & etiam pro salute talis populi , cum sit spes bona , quod de utili- „ liori pastore poterit ei provideri „ Materia de prædictis . Thema , Lucas 16 . Pater Abraham miserere mei . Verbum potest esse Prælati potentis Resignationem ad Papam , quia ab illo potest peti hujusmodi Resignatio in hunc modum . „ Pater Sancte non inconvenienter potestis vocari Pater Abraham . „ Vos enim estis pater patrum , & ideo bene pater : vos estis pater innumerabilium gentium , & ideo bene Abraham , qui dicitur pater multarum gentium . Porro pii patris est misereri filiorum secundum illud Psalmi 102 . Quo- „ modo miseretur pater filiorum : & ideo ego filius vester clamo ad vos pro „ misericordia : ille dives Euangelicus , qui hoc clamavit , erat in tormentis „ inferni . Ego autem esti non sum in illis (gratias Deo) tamen sum in similibus totus , & continue multis in tormentis (dico) hujus prælationis , „ quam habeo : & in inferno non habet locum misericordia . In statu autem „ præsenti locus est misericordia , & ideo , si ille clamavit pro misericordia , „ multo magis hic convenient afflictum pro misericordia supplicare . Secundum „ Iura sunt quinque causa malorum petendi Resignationem , sex vero bona , & „ de Jure exaudienda . Præter istas vero sunt aliae causæ gratie potius inni- „ tentes quam Iuri . Sunt enim multi , qui non habent vires , ut supra . „ Responsio . Frater carissime scriptum est in Psalmo 100 . Misericordiam , & „ judicium cantabo tibi Domine . Ex quo conjicimus , quod non sonat dul- „ citer auribus Dei cantus de misericordia sine judicio , vel de judicio sine „ misericordia , juxta illud Proverbiorum 21 . Facere misericordiam , & „ judicium placet Deo : tamen cantasti multum de misericordia , & ideo „ oportet aliquid admiseri de judicio , ut placeat canticum istud Deo . Et „ ideo propono judicio discussionis cum deliberatione discreta deliberare , „ utrum misericordia , quam petis , sit tibi facienda , & tibi respondere tem- „ pore opportuno .

LXXIV. In solemnni Response de non recipienda Resignatione .

Notandum , quod sicut dicitur extra de Translatione Prælatorum , Cap . Inter , talis differentia est inter corporalia , & spiritualia , quia cor- poralia facultus destruantur quam construantur , & hoc maxime verum est in Prælatorum abolitione ab officio , quæ non fit nisi rarissime , & cum maxima difficultate , & hoc iuste . Inter Prælatum enim , & Ecclesiam est matrimonium spirituale . Et ideo sicut matrimonium quasi nunquam separatur , ita & hic . Præterea sicut Ecclesia tenetur Prælato suo , ita & Præ- latus

Iatus Ecclesiæ suæ . Et ideo sicut Ecclesia non potest abjicere Prælatum suum sine injuria ejus , ita nec Pontifex Ecclesiam suam sine ejus injuria . Et ideo licet Papa possit absolvere Pontificem ab officio suo sine culpa ejus aliqua ex gratia , tamen non consuevit hoc facere : quia non est conveniens facere gratiæ in præjudicium alterius . Item ex vacationibus Ecclesiarum solent multa mala oriri , & tempore vacationis , & in tempore electionis , & ex electo , qui quandoque est minus idoneus . Et ideo cavendum est , ne aliqua Ecclesia inducatur ad tales statum sine causa magna . Item notandum , quod in statu Prælationis vacatur communis utilitatib ; in statu vero subjectionis , propriæ . Præterea cum quis ex animo fugit Prælationem , & propter obedientiam in ea tenetur , jam ex propria voluntate non facit , quod facit , sed ex obedientia . Item quanto plus etiam circa diversa occupatur quis in statu Prælationis , tanto ministratur ei materia plus merendi . Illa ergo communis utilitas præferenda est privata , & bonum obedientia bono propriæ voluntatis , & multiplex meritus paucis . Non ergo agitur cum Prælato irrationabiliter , quando non absolvitur a suo officio , licet sit in multis angustiis constitutus . Item notandum , quod gloriosus Pontifex Martinus in extremis constitutus non recusabat laborem adhuc populo sustinere . Paulus , qui se infelicem reputabat quandiu erat in corpore mortis hujus , tamen adhuc eligebat manere in carne propter fratres . Ipsi etiam omnes Apostoli innumerabiles labores , & angustias sustinuerunt toto tempore suæ vitæ propter animas . Præterea orationes spirituales fiunt per totam Diœcesim pro Prælato . Item omnes quibus præfuit utiliter , erunt sibi ad coronam in futuro , juxta illud ad Philippiens 4 . *Vos estis corona mea ante Dominum .* Hæc autem omnia debent Prælatum confortare ad sustinendum afflictiones Prælationis , videlicet talia exempla , tantæ orationes , tam gloriofa præmii corona . Conclusio , dum fuerit præsens petens Resignationem . „ Bone frater ex præ- „ dictis patet tibi , quod Ecclesia non debet esse facilis ad recipiendum Resig- „ nationes Prælatorum . Patet etiam , quod in hoc non agit irrationabiliter . Patet etiam quot & quanta habes confortantia ad ferendas angustias „ talis officii . Et ideo cum non inveniamus in te causam sufficienter Resig- „ nationis , imo nullam , non recipimus eam , sed rogamus , ut portes pa- „ tienter , & viriliter labores , & angustias hujus officii assumpti , amore „ illius , qui pro salute animalium tot , & tanta passus est , & confidas in eo , quia potens est a peccatis te custodiare , & angustias tuas alleviare , & te in omnibus adjuvare . Et licet de te diffidas , in eo tamen totaliter con- „ fidas „ . Si vero petens resignationem præsens non fuerit , dicatur in ter- „ tia persona quod supra dictum est in secunda . Materia de prædictis . Thema Ecclesiastici 11 . *Confide in Deo , & mane in loco tuo . Nota &c.*

LXXV. In solemnni Response de recipienda Resignatione .

Notandum , quod providentia divina quæ judices ordinavit in mundum , ordinavit quod quedam non licet eis facere , ut verbi gratia , ini- quitatem . Levitici 19 . *Nolite aliquid iniquum facere in iudicio .* Et

Et quædam tenentur , verbi gratia , justè judicare . Levitici 19. *Juſte juri- ca proximo tuo* , & similia . Quædam autem in sua potestate haberent quæ possent facere , & non facere pro suo arbitrio , pro tempore , & personis , & causis variis : & hæc sunt gratiæ quæ possent in casibus aliquibus interdum facere judices , & tanto plures , quanto sunt superiores . Hinc est quod Reges , & Sacerdotes inunguntur , quia tam potestas secularis , quam Ecclesiastica habet potestatem faciendi gratiam , quæ per unctionem designatur , juxta illud , 1. Joannis 2. Unctio ejus , id est gratia : & bene , quia sicut unctio suauificat eum cui fit : ita & gratia talis . Sed notandum quod sunt quidam judices tanti rigoris , quod non movet eos afflictio postulantur . Quo contra dicitur de beato Nicolao : Super afflictos pia gemitus visceræ . Ecclesiastici 4. *Rogationem contribulati ne despicias* . Item nec instantia clamoris . Quo contra Apofolli moti ad instantiam clamoris Chananeæ dixerunt Dominο: *Demitte eam , quia clamat post nos* . Matthei 15. Item nec humilitas deprecantis , quæ etiam cœlos solet penetrare . Quo contra Dominus ad verbum humilitatis Chananeæ comparantur se catello , dixit ei : *Fiat tibi sicut vis* . Et nota , quod talis duritia est valde periculosa in judice , propter futurum judicium super se , quia judicium sine misericordia fiet ei , qui non fecerit misericordiam , sicut dicit Jacobus . 2. Item propter exemplum divinum . Ipse enim qui est iudex supremus omnium , plus abundat in misericordia , quam in iustitia , quia miserationes ejus super omnia opera ejus . Quia conscientia ergo ejus Praepositi & balivi debent plus abundare in rigore iustitiae , quam in misericordia ? Item propter mandata divina . Pro uno enim mandato divino , quod nos hor-tatur ad rigorem iustitiae , sunt innumerabilia tam in veteri , quam in novo testamento quæ ad misericordiam nos incitant . Conclusio , si fuerit præsens resignationem faciens , Propter hoc , quod secundum Augustinum , me- „ lins est reddere rationem de misericordia , quam iustitia , nos afflictioni „ tuae compatientes , quamvis multa in contrarium possint nos movere pe- „ petitioni tuae annuentes , resignationem tuam admittimus , & absolvimus „ te a vinculo , quo tali Ecclesiæ ligatus eras , in nomine Patris , & Filii , & „ Spiritus sancti , Si autem fuerit absens , dicatur idem cum mutatione secun- „ dæ persone in tertiam . Materia de prædictis . Thema , Tobie 4. *Quomodo potueris , ita esto misericors* . Et nota , quod istud verbum intelligitur non solum de potentia facultatum , sed etiam de potentia rationis tam in eleemosynis spiritualibus , quam corporalibus , & in foro penitentiae , & in foro judicij . Divitis enim est facere eleemosynam de eo quod potest justè , non de aliis . Similiter confessoris est agere misericorditer cum confiteente quantum ad ea quæ potest , non quoad ea quæ non potest . Similiter judicis est agere misericorditer con fugientibus ad se quantum ad ea quæ potest . Sed notandum , quod providentia divina , &c.

LXXVI. In solemani missione Legati .

Notandum , quod quando Dominus Papa mittit aliquem Legatum , convenit , ut ipse coram fratribus , vel pluribus aliis de quibus ei vīsum fuerit , faciat exhortationem aliquam salutarem . Ad cuius exhor-

exhortationis habendam materiam notandum est , quod Deus Pater de latere suo sedentem a dexteris Filium suum benedictum misit Legatum in mundo pro magnis negotiis mundi , & multis , sicut patet diligenter hoc cogitanti Abdiæ cap. 1. *Legatum ad gentes misit* . Glossa : *Legatus est homo Christus Iesus* . Item ipse Christus existens in mundo misit Apostolos ad diversas provincias cum maxima potestate , scilicet ligandi , & solvendi , & faciendo miracula , & hos tamquam Legatos , juxta illud 2. Corinthiorum 5. *Pro Christo legatione fungimur , ego & Petrus & socii mei alii Apostoli* . Tandem autem & ipse Petrus , & ejus successores , in quibus successively resedit vicaria Christi , confueverunt mittere Legatos ad diversas provincias pro negotiis magnis emergentibus , qui eandem potestatem habeant , quam ipse mittens , exceptis aliquibus casibus ei reservatis ex causa . Sed , prob dolor , expertum est jam multoties , quod aliqui Legati , de quibus sperabatur , quod multa bona facerent in correctionibus , in prædicationibus , in pacibus , & in aliis ad salutem hominum pertinentibus , potius intendant lucris pecuniarum , quam lucris bonorum operum . Unde Bernardus de consideratione ad Eugenium lib. 4. *Vadunt , & ve-niunt legati , sed quid boni fecerunt nondum audivimus , & fortassis audisse-mus , si præ auro Hispanie filii populi vituperasset* . Non sic faciunt boni Legati , & fideles , sed animarum saluti , & sanitati (alias sanitati) super omnia intendunt , quod dicitur Proverbiorum 13. *Legatus fidelis sanitatis illorum* , scilicet ad quos mittitur . Expertum etiam de quibusdam qui debuerunt esse bonus odor Christi in omni loco , ad quem declinant , & tam malam famam relinquunt de familia sua , & interdum de scipsis , quod officium sue legatio-nis exhonoran . Quo contra dicitur , 2. Corintiorum 6. *Nemini dantes ul-lam offenditionem , ut non vituperetur ministerium nostrum* . Expertum est etiam , quod quidam sic se habent , quod ex rumoribus qui veniunt ad mit-tentem , de eis frequenter amaricantur . Proverbiorum 26. *Claudus pedibus , & iniuriam bibens , qui mittit verba per nuncium stultum , vel claudum :* quod dicitur quia sicut ex potu iniquo , id est malo , amaricatur homo , ita & de stulto nuncio . Quo contra dicitur de bono Legato Proverbiorum 25. *Sicut frigus nivis in die messis* , quod scilicet refrigerat , ita legatus fidelis ei qui misit illum , animam ejus requiescere facit . Conclusio „ Ecce bone-“ frater habentes de te magnam fiduciam , mittimus te Legatum , & de con-“ cilio ad talem provinciam pro magnis negotiis , sicut tibi jam dictum“ est , & in literis tuae legationis continetur . Rogamus te , & in remissio-“ nem peccatorum tuorum injungimus , quod sic te studeas habere in ista“ legatione , quod sit salutaris utilitas illorum ad quos mitteris , & honor“ officii tui , qui mitteris , & gaudium nobis qui te mittimus , qui & ex his“ omnibus tandem digne mercedem accipias a Domino pro quo fungeris hac“ legatione laboriosa in die retributionis bonorum „ . Responsio Legati .“ Pater sancte ego vir videns paupertatem insufficientiæ meæ excusavi me“ apud vos ex quo fecisti mihi verbum de ista legatione sicut scitis , nec ego“ major sum Moyse , qui super eodem excusavit se , Exodi 4. , & Jona , quo-“ niam super eodem excusavit se , Jonæ 1. Verumtamen quia non receperitis“ meam excusationem , eorundem exemplo finaliter obedio . Porro exhor-tatio-

„ tationem , quam mihi nunc fecistis , quasi præceptum reputo , et si habeam „ ex me voluntatem implendi , tamen eam multum adaugent verba vestræ „ paternæ instructionis , nec immerito , quia scriptum est Proverbiorum 7 . „ Fili custodi sermones meos , & præcepta mea reconde tibi . Supplico autem „ vestræ pietati , ut in hoc veſtris , & aliorum orationibus adjuvetis „ apud Deum , ut sic illud det mihi ex gratia sua facere , quod cedat ad „ suam gloriam , & honorem Ecclesiæ Romanæ , & animæ meæ salutem „ . Materia de prædictis . Thēma , 3. Corinthiorum 5. Quod pro Christo legatio- „ ne fungimur tanquam Deo exhorte per nos , obsecramus pro Christo , re- „ conciliām̄ Deo . Sancta mater Ecclesia , quæ Spiritu Sancto regitur non „ confuevit aliquid facere magnificum sine auctoritate sacra Scripturæ . Et „ ideo cum legatio sit quid magnum , non facit hoc sine auctoritate prædicta . Porro ex verbo isto , & exemplo in eo contento habet auctoritatem faciendi „ legatos , ex eo quod dicit , Legatione , non autem quoslibet , sed viros ma- „ gnos , ex hoc quod dicit , Fungimur , nos scilicet Apostoli , qui fuerunt „ tanti viri . Non iterum qualibet intentione , sed solum ea , quæ Christi sunt , „ ex eo quod dicit , Pro Christo . Notandum autem , quod Deus &c.

LXXVII. In prima Congregatione Prælatorum sub Legato .

Moris est , quod Legati in principio , quando ingrediuntur Provin- „ ciam suæ legationis , congregari faciunt Prælatos in aliquo loco „ convenienti , & congregatis exponere solent causam suæ legationis , „ & ostendunt certitudinem suæ legationis per suarum litterarum ostensionem . Hæc autem non sunt sine auctoritate Scripturæ . Nam Exodi 3. dixit Domi- „ nus Moysi quem mittebat in Ægyptum quasi suum Legatum : Vade , & con- „ grega seniores Israel , & dicas ad eos : Dominus Deus dixit mihi , ut educam „ vos ; quod & fecit ipse cum Aaron adjutore suo . Unde Exodi 4. Venerunt , & con- „gregaverunt cunctos seniores Israel . Et locutus est Aaron omnia verba , „ quæ dixerat Dominus ad Moysem . Iterum Dominus dixit eidem , ut ipsiis con- „gregatis exponeret causam suæ missionis , quod & fecit per Aaron prælocuto- „rem suum . Unde Exodi 4. Locutus est Aaron omnia verba , quæ locutus fue- „ rat Dominus ad Moysem . Item in signum certitudinis suæ legationis dixit ei , „ ut faceret signa coram populo , quod & fecit , sicut patet Exodi 3. & 4. Ex „ quibus omnibus habetur argumentum , quod idem debet facere alii Legati , „ litteras prædictas loco signorum habentes . Non est autem conveniens , ut „ hujusmodi congregatio transeat sine verbo Dei . Ad cujus sermonis materiam „ habendam notandum , quod decet Legatum de tanto officio assumpto se hu- „ militer excusare ; secundo astantes , & per eos alios suæ legationis ad ne- „ gotium sibi injunctum animare , vel ipsorum , & aliorum per eos adjuto- „ rum implorare . Circa primum , notandum , quod tria sunt , quæ debent re- „ trahere ab assumptione magni negotii . Unum est personæ proprie modici- „ tas , quod debet quilibet de se sentire . Aliud est negotii magnitudo . Aliud „ est imminentia contrarietatis , quando videlicet timetur probabiliter de- „ impedimentis occurrentibus . Hinc est , quod Moyses excusans se de legatio-

ne,

ne , quam sibi Dominus imponebat , dixit , Exodi 3. Quis ego sum : & hoc quo- „ ad primum ; ut vadam ad Pharaonem , & reducam filios Israel de Ægypto . „ & hoc quoad secundum ; & post : non credent mibi , neque audient vocem „ meam , sed dicent : non apparuit tibi Dominus , & hoc quoad tertium . Li- „ cet autem hæc sunt retrahenda , tamen bonum obedientia , cui nemo resi- „ stere debet , est ad hujusmodi negotium recipiendum fortissimum impulsivum . „ Unde & ipse Moyses , licet primo se excusaverit propter rationes prædictas , „ tamen finaliter obedivit . Hujus autem exemplo confortatus ego , & spem „ ponens in bono obedientia , legationem istam mihi impositam accepi ab illo „ cui non possum resistere , licet de impositione me multipliciter excusare pos- „ sem . Circa secundum notandum est : secundum quod varie sunt causa lega- „ tionis , animandi sunt subditi Legatorum , & maxime Prælati ad unamquam- „ que causam specialiter , & ex propriis rationibus ad singula pertinentibus . Veruntamen sunt aliqua causa generales ad omnes pertinentes generaliter . Una est ex parte negotii . Non enim confusivit Ecclesia mittere Legatum , nisi pro negotiis Dei . Sicut autem qui juvavat in malo , particeps est mali , ita „ & qui juvavat in bono , particeps est boni . Alia est ex parte mittentis . Sicut enim redundat in vituperium Magnatum , quando nuncii eorum impediun- „ tur , ita redundat in eorum honorem , quando juvantur . Et ideo cum Le- „ gati sint nuncii non quicunque , sed solemnissimi summi Patris in terra , qui- „ quid eis impertinet subfidi , redundat in honorem ipsius . Alia est ex parte „ missi . Ipsius enim est referre legatione completa ipsi mittenti devotionem , „ quam invenit , & fideles adjatores summo Pontifici recommendare devote . Propter conditionem ergo negotii , ad quod mittitur Legatus , quod semper „ est de his , quæ Christi sunt , & propter reverentiam mittentis , & propter „ relationem faciendam mittenti a missio , debent omnes , & maxime Prælati , „ qui Ecclesiæ Romanæ obligati sunt juramento , animari ad juvandum fideliter „ animatum in sibi commissis negotiis promovendis . Propter hoc rogo , & „ exhortor vos , ut hæc tria vos moveant ad adjuvandum me fideliter in nego- „ tiis hujus legationis mihi commissis . Circa tertium , notandum , quod sunt „ aliqui magni viri qui de se nimis confidentes , parum recurrunt , aut nil ad „ adjutorium orationum aliorum . Non sic fecit ille magnus Legatus Paulus , qui „ dixit ad Romanos 15. Obsecro ut adjuvetis me in orationibus vestris . Alii „ qui parum utuntur consilio aliorum , & ideo frequenter male accidit eis , „ maxime personis Ecclesiasticis . 1. Machabæorum 5. In illa die cecederunt „ Sacerdotes in bello dum volunt fortiter agere , dum sine consilio exirent in „ prælium . Alii sunt , qui non dignantur petere opem ab aliis in correctione „ malorum , quam intendunt . Non sic David , qui dixit : Quis consurget mibi „ adversus malignantes ? Psalmo 93. Boni ergo , & prudentis Legati est , in „ principio suæ legationis ad orationes aliorum recurrere , & ad hoc aliqua ordi- „ nare . Similiter ad consilia prudentium suæ legationis recurrere , & cum „ eorum consilio procedere . Similiter ad opem aliorum confugere , & in illa „ confidere . Et hæc sunt tria adjutoria , orationis scilicet , auxili , & consilio , „ ad quæ cuiilibet legato est recurrentum . Proinde peto , & supplico , ut per „ vos , & alios vobis subditos his tribus modis me efficaciter adjuvetis . Ma-“ teria

teria de prædictis. Thēma, Hieremias 49. Auditum audivi a Domīno, & legatus ad gentes missus sum: congregamini, & venite contra eam scilicet gentem, & confurgamus in prælīo. Et nota, quod hic tanguntur tria, prædicta, videlicet, quod legatio assumi debet ex sola obedientia cum dicit; *Auditum.* Item, quod Legatus animare debet alios ad negotia suæ legatiōnis, cum dicitur: *congregamini &c.* Item, quod debet ad aliorum adjutoriū recurrere, cum dicitur: *confurgamus.* Circa primum notandum est, quod tria sunt, ut supra.

LXXXVIII. In receptione solemnī Legati.

Notandum, quod moris est, quod Legatus, quando intrat primo ad aliquem locum sue legationis, in quo est aliqua Ecclesia venerabilis solet recipi cum maximo honore a Clero, & Religiosis: & quia ad hoc solet concurrere populi multitudo, convenient, ut fiat ibidem sermo aliquis de pertinentibus ad hujusmodi receptionem. Ad habendum autem materialm circa istud, notandum est, quod convenientibus ad hujusmodi receptionem sunt a Legato sex facienda. Oftendenda enim est eis gratitudo super hujusmodi honore exhibito. Item ostendenda est eis causa legationis in generē, & summatis. Item recommendare debet Legatus se, & socios, & negotia orationibus astantium, & absentium per præsentes. Item facere absolutionem generalem facta prius confessione generali. Item dare debet aliquam indulgentiam omnibus astantibus, & maxime omnibus, qui eum juvabunt quoquo modo in suis negotiis. Item ultimo benedictionem propter devotionem astantium dare debet. Circa primum, notandum, quod quando honoratur aliquis nuncius, hujusmodi honor recurrat in eum maxime, qui illum milit. Unde qui honorat missum, necesse est honorare mittentem. Item licet omnes sint honorandi, præcipue tamen illi, qui sunt in gradu altiori. Augustinus in Regula: *Honor coram vobis Prelatus sit,* quasi dicat, ex hoc, quod est Prelatus, idest super alios postitus, debet magis honorari. Item honorandi sunt specialiter illi, quibus indigemus juxta illud Ecclesiastici 38. *Honora medicum propter necessitatem.* Porro Legatus est necessarius Papæ cui summus honor debetur inter homines. Item est summi gradus excellentiæ post Papam. Item habet potestatem multiplicem, quia homines summe indigent in multis. Et ideo valde honorandus est in suo adventu, & propter gradum sue excellentiæ, & propter hominum necessitatem, quibus potest multipliciter summe subvenire. Licet autem honor hujusmodi sibi debeatur, tamen non debet Legatus ita esse rusticus, quin super hoc gratias referat, & se gratum ostendat, exemplo Pauli ad Galatas 4. ubi dicit Galatis: *Sicut Angelum Dei exceptis me fecit Christum Jesum.* Circa secundum, notandum, quod multoties multi audientes de adventu Legati judicant, & obloquuntur interpretantes, quod propter pecuniam cupiditatem congreganda, aut aliis de causis non bonis veniat. Et ideo ad tollendum hujusmodi scandalum, ostendenda est publice causa legationis quantum sit spiritualis, & necessaria, & urgens, & sic abjiciantur hujusmodi falsa iudicia. Hoc est autem, quod fecit

fecit Paulus Apostolus Corinthiis dicens. 2. Corinthiorum 11. *Ecce tertio paratus sum venire ad vos, & non ero vobis gravis, non enim quero quæ vestra sunt, sed vos.* Non enim debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filii. Ego autem libentissime impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris. Felix Legatus, qui cum bona conscientia promittere potest in adventu suo: *Non ero vobis gravis.* Sed felicior, qui diceret potest: *Non quero vestra, sed vos.* Sed felicissimus, qui potest addere prædictis: *Libentissime impendam,* mea scilicet, & meis sum, & animam meam ponendo pro vobis. Infupet: *Pro animalibus libentissime super impendar,* quod est ratione reddendo pro animabus vestris. Circa tertium, notandum, quod multum solent juvare orationes alienæ in negotiis. Romanorum 15. *Scio, quod hic mihi proveniet ad salutem vestra oratio, plus autem cum orantes sunt boni.* Job 42. *Servus meus Job oravit pro vobis, faciem ejus iusticiam.* Maxime autem cum sunt multi, quia, sicut dicit authoritas: *Impossible est preces multorum non exaudiiri,* juxta illud Matthœi 18. *Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcumque petierint, fieri illis a Patre meo, qui in celis est.* Et ideo debet Legatus, cum multa habeat facere, & magna, orationes aliorum impetrare, & maxime bonorum, imo & omnium. Circa tria ultima notandum, quod hujusmodi gratia solet fieri a Praelatis majoribus convenientibus ad eorum sermones, ut aliquid isti laudentur super alios remanentes ab eorum sermonibus, & ut pigri per hoc ad veniendum alias excitentur, & ut ipsi adjutores per adjutorium gratiarum habiliores efficiantur ad faciendum bona, quæ audiunt ab eis. Materia de prædictis. Thēma, Matthœi 10. *Qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, eum recipit qui me misit.* Aliud Thēma, Joannis 13. *Amen amen dico vobis, qui accipit, si quem misero, me accipit, qui autem me accipit, accipit eum, qui me misit.* Et nota, quod in utroque istorum verborum inuitur, quantum quid est adventus nunciorum Dei, sive ejus vicarii, & ideo moris est, quod legatus, ut supra &c.

LXXXIX. In solemnī recessu Legati.

Notandum, quod sicut animalia sancta ibant, & revertebantur, Ezechielis 1. & Angeli sancti quando descendunt in mundum, iterum relinquent mundum, & eunt ad Patrem. Joannis 16. ita & Legati, expleta legatione, redire debent ad mittentem. Verum, quia non decet tantam personam recedere sine solemnī acceptione licentiæ, conseruent Legati in hujusmodi recessu convocare Seniores, exemplo Pauli, qui hoc idem fecit recessurus de Asia, ubi tribus annis fuerat commoratus, Actuum 20. *A Mileto, inquit, veniens Ephebum convocauit maiores natu Ecclesia,* quando scilicet erat recessurus. Porro qui imitatores volunt esse, debent in hujusmodi congregatione tria facere. Unum est contra oblocutiones, quæ facile oriuntur contra tales, innocentiam suam ostendere. Unde Paulus eodem capite faciens congregatis Senioribus dixit: *Vos seitis a prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobis sum per omne tempus fui-*

fuerim servius Domino cum omni humilitate, & mansuetudine, & lacrymis, & temptationibus, quæ mibi acciderunt ex infideliis Iudaorum, quomodo nihil subtraxerim vobis utilium, quo minus nunciarem vobis, & docerem vos publice, & per domos. Felix ille Legatus cuius sancta conversatio est ita manifesta, quod potest dicere: *Vos scitis.* Felix ille, qui non solum in parte temporis sue legationis, sed & per totum tempus sancte conversatur: *A prima,* inquit, *die per omne tempus &c.* Felix & ille, qui non in superbia, vel in austeritate crudeli, vel in delicia ducit vitam in sua legatione, sed, *cum omni,* inquit, *humilitate, & mansuetudine, & lacrymis.* Felix & ille, qui non in fructuose vacat inertiae, & otio, sed fructui intendit assidue: *Vos,* inquit, *scitis quomodo nihil vobis subtraxerim.* Aliud est exhortationes salubres facere, secundum exigentiam negotiorum suorum, & hoc idem fecit Paulus de his, quæ eum tangebant, dicens ibidem illis congregatis: *Attendite vobis, & uniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus Sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego scio, quod intrabunt post discessiōnēm meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perverſa, ut abducant discipulos post se.* Propter quod vigilare, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte, ac die non cessavi cum lacrymis monens unumquem veſtrum. Beata exhortatio, quæ nihil continet, nisi de regimine animarum, cum dicit: *Attende;* & de cavendis seductoribus, cum dicit: *Ego scio;* & de retinenda doctrina sacra, cum dicit: *Retinentes.* Aliud est infamiam cupiditatis finalis abstergere. Solet enim duci a multis de Legatis, sicut quæstionariis Prædictoribus, quod sit causa finalis eorum ad congregandum pecuniam, & asportandum. Quo contra dicit Paulus in eodem: *Argentum, & aurum, aut vestem nullius concipi vi, sicut ipsi scitis.* Sed heu quomodo possunt hoc dicere Prælati, qui reportant sumarios oneratos auro, & argento cum vasis pretiosis, & pecunia, & varia suppellectili? Aliud est devota licentia acceptio, sicut & idem facit, dicens ibidem: *Et nunc commando vos Deo, & verbo gratia ipsius.* Et nota quod sequitur: *Magnus autem fletus factus est omnium, & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum, dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam faciem ejus non essent amplius visuri.* O quam longe sunt ab eo Legati nostri temporis, qui se adeo reddunt odibiles, quod de eorum recessu non est fletus, sed potius gaudium, & desiderium eorum faciem nunquam amplius videndi in aeternum. Materia de prædictis. Thema, Tobiae 12. *Tempus est, ut revertar ad eum, qui me misit.* Verbum est Archangeli Raphael expiatis negotiis sue missionis sic dicentis. Et notandum, quod sicut animalia, ut supra &c.

LXXX. In solemnni Representatione sui coram Papa, scilicet Legati.

Notandum, quod in divinis Scripturis viri Sancti describuntur per fulgura. Ezechielis 1. *Animalia ibant, & revertabantur in similitudinem fulgoris coruscantis.* Non solum autem viri, imo & ipsi

ipsi Angeli. Matthæi 28. *Erat autem aspectus ejus sicut fulgor: imo quod plus est ipse Christus.* Matthæi 24. *Sicut fulgar exit ab Oriente, & apparet usque in Occidentem, ita erit, & adventus filii hominis.* Proinde non est inconveniens, neque mirandum, si & ipsi Legati, qui sunt terror illis ad quos mittuntur, etiam fulgura dicantur. Isti scilicet quidem suat illa fulgura, de quorum missione dicitur Apocalypsis 4. *De Throno procedunt fulgura,* de Throno scilicet Papali, in quo Deus resedit per auctoritatem, & de quorum adventu ad terram sue legationis dicitur in Psalmo: *Illuxerunt fulgura tua orbi terra, vidit, & commota est terra:* de quorum regressu dicitur Job 38. *Fulgura revertentia dicunt, adsumus.* Circa istum autem regressum, notandum, quod moris est, quod Legatus regressus cum quadam solemnitate sociorum coram Papa, & Cardinalibus tempore opportuno se representat, exemplo Pauli, qui missus ad gentes, Actuum 15. regressus intravit ad Jacobum. Unde dicitur Actuum 21. in hunc modum: *Cum venissemus, inquit, Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die intravit nobiscum Paulus ad Jacobum, omnesque collecti sunt seniores.* Et nota, quod in hac representatione referenda sunt a Legatis, quæ fecerunt, exemplo Apóstolorum, de quibus dicitur Luca 9. *Reversi Apololi nunciaverunt, scilicet Domino, quocunque fecerunt.* Item bona, quæ fecerunt, exemplo Pauli, de quo dicitur Actuum 21. post supradicta. *Quos cum salutasset Paulus, narravit per singula, quæ fecisset Deus in gentibus, per ministerium illius.* Item devotio quam invenerunt, exemplo septuaginta duorum discipulorum, de quibus dicitur Luca 10. *Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine etiam Daemonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.* Item inde votio inventa similiter est referenda. Exemplum de servo, de quo dicitur Luca 14. *Reversus servus nunciavit bac Domino suo;* scilicet, quomodo noluerunt venire ad canam. Item procuranda est utilitas provida sua legationis, exemplo Christi, qui regressus ad patrem procuravit mitti Spiritum Sanctum in mundum. Joannis 15. *Si autem abiero, mittam eum ad vos.* Item recommendandi sunt Papa fideles coadjutores Legati: exemplo Pauli, qui recommendavit Romanis suos coadjutores. Ad Romanos 16. *Commendo vobis Phœben sororem nostram.* Et post: *Etenim ipsa astitit multis, & mibi ipsi.* Sunt & alia multa, quæ secundum varietatem negotiorum, & casuum suat similiter facienda. Materia de prædictis. Thema, Job 38. *Nunquid mittes fulgura, & revertentia dicunt tibi, adsumus?* Notandum, ut supra.

LXXXI. In solemnni Consecratione, seu Benedictione (a) Regis.

Sciendum, quod apud gentiles non leguntur aliqui ascendisse ad Regiam dignitatem per aliquas divinas ceremonias. Apud Iudeos vero leguntur ascendisse aliqui, sed non omnes perunctiones factas a Prophetis, vel

(a) De solemnni Benedictione Regis extat Titulus nostro 1. Tomo Romani Pontificalis, quem fuse explicavimus.

vel Sacerdotibus, vel magnatibus, ut patet in libro 1. Regum 9., & 12. Apud Christianos autem, quibus est major in Deum confidentia, promoventur in hujusmodi honorem Reges per sanctissimas orationes, & Benedictiones, & Consécrationes Episcopales, tam illi, qui creantur per electionem, ut Imperatores, quam illi, qui per successiones, ut Reges Francie, & similes. Præter devotissimum autem officium Ecclesiasticum, quod fit in hujusmodi Benedictione, sunt quatuor ibi notabilia communiter, licet secundum quendam Ordinaria, & varias consuetudines, aliqua alia addantur apud aliquos. Inungitur enim Rex in humero sacra unctione, coronatur in capite, & ponitur ei virga sceptralis in manu, & tandem collocatur in sede Regali. Ad sciendum autem, quid ista significant, notandum est circa prius, quod licet in quibuscum antiquis Ordinariis Episcoporum continetur, quod Rex debet inungi in capite, tamen Innocentius, extra *De sacra unctione*, cap. Cum pervenisset, dicit, quod in humero ungatur, ad quem pertinet principatus, juxta illud: *Principatus ejus super bumerum ejus*: & ideo nunc temporis est ita faciendum. Et nota, quod sunt quidam Reges, qui qua facta sunt fortia, ascribunt potentiam fortitudinis sua, juxta illud, quod dicit Nabuchodonosor, Danielis 4. *Nonne ephac civitas Babylon, quam ego adificavi in robore fortitudinis mea?* Sed propter hujusmodi elationem mutatus fuit in bestiam, sicut ibidem subjungitur. Et ideo boni Regis est non in potentia sua, sed in Dei gratia ponere fiduciam suam, & haec prodest ei ad firmamentum. Psalmo 20. *Quoniam Rex sperat in Domino, & in misericordia ejus non commovebitur.* Item sunt aliqui, qui absque misericordia exercent tyrannidem, & ideo Dei iudicio insurgunt frequenter sui contra tales, ut patet in Roboam filio Salomonis, & in aliis multis. E contrario pertinet ad bonum Regem summa misericordia, sicut habetur Exemplum hujus in Rege Regum, & hoc multum valet etiam ad regnum suum perpetuandum. 1. Machabæorum 2. *David in misericordia sua obtinuit sedem regni in secula.* Item sunt aliqui, qui adeo asperi sunt iracundia, sicut Esau, qui erat hirsutus, quod quodcumque eis appropinquat, pungitur ab eis. Quo contra dicitur de Rege Regum, Matthæi 21. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & hoc etiam convenit omnibus Regibus.* Seneca: *Quam iracundissima sunt apes, & aculeum in vulnere relinquunt, tamen Rex ipsa apum sine aculeo est naturaliter.* Et hoc exemplum Regibus omnibus relinquit. Bene igitur inungitur Rex Christianus sacra unctione propter gratiam Dei, in qua debet confidere, quam significat talis unctione propter sanctitatem, & propter misericordiam, quam debet habere, quam significat propter olei diffusionem, & propter mansuetudinem, in qua debet semper inveneri cum David rege, de quo dicitur in Psalmo 131. *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus:* quam significat propter lenitatem suam. Circa secundum, notandum est, quod fuerunt aliqui Reges, in quibus apparuit turpitudo vitorum, ut Hærodes, & similes. Non sic debet esse in Rege Christiano, sed debet in eis fulgere ornatus omnium virtutum, Unde Augustinus lib. 5. de Civitate Dei, cap. 24. *Felices dicimus Imperatores, si juste imperant, si inter linguas salutantium non extolluntur, si se homines*

homines esse meminerint, si suam potestatem maiestati divinae famulam subiiciunt, si Deum timent, diligunt, colunt: si plas amant illud Regnum, in quo non timent habere consortem: si tardius vindicant, & facile ignorant: si vindictam pro necessitate Republica, non pro saturandis odiis exercent: si veniam non ad impunitatem iniuriantis, sed ad spem correctionis indulgent: si luxuria tanto in eis est castigator, quanto possit esse liberior: si malunt cupiditatibus, quam gentibus imperare: & si bac omnia faciunt non propter ardorem inanis gloria, sed propter charitatem felicitatis eterna: si pro suis peccatis, humiliatis, miserationis, & adorationis sacrificiis Deo vero immolare non negligent. Tales Christianos Imperatores dicimus esse felices in terris in spe, postea in re. Item, sunt aliqui, qui ad horam sunt boni in principio, tamen postea depravantur, ut patet in Saul, qui bonus a principio, factus est postmodum malus, Samuels non obediendo, sanctum David perseguendo, Pythonissam consulendo, ut patet in libro primo Regum. Non sic debet accidere in Rege Christiano, sed semper debet in bono perseverare usque ad mortem, exemplo David, de quo dicitur 1. Paralipomenon ultimo. *Mortuus est in senectute bona.* Item sunt aliqui, qui post gloriam hujus saeculi descendunt ad infernum. Baruch 3. *Vbi sunt Principes gentium? & post: Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.* Contrarium autem dicitur in oratione pro hoc bono Rege, cum dicitur, *quibus decenter ornatus, scilicet virtutibus ad te gratiosius valeat pervenire,* ut igitur innuat, quod rex, qui est super omnes alios, debeat esse in virtutibus ornatus, ponitur in capite ejus, quod est membrum altius, corona, que est super alia ornamenta, que & alia excedit in pulchritudine. Non autem de foliis transitoris est illud ornamentum, sed de rebus durabilibus, auro videlicet, lapidibus pretiosis: quia bonitas regis non debet esse transitoria, sed durabilis. Junguntur autem ista ornantia in figura, que est circularis, carens principio, & fine: quia ornatus sacer virtutum dicit ad eternitatem, que Deus est. Circa tertium, notandum, quod virga utuntur homines ad defensionem, correctionem, & ad sustentationem, & ideo virga ponitur in manu regis, ut per hoc intelligat, quod uti debeat potestate regia ad defensionem subditorum, ad correctionem delinquentium, & sustentationem debilium, & indigentium. Requirere auctoritates. Circa quartum, notandum, quod post præcedentia collocatur in sede regali rex, ut intelligat, quod non est dignus folio regali, nisi ista præcedant. Item, ut intelligat, quod dignitati adeptæ annexum est officium judicis, cuius est sedere. Item, ut intelligat, quod non est ejus semper esse in exercitu operum, sed interdum quiescere debet, & cogitare diligenter de statu suo, & regimine Regni. Requirere auctoritates. Materia de prædictis. Thema, Psalmo 2. *Et nunc reges intelligite, eruditimi &c. quod dicit David Rex regibus hac, & nunc tibi dicuntur o Rex, ut videlicet intelligas, quid inunctio, quid coronatio, quid sceptrum, quid solium significant in ista sacra benedictione.* Notandum ergo, quod apud, &c. ut supra. Et nota, quod alia sunt præter quatuor prædicta, ut in Regno Francie, ubi rex accingitur ensis, & datur ei anulus, & armilla, & pallium. Et possunt aliqua addi prædictis, que significantur per ista, de quibus Hugo de

fācto Vīctore , quod potestas fācularis habet ornāmenta quēdam , quibus ministerium significatur , anulus fidem , armilla bonam operationem , sceptrum justitiam , gladius vindictam , purpura misericordiam , diadema gloriam designat .

LXXXII. In solempni consecratione , seu benedictione
(a) *Reginæ .*

Notandum , quod non solum reges Christiani , sed & Reginæ Christianæ solent consecrari , & secundum Ordinaria (b) quorundam Episcoporum præter orationes , & benedictiones spirituales , quæ sunt super eas , omnia supradicta de regibus observantur , præterquam colloca-
tio in folio , in quo rex eam præcedit , & inunctio ejus sit in pectoro . Ad sciendam autem rationem hujus consecrationis benedictæ , notandum est primo , quod fuerunt aliqua Reginæ mala , quæ multa fecerunt mala . Exem-
plum de Michol Regina . 2. Regum 6. quæ videns David saltantem coram
arca Domini , despexit eum primo in corde suo , & postea verbo derisit . Item
exemplum de Jezabel Regina , quæ interfecit prophetas Domini , & propheta-
tas Baal 450. & prophetas Lucorum 400. pavit de mensa sua . 3. Regum 18.
& fecit interfici Naboth pro vinea ejus habenda . 3. Regum 21. Item exem-
plum de Athalia , ad cuius consilium vir ejus secutus est Deos alienos . 4. Re-
gum 11. quæ , mortuo filio , fecit interfici omne semen regium , ut regna-
ret ipsa . Fuerunt autem & aliae Reginæ bona , quæ multa bona fecerunt .
Quam laudabile enim est , quod Regina austri gentilis venit a finibus terræ
audire sapientiam Salomonis , sicut dicitur , 3. Regum 10. Quam laudabile
est , quod Regina Esther Iudea avertit Assuerum Regem virum suum a morte
Iudeorum , & alia multa laude dignissima habuit , sicut patet in ejus libro .
Quis enim potest dignus narrare quot bona fecerunt Helena , & beata Cunegundis , & aliae Christianæ Reginæ innumerabiles ? Notandum est , quod
Reginæ sunt confortes Regni cum Regibus , sicut dicitur Esther 5. Tertio no-
tandum , quod Reginæ honorandæ sunt sicut Reges , propter regiam digni-
tatem , sicut & Salomon honoravit Reginam Saba . 3. Regum 10. Justum est
igitur , ut Regina consecretur , sicut & Rex , ut ex hoc detur ei , & gratia
bonitatis , quæ multum est utilis in Reginæ , & participis efficiatur benedi-
ctionis , sicut & Regni , nec contemptui habeatur , si hoc non fieret , sed
honori habeatur . Materia de prædictis . Thēma , Genesis 5. *Masculum , &*
feminam creavit eos , & benedixit eis , non tantum viro , sed utrique be-
nedit . Ex quo relinquitur argumentum , quod non solum Reges , sed etiam
Reginæ sunt benedicendæ . Notandum ergo , quod non solum : &c.

LXXXIII.

(a) Vide nostrum Romanum Pontificale Tomo I. Tit. xxi. ubi fūse agimus de benedi-
ctione Reginæ .

(b) Ordinaria idem sunt ac libri Pontificales , alioque nomine Sacramentorum libri vo-
cantur , ut notavimus in nostro Pontificali .

LXXXIII. In omni electione Potestatis fācularis .

Notandum , quod duobus modis in hoc mundo acquiritur potestas
dominandi . Uno modo per viam iniustitiae , & hic modus est hor-
ribilis . Ecclesiastici 20. *Qui potestatem sibi assumpti injuſte , odietur .*
Alio modo per viam licitam , & hic est triplex . Unus est successione , sicut
fit in Francia , & olim in Hierusalem regnabant filii proximi patribus fre-
quenter . Alius est per provisionem Majoris , sicut fit in Hungaria , ubi Rex
dat Comitatus , & Baronias , quibus vult , sicut & Nabuchodonosor , de-
quo dicitur Danielis 5. *Quos volebat exaltabat , & quos volebat humiliabat .*
Alius est per electionem , sicut fit in Italia , ubi creatur Poteſtates per elec-
tionem , sicut & factum fuit de Jonatha . 1. Machabæorum 9. ubi dicitur :
Elegimus te hodie pro fratre tuo Principem , & Duxem . Videtur autem ,
quod iste modus ultimus sit rationabiliter quoad multa . Bonum enim com-
mune omnes tangit , & ideo rationabile est , ut omnes ad hoc convocentur ,
qui quod omnes tangit debet ab omnibus approbari . Hoc autem fit in ul-
timō modo , non in aliis . Præterea secundum duos primos opportet interdum
habere Dominum ita malum , ut bonum , ita fatum , ut prudentem : fe-
cundum ultimum vero modum possunt homines sibi providere de Domino
idoneo . Præterea Poteſtas , quæ creatur per electionem , parum durat in do-
minio suo , & ideo occasionem habent minus malignandi , quam illa , quæ
firmiores habet in dominio pedes . Circa electionem vero hujus Poteſtatis
notandum est , quod sunt quidam viri magni , qui parum , aut nihil habent
de spiritu Dei , & ideo constituti in domino non curant de eis , quæ Dei sunt
five quoad fidem , five quoad cultum Dei , five quoad ministros ejus . Et ideo
neç ipsi Ægyptii talem elegerunt , sed e contrario attenderunt in eo , quem
elegerunt , quomodo habeat Spiritum Dei . Genesis 41. *Num invenire po-*
terimus virum talem , qui Spiritu Dei plenus sit ? Dixit Pharaon ergo ad
Joseph : *Tu eris super domum meam , & ad tuī oris Imperium cunctus populus*
odedit . Item sunt aliqui , qui in hujusmodi dominiis magis querunt pro-
prium commodum , quam bonum publicum . Cujus contrarium facere de-
bent secundum Platonem . Unde Tullius : *Qui Reipublica constituti sunt*
poteſtati , illud præceptum Platoni obſeruent , ut utilitatem ciuium ſic tuean-
tur , ut quacunque agant , ad illam referant , obſtit propriorum commodorum .
Item sunt aliqui partiales , & ideo cum debent subditos defendere ab injuriis aliorum ,
ipſi eos magis gravant , quam hostes . Ezechielis 21. *Principes ejus in medio*
ejus quaſi lupi rapientes prædam . Exemplum Neemia 5. *Duces qui fuerunt*
ante me , gravaverunt populum . Item sunt aliqui , qui dum sint positi ad
vindictam malefactorum , e contrario sunt molles in puniendo eos , & non ti-
ment , & falsificatur in eis verbum Pauli dicentes , ad Romanos 13. *Si autem*
malefeceris ; time . Non enim sine cauſa gladium portat : ſcilicet potestas de
V u 2

qua loquitur ibi . Item sunt aliqui , qui cum sint positi ad reddendam iustitiam unicuique , non tamen inventur apud eos iustitia . Sapientiae 6. *Data est vobis potestas ab altissimo , qui interrogabit opera vestra , & cogitationes vestras scrutabitur , quoniam cum effectis ministri Regni ejus , non recte iudicatis , neque custoditis legem iustitiae .* Item sunt aliqui quos necessitates missorum non tangunt : *Pupillo* , inquit , *non iudicant , & causa vidua non ingreditur ad eos .* Isaiae 1. Quo contra dicitur eodem capite : *Subvenite oppreso , defendite viduam .* Item sunt aliqui , qui indevoti sunt viris sanctis , & in hoc peiores sunt Pharaone , qui adeo devotus fuit sancto Joseph , quod præfecit eum toti terra Ægypti : & Nabuchodonosor , qui Danielem summo extulit in Regno suo : & Herodi , qui aliquando metuit valde Joannem , sciens eum virum iustum , & sanctum , & custodiebat eum . Quo contra dicitur 1. Petri 2. de Duciis , quod sunt ad laudem bonorum , quod fit , quando sunt eis favorabiles , & amici . Sunt autem & alia multa mala , & bona , quæ sequuntur ex conditione potestatis , quando est malus , vel bonus , & ideo electores ejus debent esse in magna sollicitudine , & cum timore Dei procedere ad hujusmodi electionem , attendentes diligenter conditiones personæ eligenda , ne forte ex facto corum minus sollicito tanta sequantur mala supradicta , & alia . Super alios autem recurrere debent ad Dominum cum Moysè , qui dixit , Numerorum 27. *Provideat Dominus de spiritu omnis carnis hominem , qui sit super multitatem hanc .* Materia de prædictis . Thema , ad Romanos 13. *Qui potestatis regis , Dei ordinationi regis .* Ex hoc verbo relinquitur , quod dominum potestatus est a Deo . Sed notandum quod duobus modis , ut supra . Aliud Thema , 1. Machabœorum 8. *Romanii committunt uni homini magistratum suum super singulos annos dominari universa terra sua , & omnes obediunt uni .* Horum autem exemplo Italici eligunt anno quolibet potestatem . Notandum autem , quod tribus modis &c.

LXXXIV. In Militia (a) nova solemní.

Notandum , quod Rex regum habet multiplex genus Militia . Habet enim quoddam genus nobilissimum , scilicet Angelicos spiritus , de quo Lucæ 2. *Et subito facta est cum Angelo multitudine cœlestis exercitus .* Item alii milites pugnant , licet invisiibiliter , contra hostes Ecclesiæ invisiibiles , scilicet spiritus malignos . Apocalipsis 12. *Michael , & Angeli prælibabant cum Dracone , &c.* Et post : *Et Angeli ejus , scilicet draconis , pugabant &c.* Aliud genus est etiam valde nobile , licet minus , scilicet Prædicatores , de quo , 2. Timothei 2. *Labora sicut bonus miles Christi Jesu .* Glossa , *prædicando .* Iste autem milites pugnant gladio verbi Dei contra vitia humana . Unde 2. Corinthiorum 10. *Arma Militia nostra non sunt carnalia , sed spiritualia : quia non gladio carnali , sed spirituali , scilicet verbo Dei pugnamus contra peccata .* Aliud genus est , sed minus nobile prædictis , scilicet milites carnales , quanto carnalia minus nobilia sunt , quam spi-

(a) Egimus & de benedictione novi Militis Tomo 1. nostri Romani Pontificis
Tit. xxiiii.

spiritualia . Iste autem sunt , qui habent pugnare corporaliter tempore suo , pro causis bonis . Iste sunt , de quibus Lucæ , 3. dicitur : *Interrogaverunt autem & Joannem milites dicentes : quid faciemus & nos ? Felices tales milites , qui sunt solliciti de salute sua , quod interrogant sanctos viros de ea .* Notandum vero , quod duo prima genera semper sunt laudabilia , tamen tertium genus non sic , imo sunt multi , qui abutentes dignitate militari , multa indigna committunt . Interdum enim aliqui tot , & tanta expendunt vane & prodige supra possè facultatum suarum , quod postmodum propter ista solvenda quodammodo compelluntur extorquere illicite multa a suis minoribus , modo per minas , quas eis incutiant . Contra quod dicit ei Joannes Baptista , Lucæ 3. *Neminem concutiatis , scilicet per minas .* Modo per falsas calumnias . Quo contra in eodem : *Neque calumniam faciat .* Modo per actiones , quas adaugent super iustos redditus suos . Contra quod in eodem : *Et contenti estore stipendiis vestris .* Sunt iterum alii , qui ex superbia impatiens ad singula contra voluntatem suam facta , faciles sunt ad faciendum , & procurandum guerras , in quibus innumerabilia mala inferuntur pauperibus , & innocentibus , & ideo rei sunt omnium istorum malorum , quæ inferuntur talibus , tam ab ipsis , quam ab aliis , quos ad hoc induxerunt . Et ideo vñ eis , quia de omnibus istis sumetur vindicta finaliter . Job 24. *De civitatis fecerunt viros gemere , & anima vulneratorum clamabat , & Deus inutilem abire non patitur .* Sunt iterum alii , qui Deum blasphemando , in Ecclesiæ ejus injurias inferendo , & in pauperes (quos seipsum reputat) crudelitates exercendo . Similes facti sunt illis militibus , qui in passione Domini miserabiles contumelias ei fecerunt ; sicut patet Matthœi 28. , & Joannis 19. Propter hæc tria prædicta bene conqueritur Dominus , de hujusmodi militibus , Isaiae 35. in persona Tyri dicensit : *Accinxi te , scilicet cingulo Militie , & non cognovisti me .* Quomodo cognoscit enim gratiam sibi factam a Domino in sublimatione militari miles , qui ita se habet ad subditos , ita ad vicinos , ita ad ipsum Deum , ut prædictum est ? Verum sunt alii , qui recognoscentes gratiam sibi factam a creatore suo in hujusmodi sublimatione , student se habere laudabiliter , secundum quod possibile est in tali statu hominum . O quam laudabiliter se habuit in isto statu Cornelius centurio miles , qui prærerat cohorti Italicæ , qui licet esset gentilis , tamen erat religiosus , non dissolutus , & timens Dominum quod conscientiam timoratam cum omni familia sua , nullum malum permittens secum morari , faciens elemosynas multas plebi , non in vanitatibus expendendo sua , deprecans Deum semper : quod pauci milites faciunt , quinquo cito fastidiant orationes , & officium divinum . Itē meruit videre Angelum Dei , & Petrum venire missum ad eum cum milite Deum metuente , qui ei parerbat , & prædicante Petro videre Spiritum Sanctum descendente , & baptizari ab eo . Actuum 10.. O quam laudabilis miles fuit & Martinus adhuc in illo statu existens , de quo scriptum est : *Sacramentis militaribus implicatus uno tantum servo contentus erat , cui tamen versa vice serviebat , integer erat a virtutis quibus illud hominum genus implicari folet , multa illi circumlitonies benignitas : mira charitas , patientia , vera humilitas ultra huma-*

humanum modum, ut illo tempore non miles, sed monachus videretur, assistebat laborantibus, opem ferrebat miseris, alebat egentes, vestiebat nudos, nihilque ex Militiis stipendiis præter viuum quotidianum reservabat. O felices milites, & omni laude dignissimi, Mauritus (a), & socii ejus, qui Imperatori præcipienti illis illicita, dixerunt: *Milites tui famus Imperator, sed tamen servi Dei: tibi Militiam debemus, illi innocentiam: si funefia præcipis, illi potius parebimus, quam tibi, dextra ita pugnare adversus impios sciunt, laniare piis nesciunt, pugnavimus semper pro iustitia, pietate, pro innocentia saltē: proinde mori magis pro fide, quam innocentes occidere parati sumus.* Porro hujusmodi boni milites defendunt Ecclesiam contra infideles, & contra maleficos, & contra Tyrannos, & ideo vera dici possunt milites Dei, quia ei militant. Nam mali milites sunt Diaboli. Proinde cum in statu militari alii boni, alii sunt mali, ut ostensum est, milites Christiani promoventur ad Militiam præcedentibus jejuniis, & vigiliis, & orationibus, & cum missa solemni, ut horum merito detur eis habere statum bonorum militum, qui Deo militantes sunt ad defensionem Ecclesie, sicut & Paulum custodierunt milites in carcere. Actuum 23. Materia de prædictis. Thēma, Zacharie 9. *Circundabo domum meam ex his, qui militant mihi &c.*

LXXXV. In Torneamentis. (b)

Notandum, quod in Torneamentis, ad quæ multi convenient valde indigentes instructione, potest esse valde utilis sermo, quando potest audiētēs haberi. Ecclesiastici 32. *Ubi non est auditus, non effundas sermonem.* Ad habendam autem materiam hujusmodi sermonis, notandum est, quod licet Torneamenta sunt a jure prohibita in se, propter pericula corporum, & animarum, quæ ibi frequenter contingunt, tamen concurredit ibi quedam quæ omnino sunt reprobanda, quedam quæ sunt toleranda, quedam vero quæ sunt approbanda. Circa primum notandum, quod sunt quedam nobiles, qui occasio Torneamentorum tot expendunt prodige, & quod destruunt se, & domum suam, & suos. Vt istis. Si enim Dominus requirit rationem de quinque talentis, & duobus, & uno. Matthaei 25. quid faciet de tanta substantia tradita nobilibus, de qua debent Deo gratias reddere, expendunt magis in injuriā pauperibus, in illicitis, & inhonestis? Sunt iterum quedam in Torneamentis, qui non intendunt principaliiter, nisi nomen vanum sibi acquirere, probitatis scilicet, & valoris, & hujusmodi. Exemplum illius Seron Principis exercitus Syrie, qui dixit 1. Machabeorum 3. *Debellabo Iudam, & eos qui cum eo sunt, faciam mihi nomen, & glorificabor in regno.* Isti sunt sicut onager, de quo Hieremie 2. *In desiderio anima sua attraxit ventum amoris sui.* Quid est enim

(a) Vide ipsorum acta apud Surium.

(b) Torneamenta sunt publica certamina, in quibus ad pompam & virum ostentationem in Catadromo concurrunt Equites se mutuo lanceis & astis petentes. Poena in ipsis, qui deciderint gratia his ludis interfuerint, constituta est lib. V. Decretalium Tit. 13. ut nempe ecclesiastica sepulcrea preventur. Funesta de ludis hisce funestis plura affert Cantipratanus lib. 2. Apum cap. 49.

enim aliud amor nominis, quam amor venti, qui cito transit? Sunt iterum quod pejus est, quidam in hujusmodi Torneamentis admiscentes malitias graves, modo aliiquid grave contra illos, quos odiunt ibi exercendo, modo contra legem Torneamenta aliqua male ibi acquirendo, modo in subsannationem aliquorum ibi multa ridiculosa faciendo, modo peccatis malarum mulierum, quæ ibi interdum convenient, & alii multis peccatis se exponendo. Et sic vertuntur Torneamenta Christianorum in gymnasii gentilium, secundum illud 1. Machabeorum 2. *Adficeraverant gymnasium in Hierosolymis secundum leges nationum, & fecerunt sibi preputia, & recesserunt a testamento, & iuncti sunt nationibus, & venrandi sunt, ut facerent malum.* Hæc ergo prædicta tria sunt omnino reprobanda in Torneamentis, scilicet prodigalitas in expensis, vanitas in intentione, malitia in adiuvatione, a quibus abstinentia est in Torneamento. 1. Corinthiorum 9. *Omnis qui in agone contendit, id est in certamine, ab omnibus se abstinet.* Glosa: *Qua præmium agoni præpediunt, ita & nos ab offendiculis debemus abstinerre.* Et ideo in Torneamentis Christianis cavendum est a prædictis offendiculis divinis. Circa secundum notandum, quod licet pugnare pro iustitia. Ecclesiastici 4. *Usque ad mortem certa pro iustitia, scilicet fidei, vel alia quacunque.* Hoc autem magis licet, quando est pro iustitia Reipublicæ, juxta illud Catonis: *Pugna pro Patria.* Maxime autem, quando ad hoc inducit obedientia. Gregorius in registro: *Summa militia inter alia merita bona, vel laus est, hoc est obedientium sanctam Regi exhibere, & quod sibi utiliter imperatum fuerit, obtemperare.* Si ergo miles habens voluntatem militandi propter Deum, solum in casibus lictis immiscet se Torneamentis moderatis hac intentione, ut per hujusmodi exercitum redditur aptior ad bellandum, cum sine exercitio at aliqua operativa non possit haberi, tolerabile est. Facit argumentum ad hoc, Judicum 3. ubi dicitur: *Sunt gentes quas Dominus reliquit, ut in eis erudiret Israelem, & omnes, qui non noverant bella Canaanorum, & postea discerent filii eorum certare cum hostibus & haberent consuetudinem præliandi.* Circa tertium, sciendum quod interdum in Torneamentis solent se milites invicem incitare, ut quod diu fecerunt pro mundi vanitate, fiat interea propter Deum, eundo contra Sarracenos, & hujusmodi: exemplo illorum, qui dicunt, 1. Machabeorum 2. *Et dixit vir proximo suo &c. & post. Et nunc filii amulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum.* Interdum vero aliqui Deum timentes procurant, ut arceantur a congregatione Torneamentorum meretrices, ribaldi, & aliae male persona, & caeventur insolentia, & alia mala, quæ sunt contra Deum: quod semper faciendum est in bonis castris. Deuteronomii 23. *Cum egressus fueris contra hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni malo;* & post: *ut sint castra tua sancta, & nibil fuditatis in eis appareat.* Quod si hoc faciebant Judæi, quantum magis Christiani hoc debent facere. Interdum vero inspiratur aliquibus, ut doleant super se, attendentes quod frequenter homines a concupiscentiis quæ militant adversum animam, turpiter devincuntur. Contra quod Augustinus: *Ornet mores tuos pudicitia conjugalis, ornet sobrietas, ornet & tranquillitas.* Valde enim turpe est, ut quem non vincit homo, vincat libido, &c. ob-

& obruatur vitio, qui non vincitur ferro. Hæc autem tria omnino sunt approbata: & felices qui haec immiscit levitatibus Torneamentorum. Materia de prædictis. Thema, Isaia 2. *Nec exercebuntur ultra ad prelium:* Nota quod ex verbo innatur futurum tempus, & hoc in tempore Christi, quando hujusmodi exercitia præliandi non deberent fieri, & ideo non immrito prohibita sunt ab Ecclesia. Sed notandum, quod licet sint a jure &c.

LXXXVI. In parlamentis (a) Regum.

Notandum, quod moris est apud Reges magnos tenere Parlamenta quilibet anno certis temporibus, ad quæ conveniunt, & plures Confiliarii, & plures Magnates seculares, & plures Prelati. Fiant autem hujusmodi Parlamenta tribus de causis principalibus. Videlet, ut majora negotia, quæ non possunt faciliter per annum expediti, ibi cum majori examinatione sapientius expediantur, quia majora majori examinationi sunt reservanda, sicut habetur Exodi 18. Item, ut ratio ibi reddatur a ministerialibus Regni, juxta illud Matthæi 18. *Simile est Regnum celorum homini Regi, qui voluit posse rationem cum servis suis.* Item, ut ibidem ordinetur de Regno, quod fuerit ordinandum, juxta illud 1. Machabœorum 6. *Incumbit mibi ordinare de Regno.* Ad habendam autem materiam sermonis in hujusmodi Parlamentis, cum poterit haberi audiencia competens, notandum est, quod multe solent interdum contingere in hujusmodi Parlamentis, contra quæ est prædicandum. Unum est pravitas confiliorum. Sunt enim aliqui confiliarii Regum, qui interdum, ut placeant eis, inclinant consilia sua ad illud, quod credunt placere eis. Interdum propter odium, vel amicitiam aliorum, & similia devertunt a recto, & dant consilia prava; & hoc valde periculoso est in Regno, quia sicut dixit sapiens quidam: *Faciens inclinatur Rex ad Confiliarios, quam ipse ad eum:* & ideo magis damnum est Reipublica habere malos confiliarios circa Regem, quam malum Regem: & ideo bene dixit Job 21. *Confilium impiorum longe sit a me: & beatus Rex, qui non abit in consilio impiorum talium.* Aliud est perversitas judicii. Contingit enim interdum ibidem, quod potentiam, quam habent aliqui, vel in amicis, vel in divitiis, & hujusmodi, obtinent in iudicio minus juste. Abachuch 1. *Quia impius praevalit adversus justum, propriea egreditur judicium perversum.* Quo contra Psalmus 67. *Juste iudicate filii hominum.* Aliud est difficultas asequendi justitiam, ad quam, & cum debet obtineri, vix pervenitur. Isaia 59. *Futilis longe stetit.* Contra quod dicitur Isaia 16. de bono Rege: *reddens velociter, quod justum est.* Aliud est abiectione pauperum. Hi enim sic excluduntur, & abjiciuntur in istis curiis, quod vix possunt habere audienciam. Quo contra, Deuteronomii 1. *Nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis, ut magnum.* Aliud defensio malorum, sicut accidit in balvis malis, qui diu remanent in balvis suis, propter aliquos eos defendantes. Exemplum de-

(a) Qui plura de hac voce Parlamentum scire desiderat, legat Glossarium Dufresne verbō Parlamentum.

Menelao. Menelaus enim propter eorum, qui potentia erant, avaritiam; permanebat in potestate, crescens in malitia. *Quo contra de villico iniquitatis dicitur Luca cap. 16.* quod statim, ut diffamatus est apud Dominum suum, dixit ei Dominus suus: *Non poteris villicare, scilicet amodo.* Aliud est corruptio munerum, que hodie omnes fore curias corrumpunt. Isaia 1. *Principes tui omnes diligunt munera, sequuntur retribuciones.* Quo contra Deuteronomii 16. *Non acicies munera, execrant enim oculos sapientum, & mutant verba iustorum.* Aliud est acceptio personarum. Hæc est enim, quæ facit in istis curiis homines peccatos honorari, & viros bonos contemni. Quo contra Levitici 19. *Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potenter.* Aliud est executio malitia. Multi enim malitiam conceptum contra aliquem, vel aliquos ibidem exequuntur, procurando eis mala, quæ possunt, sicut Judæi in curia Pilati procuraverunt Christi mortem, quam conceperunt. Sunt & alia multa, quæ fiant in hujusmodi parlamentis, quæ Regia bonitas deberet expurgare. Quomodo enim hujusmodi curia poterit totius Regni mala corrigerre, nisi & ipsa primo corrigitur? Diffidet autem hæc, si talem se exhiberet, quod scirent omnes, hoc ei displicere in corde, plusquam prædicatio quæcumque. Materia de prædictis. Thema, Proverbiorum 20. *Rex, qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuito suo:* quando scilicet omnes cognoscunt in vulnus eius, quod mala displicant ei. Notandum autem &c.

LXXXVII. In solemnī Tractatu in quocunque negotio.

Notandum, quod quando conveniunt multi ad tractandum de quocunque negotio, conveniens est, ut per aliquem, si ibi talis fuerit, quem deceat hoc facere, proponatur aliquod verbum divinum ad incipiendum Tractatum hujusmodi. Ad habendam autem materiam loquendi de pertinentiis ad hujusmodi Tractatum, notandum est, quod tria sunt, quæ multum valent ad hoc, quod hujusmodi Tractatus habeat bonum effectum. Unum est concordia. Quando enim navis concorditer trahitur a navigantibus, & currus ab equis, & ambulantes concorditer tendunt ad unam partem, tunc bene procedit negotium, alioquin cum ab uno trahitur ad unam partem, & ab alio ad aliam, commune impeditur: & ideo proprius sensus, & amor proprii commodi, & adhæsio propria voluntati, quæ multum conturbant hujusmodi concordiam, abicienda sunt in hujusmodi Tractatibus, ut possint dicere tractatores in hoc negotio: *Ambulavimus cum consensu.* Psalmo 54. Aliud est discussio. Sunt enim multa, quæ nisi diligenter discutiuntur, non potest bene cognosci, quid sit in eis bonum, quid malum, vel quid bonum, quid melius. Et ideo sicut sunt disputations in scholis, ut per hujusmodi discussiones inveniatur veritas, & sunt altercationes ab advocatis coram judge, ut inveniatur quod justum fuerit: ita & in omni Tractatu cujuscunque negotii facienda est discussio per rationes, per auctoritates, per experientias, ut & inveniatur quod magis expediens fuerit. Aliud est intelligentia in discernendo. Sunt enim ali-

qui ita hebetes, qui nesciunt intelligere etiam post discussionem, quid melius est, licet sit clarum, & ideo non acceptant illud, quia nemo praelegit, nisi quod videtur ei melius. Contra quod dicitur Isaiae 7. *Ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Cum ergo, sicut predictum est, ad bonum effectum hujusmodi tractatum sint necessaria concordia pacifica, & diligens discussio, & scientia discernendi, debent hujusmodi tractatores ad hoc exhortari, ut videlicet pacifice procedant, & diligenter discutiant, & quod melius fuerit, fideliter elegant. Materia de predictis. Thema, Job 34. *Judicium eligamus nobis, & inter nos videamus, quod sit melius.* Et nota, quod tria, predicta tanguntur in hoc verbo. Concordia, in hoc, quod dicit: *Elegamus, nos scilicet omnes communiter.* Discussio, in hoc, quod dicit: *Judicium.* Hoc est enim, quod requirit multam discussionem. Scientia eligendi, in hoc, quod dicit: *Videamus, quod sit melius.*

LXXXVIII. In solemnitate tractata Pacis.

AD habendam materiam de collatione aliqua facienda in principio solemnis tractatus de Pace aliqua facienda, cum plures ad hoc conveniunt, & potest haberis audiencia competens, notandum est, quod quedam sunt peccata, quæ res temporales devastant, ut furtæ: quedam corporales, ut homicidæ: quedamque spirituales, ut peccata spiritualia: sed discordia pejor est his omnibus, quæ temporales res destruit, & corpora frequenter interficit, & animas per peccatum odii facit homicidias. Et ideo bene dicitur Luce 11. *Omne Regnum in se divisum desolabitur.* Quanta enim est desolatio, ubi non unum istorum solum, sed omnia tria predicta dissipantur, & devastantur? Item sicut dicit Augustinus de Civitate Dei, lib. 19. cap. 11. *Tantum est bonum pacis, ut etiam in rebus terrenis, atque mortalibus nihil gratius audiri soleat, nihil deletabilis concupisca, nihil possumus posse melius inventari.* Item notandum, quod propter hoc tantum malum, ut est discordia, & tantum bonum, scilicet Pax, follet universalis Ecclesia frequenter inducere subditos suos ad orandum pro Pace, juxta illud Psalmi 121. *Rogate, quæ ad pacem sunt Hierusalem &c.* Item, solent boni viri sollicite laborare pro Pace, inquirentes omnes modos, per quos homines discordes possint ad Pacem reducere, & non disistentes, cum fugit, sed eam persequebantur, juxta illud Psalmi 33. *Inquire pacem, & perseguere eam.* Item notandum, quod ex tractatu Pacis cum perducitur ad effectum, sequitur unus effectus in terra, scilicet gaudium, juxta illud Proverbiorum 12. *Qui pacis inuenit consilia, sequitur eos gaudium.* Moris est enim, quod omnes gaudent de Pace. Alius in celo effectus est, scilicet vita beata. Psalmi 33. *Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos?* Et post: *Inquire pacem & perseguere eam, tu scilicet, qui hoc vis.* Et ideo libenter boni viri fideliter laborare debent pro Pacibus faciendis, ut ex hoc proveniant fructus predicti. Materia de predictis. Thema, Matthæi 5. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et nota quod pacifici, scilicet facientes Pacem, juste vocantur filii Dei per imitationem, quia ipse Deus,

Deus veniens in mundum Pacem nostram fecit, juxta illud, quod fuerat prædictum, Isaiae 27. *Pacem faciet mihi.* Pacem vero turbantes filii sunt diaboli per imitationem. Nam diabolo datum est Pacem sumere de terra. Apocalypsis 7. Notandum autem, quod quedam sunt peccata &c.

LXXXIX. De Confratribus. (a)

AD habendam materiam loquendi de hujusmodi Confratribus, notandum est, quod sunt quidam, qui semper fugiunt bonam societatem, & accidunt eis frequenter sicut ovi separata a grege, quæ devoratur a lupis. Non sic faciebant Apostoli in primitiva Ecclesia, de quibus legitur Actuum 2. *Erant omnes pariter congregati.* Item sunt aliqui inquieti non potentes stare inter clausuram, & ideo non quiescit in eis Spiritus Sanctus, juxta illud Isaiae 57. secundum aliam translationem: *Super quem requiescit spiritus meus, nisi super quietum.* Non sic fuit in Apostolis, de quibus dicitur Joannis 20. *Et forebant clavis, ubi erant discipuli congregati.* Item, sunt aliqui, quibus est grave vacare operibus sanctitatis, juxta illud Ecclesiastici 1. *Exercitatio peccatoribus cultura Dei?* Non sic Apostoli, qui in primitiva Ecclesia vacabant orationibus, & laudibus divinis, & aliis operibus sanctitatis, sicut patet ex multis Scripturis. Item, sunt aliqui, qui ex avaritia non cessant congregare quicquid possunt, nihil de communi bono curantes. Et ideo maledicti a Domino sunt per Prophetam Abacuch 2. *Væ qui congregat avaritiam malam domui sue.* Non sic fuit in primitiva Ecclesia, in qua credentes ponebant omnia in communi, ut de illo provideretur omnibus, & fierent eleemosynæ, sicut patet Actuum 2. & 4. Item, sunt aliqui, qui in societate aliqua existentes alios perturbant: sicut mulus, & equus, qui in stabulo alios perturbant, de quibus dicit Apostolus, ad Galatas 5. *Utinam abscondantur, qui vos conturbant.* Non sic in primitiva Ecclesia, de qua dicitur Actuum 4. *Multitudinis creditum erat cor unum, & anima una, &c.* Item, sunt aliqui societates, in quibus nulla fit correccio de excessibus, & ideo sequitur in eis multa infecatio, quia modicum fermenti totam massam corruptit, &c. Non sic in primitiva Ecclesia, in qua Ananias, & Saphira morte multati sunt propter culpas suas. Actuum 5. Credendum est, quod antiquitas introduxit confuetudinem faciendi Confratribas in isto tempore propter exemplum primitivæ Ecclesie. Sic enim tunc fuerunt discipuli congregati, ita & in ipsis Confratribus congregantur fideles. Et sicut tunc fuerunt inclusi, ita & ista confratricie sunt sub clausura. Et sicut tunc vacabant operibus sanctitatis, ita & in ipsis Confratribus quandiu durant sanctius se habent confratres. Unde aliqui ibidem dormiunt, ne tunc vacent amplexibus carnalibus, & sicut tunc ponebantur omnia in communi, ita & in ipsis quilibet aliquid ponit in communi. Et sicut tunc habebant cor unum, ita & in ipsis Confratribus, si qui erant ante discordes, pacificantur adinvicem; & iterum X x 2 haben-

(a) De Sodalitiis, seu de Confraternitatibus Ecclesiasticis, & Laicalibus Tractatum edidit Roma anno 1725. Joannes Baptista Bassus Episcopus Anagninus, dicavitque Pontifici Maximo Benedicto XIII.

habentur magistri aliqui, vel praefecti in ipsis Confratribus, qui corrigere debent corrigenda, sicut & tunc vigebat correctio. Et notandum, quod ista valent ad habendum Spiritum Sanctum. Congregatis enim, & sedentibus, & sanctitati orationis vacantibus datur Spiritus Sanctus, & hoc quo ad tria prima. Justum est etiam, ut sua communicantibus communicetur Spiritus Sanctus, qui datur calcantibus terram, & concordibus spiritu. Similiter, quia concordia fratrum placet Spiritui divino, & similiter ubi viget correctio, quia Spiritus Sanctus est, qui arguit de peccato, & hoc quoad alia tria. Ex predicatis patent tria secundum tres paragraphos, videlicet de congregatione primitivæ Ecclesie, & quomodo instar illius sunt modis Confratris, quomodo etiam ea, quæ in eis sunt, valent ad Spiritum Sanctum habendum. Materia de predicatis. Thæma, Hebreorum 12. *Charitas fraternitatis maneat in nobis.* Nota, quod hoc impletur, quando Confratres, per quas contrahitur fraternitas, quoad charitatem observandam observantur in esse. Sed notandum, quod sunt quidam, qui semper, ut supra.

XC. In Congregationibus quæ sunt interdum in honorem alicujus Sancti.

IN aliquibus nationibus & maxime in Italia, sunt interdum aliqua Congregationes, sive confratres in honorem Beatae Virginis, vel alicujus Sancti, ex quibus sequitur multiplex fructus. Conveniunt enim illi, qui sunt de hujusmodi Congregationibus certo tempore ad aliquam Ecclesiam, seu locum religiosum, & cantant ibi Missa ad honorem illius Sancti. Item, fit ibi sermo, & instruatio ad confratres. Item, faciunt ipsi confratres de bonis suis elemosynas, & luminaria, & hujusmodi. Item, fit ibi commemoratione confratum defunctorum, & sunt pro eis suffragia. Item, sunt interdum correctiones confratum male se habentium. Item, aliquæ orationes, & elemosinae imponuntur, quas faciunt pro invicem, & alia bona multa sunt in hujusmodi confratris. Alia tria sunt, quæ faciunt hominem ineptum ad hujusmodi societatem. Alia tria sunt, quibus cavendum in hujusmodi confratris. Circa primum, notandum est, quod quilibet confrater fit particeps bonorum omnium supradictorum. Hæc est enim (sicut dixit quidam sapientia) differentia inter fratres carnales, & spirituales, quia illi dividunt communia, isti vero communicant propria. Item, sicut per matrimonia contrahuntur amicitiae, ita per hujusmodi societates contrahitur amicitia, quæ multum est necessaria mortalibus. Item, acquiritur adjutorium, fratris enim est juvare fratrem. Valere autem potest hujusmodi adjutorium, & gratia Dei contra hostes, & in aliis multis negotiis humanis. Et ideo bene dicitur in Psalmo 132. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum.* Quam bonum enim, idest, quam utile est, quod valeat ad ista tria. Circa secundum, notandum, quod homines superbi inepti sunt ad hujusmodi societatem. Superbus enim nescit esse frater propter coequalitatem, sed vult semper esse dominus per superexcellentiam. Similiter homines dyscoli. Ipsi enim sunt animalia immitia, quæ cum aliis nesciunt pacifice commorari: simi-

similiter notiorii criminosi: *Quæ enim est societas justitiae cum iniquitate,* dicit Apostolus, 2. Corinthiorum 6. Et ideo manifesti usurpi, & alli notiorii criminosi non debent recipi ad hujusmodi sanctas societas. Propter hoc igitur bene dicitur Proverbiorum 18. *Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater:* quia non omnis vir est talis, qui sit aptus ad societatem. Circa tertium, notandum, quod in quibusdam confratribus sunt quædam obligationes juratoriae incaute, quod est valde periculosum. Item quod pejus est, multi qui fecerunt hujusmodi juramenta facile illa transgreduntur. Item multi fidelitatem amicitiae contractam valde male obseruant inter confratres suos, eos opportuno tempore non juvando, veleis nocendo, ita ut frater in fratrem non possit habere fiduciam. Væ ipsis, quibus in malum veritutis illud, quod pro bono est introductum. Materia de predicatis. Thæma, 1. Petri 2. *Fraternitatem diligite.* Et nota, quod hoc benefacient, qui non sunt contenti fraternitate naturæ, quæ est inter omnes homines, sed superaddunt fraternitatem societatis spiritualis supradictam. In aliquibus enim nationibus &c. ut supra. Aliud Thæma, Psalmo 110. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in consilio iustorum, & congregatione.* Laudanus siquidem est Dominus in hoc, quod boni viri habent consilium faciendi hujusmodi Congregationes. In aliquibus enim nationibus &c.

XCI. In Nundinis.

AD habendam materiam loquendi in Nundinæ, cum poterit haberit competens audientia, notandum est primo, quomodo sunt hujusmodi Nundinæ secundum Deum. Secundo quomodo sunt reprobanda quedam, quæ ibi a quibusdam sunt. Tertio quomodo spiritualis edificatio possit ex illis trahi. Circa primum, notandum est, quod per providentiam divinam factum est, quod nulla patria est adeo sibi sufficiens, quin indiget bonis aliquibus alterius patriæ. Et ad hoc sequitur triplex bonus. Unum est humilitas. Si enim esset una natio ita sibi sufficiens, quod non indigeret alia, esset ei occasio superbiae, sicut patet in illo superbo, qui dicit Apocalypsis 3. *Dives sum, & locupletatus, & nullus ego.* Aliud est amicitia. Ex hoc enim, quod patria diversæ sibi in vicem subveniunt, contrahitur amicitia, quæ est perutiles mortalibus. Unde Tullius in libro de amicitia: *Nihil melius habemus amicitia a Diis immortalibus datum.* Aliud est sustentatio infirmitatis humanæ. Sicut enim artes mechanicae profundunt hominibus multis ad sustentationem, ita ex negotiationibus, quæ sunt in Nundinis, multi habent sustentationem, & licet, quando sunt debito modo. Apocalypsis 18. *Mercatores divites facti sunt ex illa.* Quia ergo nulla patria est sibi sufficiens, ordinatione divina propter causas predicatas, eadem ordinatione factum est, ut sunt Nundinæ, quæ secundum Papiam dicuntur a nundino nundinas, quod est mercari in aliquibus locis, ubi convenienter homines de diversis locis, & patriis ad vendendum alii, quibus indigerent illi, & emendum ea, quibus ipsi indigerent pro patriis suis, & hoc non est novum, sed antiquissimum, sicut patet in Nundinis Tyri, de quibus agitur copiose Ezechielis 27. & 28. Circa secundum, notandum est, quod licet negotia communiter, quæ sunt

funt in Nundinis, possunt interdum fieri sine peccato, licet vix, ut dicit Gregorius, tamen sunt aliqui, qui ex cupiditate adaugendi lucrum, modo mentiuntur, modo faciunt fraudes, modo faciunt contraetus usurarios, & hujusmodi, & vendunt animas suas pro lucro, quod acquirunt avaritiae sua, quod est valde detestabile. Ecclesiastici 10. *Nihil est ini quis, quam amare pecuniam; hic etiam animam suam venalem habet.* Item, sunt aliqui mercatores, qui longo tempore absentes a lecto conjugali, decipiuntur ibidem metrictibus ornatis, quae solent ibi multipliciter convenire, sicut & decipiuntur ibi aliqui alii Proverbiorum 7. *Et ecce occurrit illi mulier in ornatu metrictio, preparata ad capienda animas, garrula, vaga, quietis impatiens, nec valens confidere in domo pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis nunc juxta angulos i nfidians:* quod recte impletur in nundinis: & post: *Irreditiv eum multis sermonibus, & blanditiis laborum protractis illum, statim sequitur eam quasi bus ductus ad victimam:* & post: *Ecce velut si avis festinet ad laqueum, nescit quod de periculo animae illius agitur.* Item, sunt multi, qui leges Nundinarum traditas ab hominibus ibidem observant diligenter, sed plures sunt, qui Dei leges ibi facile frangunt in multis ibi contra Deum peccantes, similes Pharisaeis, qui mandata hominum districtus servabant, quam mandata Dei. Augustinus: *Studium avaritie, sive fraudis proprium, solet esse negotiantium facinus:* & iterum: *Negotiator avidus acquirendi, pro damno blasphemat, pro pretiis rerum mentitur.* Funt & alia multa peccata, ut violatio festorum, & contentiones, & dissensiones, & hujusmodi. Propter quod dicitur Ecclesiastici 27. *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic & inter medium empionis, & venditionis angustiabitur peccatis, scilicet negotiator.* Quam reprobandum est, quod mercatores, qui solent sapientes reputari, sic fatue vendunt animas suas, sic turpiter decipiuntur a mulieribus, sic audacter transgreduntur leges divinas, cum humanas non audeant præterire, præferentes timorem humanum timori divino. Circa tertium, notandum est, quod status præsens status est Nundinarum. Omnes enim hic debemus intendere lucro bonorum operum, de talentis negotiatis multiplicandis, sicut & in Nundinis quilibet intendit lucro. Item, sicut Nundina cito transeunt, ita & status hujus mundi, juxta illud Luce 17. *Sicut in diebus Loth emebant, & vendebant, & subito veniebat ignis de celo, secundum hec erit qua die revelabitur filius hominis.* Item, sicut transactis Nundinis quidam gaudent, ita & hic: juxta illud Proverbiorum 20. *Malum est, malum est, dicit omnis empator, & cum recesserit, glorietur.* Et quidam dolent, quod amiserunt, ita & hic, juxta illud Proverbiorum 5. *Et gemas in novissimis quando consumperis carnem, & corpus tuum, &c.* Vx illis, qui sunt in Nundinis illis cito transituris, & post quas remanet dolor perpetuus perditibus in eis, & non intendunt pro posse lucro tanto, quod de facili potest acquiren nunc. Materia de prædictis. Thema, Ezechielis 27. *Repleverunt nundinas tuas.* Et nota, quod in hoc capitulo fit multa mentio de Nundinis Tyri, quomodo de diversis locis, & per multos apportabant ibi diversa. Ex quo constat, quod Nundinae non solum nunc temporis, sed ab antiquo fuerunt in usu. Circa hoc autem notandum est primo, &c.

XCII. In Mercatis.

Notandum, quod licet nundinae, & Mercata largo nomine accipiuntur pro eodem, tamen secundum proprietatem accepta differunt in hoc, quod nundinae sunt de rebus majoribus, & semel in anno fuent, vel raro in eodem loco, & de longinquio ibidem conveniunt homines: Mercata vero sunt in rebus minoribus ad quotidianas necessitates pertinentibus, & sunt singulis septimanis, & ab hominibus de vicino ibidem convenientibus. Porro in istis Mercatis multa solent fieri reprehensibilia: quandoque enim sunt in diebus festi viis, & homines miseri relicta missa, reliquo officio divino, reliquo sermone, interdum neglecto auditu mandatorum Ecclesie, & contra inhibitionem ecclesie frequenter concurrunt ad hujusmodi Mercata. Contra quod habetur Neemias 13. quod Neemias prohibuit alienigenis, ne portarent res venales in Hierusalem, & fecit portas claudi, cum tamen tunc temporis essent in Hierusalem in multa necessitate. Quandoque etiam sunt in Cimitieriis (a), vel in aliis locis sacris. Contra quod dicitur Joannis 2. quod Dominus ejet de templo vendentes, & ementes cum flagello, multum eis propter hoc iratus. Frequenter etiam, & quasi assidue jurant ibidem homines sine causa, dicentes: per Deum, non dabo pro hoc tantum; & alius: per Deum, non dabo pro pretio minori; & alius: per Deum, non valet tantum, immo & hoc per Deum bene valet tantum, & similia. Contra quod dicitur Matthaei 5. *Non jurabis omnino, sed si sermo vester, est est, non non.* Interdum intendit ibi unus alium decipere. Ambrosius: *In foro fraudes.* Contra quod 2. Thessalonicensium 4. *Ne quis circumveniat in negotio fratrem suum.* Interdum etiam sibi aliqui furtive subtrahunt vestigalia, & tributa Domini. Ambrosius: *In foro perfidia.* Hoc enim quoddam genus est perfidia, & infidelitatis. Contra quod est exemplum Domini qui pro se, & pro Petro fecit solvi didrachma debitum Domino terreno. Matthei 17. & verbum, etiam ipsius dicentes, Luce 20. *Redde quæ sunt Cesari Cesari.* Interdum etiam suscitant ibi rixas, & lites. Ambrosius: *In foro lites.* Contra quod Augustinus in Regula: *Lites nullas habeatis, aut si quam, ipsam celerrime finiat, ne ira creseat in odium.* Interdum etiam & ibi multi in tabernis inebriantur, & consumunt quicquid habent, propter quod semper remanent pauperes. Ecclesiastici 10. *Operarius ebriosus non locupletabitur:* & hoc, quia quando vadit ad forum, totum consumit in taberna, ita & uxor, & pueri sui semper sunt in miseria. Propter haec prædicta, quia tot mala, sunt in foro, sive in mercato, bene dicit Ambrosius super illo verbo Canticorum 4. *Circibo in plateis, & interponens hanc litteram: Christus non invenitur in foro.* *Christus enim justitia est, non in foro iniurias.* Hinc & iterum bene dicitur Apocalypsis 14. tempus fore futurum in quo nullus possit emere, vel vendere, nisi habeat characterem nominis bestiarum, quia fine peccato, quod est character Diaboli, vix sunt ista. Hinc iterum dicitur, quod cum quidam sanctus homo intrans quendam Abbatiam, vidisset ibi mul-

(a) Est quidem verus abusus ad eumque evellendum variis in Sacris Conciliis processi sunt: Canones, uti videre est nostro 2. Tomo Romani Pontificalis.

multitudinem dæmonum in claustrō , & postea intrasorum vidisset ibi unum dæmonem sedentem super unum lapidem in alto , & super hoc miraretur , dictum est ei , quod in claustro omnes rebellabant dæmonibus : & ideo multi dæmons erant illuc missi contra illos : in foro autem quilibet erat sibi dæmon intendens propria voluntate ad malum , & ideo unicus dæmon ibi sufficiebat. Ut ergo non perdant animas suas , qui causa lucri veniunt ad mercata , instruendi sunt , cum potest audiencia competens haberi , ne in diebus , vel locis sacrī hæc fiant . Item , ut caveant a juramentis incautis , & a retinendis usagiis dominorum , & a suffitandis litibus , & a tabernacis . Materia de prædictis . Thema , Marci 7. *Pharisei , & omnes Judei* , a foro scilicet redeuntes , nisi baptizentur , non concedunt . Et nota , quod in hoc notatur quomodo etiam Judæi reputabant forum rem plenam malo . Siquidem in istis Mercatis multa solent fieri , &c.

XCIII. In subita Convocatione multitudinis .

Interdum emergunt casus , propter quos populus , vel multitudō aliqua convocatur ad audiendum aliqua mandata majorum , sicut hac de causa Moyses convocat majores natū ad audiendum mandatum Domini , Exodi 19. vel ad providendum sibi de aliquo periculo instanti , sicut Ezechias propter instans periculum Sennacherib , vocavit universos in platea . 2. Paralipomenon 32. Vel ad habendum super aliquo negotio consilium , sicut congregati filii Israhel propter uxorem Levite defunctam contra Beniamin dixerunt , Iudicum 20. *Adefsis omnes filii Israhel , decernite quid facere debatis* : vel alius de causis . Porro in hujusmodi Convocationibus solent convocari omnes , ad quos pertinet causa Convocationis tribus de causis . Una est , ne contemptus aliquius , vel aliquorum , ea que aguntur , efficiat inania , sicut in electionibus accidit , in quibus contemptus unius , totam electionem reddit inutilē , quia quod omnes tangit , debet ab omnibus approbari . Secunda est propter pacem unitatis obseruandam : contemptus enim prædictus inducit quandoque turbationem . Exemplum 2. Regum 19. de viris Israhel , qui dicunt viris Iuda : *Magis pertinet ad me David , quam ad te : cur fecisti mihi hanc injuriam , & non nunciatum est mihi priori , ut reducerem Regem meum ?* Tertia est propter consilium , scilicet quoniam quandoque magis loquitur Deus per os aliquos , de quo minus creditur . Exemplum de Daniele , qui minor erat , & tamen per eum locutus est Deus de liberatione Sufannæ , hominibus aliis deceptis . Danielis 13. Item notandum , quod in hujusmodi convolutionibus reprehendi sunt , & interdum puniendi , qui non veniunt . Iste enim similes sunt Dathan , & Abiron , qui noluerunt venire ad vocationem Moysi , & ideo male accedit eis . Numerorum 16. Item præsentibus exponenda est diligenter causa Convocationis , unde Cornelius , qui Petro convocato , & querenti causam Convocationis , eam exposuit diligenter . Actuum 10. Præterea tractandum est diligenter de causa Convocationis cum eisdem præsentibus

sicut Apostoli fecerunt , Actuum 15. de causa convocati concilii , scilicet de ceremonialibus , primo super hoc loquente Petro , deinde Paulo , & Barnaba , & postea Jacobo , & omni multitudine super hoc quærente diligenter . Isaiae 45. *Congregamini , & venite . Prius : Venite , & confiliamini simul .* Præterea quod ordinatum fuerit ibi a præsentibus , & diffinitive pronunciatum , sicut facit Jacobus in eodem concilio . Item non solum præsentibus , sed absentibus , quod ibide fuerit ordinatum , est intimandum , sicut fecerunt Apostoli in eodem concilio per Paulum , & Barnabam , & alios ad hoc deputatos . Materia de prædictis . Thema , Numerorum 10. *Fac tibi duas tubas argenteas dactiles , quibus convocare possis multitudinem .* Nota , quod hoc olim faciebat Iudaï per tubas , Nos vero Christiani , ne videamur iudaizare , relixtis illis tubis , facimus per campanam , vel præconem , vel Sacerdotem parochiale in diebus solemnibus . Interdum siquidem emergunt casus &c.

XCIV. In quibusdam Feſtis .

Notandum , quia devotio fidelium habens fiduciam interdum in aliquo Sancto , conversa adversus eum , secundum quod dicitur Job 5. *Ad aliquem Sanctorum convertere : faciunt interdum aliqua vota de abstinentia , vel de oblatione aliquorū , & similibus in ejus honore faciendis , & præter hoc interdum facit peregrinationem ad eum , & post hoc vigilat in ejus Ecclesia , ad quam vadit .* Sicut & aliquis volens interdum obtinere aliquid ab aliquo Magname , mittit ei exenia , & hæc sunt vota , & postea vadit ad eum , & hæc est vigilatio . Sed heu sunt multi , qui vota facta Sanctis in necessitate aliqua , postea transfacta necessitate non reddunt . Exemplum de quodam Britone , de quo dicitur , quod cum iret ad sanctum Michaelm , pericula maris , & unda maris invaserunt eum , conversus ad sanctum Michaelm , dixit : *Sancte Michael libera me , & ego voveo tibi vaccam meam .* Cum autem liberatus peregrinaret , & iterum undæ eum invaderent , iterum clamavit , dicens : *Beate Michael libera me , & ego voveo tibi vitulum cum vacca .* Cum autem liberatus esset , & staret jam in seculo , conversus ad Michaelm dixit : *Michael Michael , neque habebis vaccam , neque vitulum .* O quot , & quantis hujusmodi illusio fuit occasio ruendi in infernum cum per voti impletionem deberent ire in paradisum . Proverbiorum 20. *Ruina est homini devotare sanctos , & post vota retractare .* Sunt iterum multi , qui in hujusmodi peregrinationibus incident in latrones propter plura peccata videlicet quæ in viis , & in hospitiis committunt : interdum plus in una peregrinatione , quam per totum annum committant in domo , quæ spoliant eos bono peregrinationis , & aliis bonis , & interficiuntur in anima , sicut dicit Glossa , Osæ 6. super illo verbo , *Interficientes pergentes de Sichen* , dicens quod erant quidam insidiantes illis , qui de Israhel pergebant in Hierusalem , qui erat locus orationis , spoliabant & interficiebant eos , & sic facit Diabolus per suos ministros talibus peregrinis . Circa tertium , notandum , quod in hujusmodi vigiliis , quas Rabanus vocat sacras , debent

homines vacare sacris meditationibus in silentio cum David dicente Psalmo 76. *Anticipaverunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus. Cogitavi dies antiquos &c.* Et meditatus sum &c. Item orationibus, juxta illud ad Colosenses 4. *Orationis inestate, vigilantes in ea.* Item auditui divini officii, juxta illud David, Psalmus 118. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Unde & in primitiva Ecclesia, sicut dicit magister Joannes Beleth, omnes currebant in aliqua parte noctis ad officium divinum. Beatae sunt istae vigiliae, conterunt enim carnem. Ecclesiastici 31. *Vigilia honestatis tabefaciet carnes.* Item meretur interdum consolationem Angelicam: sicut & pastores vigilantes eam habuerunt. Lucae 2. Item faciunt Deum invenire: sicut accidit pauperi, qui diu expectat Dominum ad portam. Proverbiorum 8. *Qui mane vigilaverit ad me, inueniet me.* Sed heu mutate sunt ista sacra Christianæ vigilie in profanas vigilias idololatraruim, de quibus dicitur Sapientia 14. *Insania plena vigilias habentes.* Et vere plene insanis sunt istae vigiliae. Qui enim deberent in silentio de Sancto, & Sanctis, & gloria coelesti, & de salute sua meditari, tota nocte sunt in tumultibus, alios, si qui volunt Deo vacare, omnino impedites. Et qui deberent Deo loqui in orationibus, tota nocte confabulantur ad invicem, & loquuntur non solum inania, sed & mala, & turpia. Et qui deberent divina audire attente, cantant vana, & secularia in locis sacris. Et impletur lamentatio Hieremias Threnorum 2. dicentis: *Vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solemnis.* Unde istis est timendum de Dei vindicta. Narrat enim vir quidam fide dignus, quod in Dicesci Eduensi, cum quidam tota nocte duxisse choreas in talibus vigilis, in mane cum venissent in quandam cappellam causa Missæ audienda, fulgor intrans cappellam illam omnes interfecit subito. Demum quod pejus est, multa turpia, & scelerata committunt in istis vigilis, quæ turpe est etiam dicere, ita ut istæ vigilie fint ut vigilie latronum, (a) & adulterorum, qui in suis vigilis vacant sceleribus. Exhortandi sunt ergo qui ad istas vigilias convenient, cum potest haberet competens audiencentia, ut vota, si qua Sancto fecerunt, reddere non omittant, & ut eundo, & redeundo, ubique se a peccatis custodian, & ut in vigilis ea ad quæ ordinatae sunt, faciant, contraria evitando. Materia de prædictis. Thema, Proverbiorum 8. *Beatus qui vigilat ad fores meas.* Et fores Domini posunt dici Sancti secundum Glossam, quia per eos Deus venit ad nos, & etiam mittit dona sua. Ad fores ergo Dei vigilat, qui vigilat in Ecclesiis Sanctorum propter eorum honorem, & devotionem ad eos. Notandum, quod devotio &c.

XCV. In

(a) Extat contra abusum hodiernarum vigiliarum plus atque eruditus liber auctore Dominico Maria Antinori, ita inscriptus *Le veglie d'oggi*, in quo solide ostenditur quanta hodie cum animarum pernicie passim in dominis tota fere nocte in ludis, choreis, canticis, aliisque id genus oblectamentis viri una cum mulieribus vigilant.

XCV. In solemani recessu Peregrinorum.

Ad habendam autem materiam sermonis in solemani recessu peregrinorum, (a) cum hac occasione magna conveniet multitudo, notandum est, quod peregrinatio, quam devotio christiana facit propter Deum, vel Sanctos ejus, est res valde in se commendabilis ac virtuosa. In ea enim relinquunt homines post Deam terram suam, & cognitionem suam, & domum suam, sicut fecit Abraham. Genesis 12. Et hoc est valde difficile, & ideo magis virtuoso. Item exponunt totum corpus suum laboribus, qui quanti sunt in itinerando, nemo plene novit, nisi qui probavit. Unde & Apostolus 2. Corinthiorum 11. inter alios labores suos hoc commemorans dicit: *In itineribus saepe.* Item non solum laboribus, sed etiam fluminum periculis multis se exponunt, quia Paulus cum itineribus suis adjungens dicit: *Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.* Et nota, quod haec contingunt interdum peregrinis singula. Item in ea expendunt multam pecuniam in usus bonos, faciendo oblationes in Ecclesiis, quas visitant, & eleemosynas pauperibus, quos inveniunt. Item in ea exercent opera charitatis ad socios, in vicem se exceptando, in vicem se juvando, in vicem se consolando, in vicem sibi serviendo, & similia. Item in ea plus vacant utilibus, bonos rumores in vicem conferendo, & loca devota, que inveniunt, visitando, Missas, & sermones, cum posint, libenter audiendo. Sunt & multa alta, quæ faciunt valde digna laude. Sed notandum, quod ad hoc, quod ista sint meritoria peregrinis, tria sunt eis facienda. Unum est ex parte intentionis: non enim causa videndi non visa, quod est curiositas, aut causa solaciandi cum aliquibus, aut causa vivendi, aut alius de causis minus bonis, sed solum propter Deum, & penitentiam sunt peregrinationes hujusmodi assumenda, quia scriptum est Ecclesiastici 16. *Misericordia unicus facit locum secundum intellectum,* hoc est per intentionem peregrinationis sue. Aliud est ex parte præparationis. Non enim prodest ad salutem peregrinatio nisi homini, qui restitutions pro posse fecit, & odia depositus, & in aliis hujusmodi ad salutem necessariis se præparavit. Unde narrat Callixtus Papa, quod beatus Jacobus apparenus cuidam suo peregrino dixit ei, quod diceret fociis suis, quod

Yy 2

pœ-

(a) Tametsi haeretici sacras peregrinationes impugnant, sunt tamen antiquæ, & a sanctis Patribus commendatae. Inter loca autem, que peregrinatione adiri solent principem locum facile obtinet Terra sancta, ut liquet ex Epistola S. Hieronymi ad Marcellam. Nomen Terra sancta intelligimus loca Christi Domini Natali, prædicacione, miraculis, passione, resurrectione, & ascensione in Calum; itemque B. Mariae & Apollinariorum commoratione, & gefisi celebrata. Quæ quidem loca maxime post repatum ab Imperator Constantini Matre S. Helena Crucem Domini, maximo fidelium concursu celebrari cœperunt ex toto Orbe, ut tradit idem Hieronymus in Ierusalem cap. 19. & aliibi. Plura de hac, & aliis peregrinationibus videri possunt apud Joannem Buzafum in lib. *De stirpis hominum*, ubi agit de peregrinorum ad loca sacra statu.

peneriter de quodam peccato, quia aliter peregrinatio nihil prodesset eis. Et ideo bene dicitur Hieremie 7. *Bonas facite vias vestras &c.* quod fit quando peregrinantes digne se preparant. Aliud est ex parte cautelæ. Diabolus enim insidiatur peregrinis, iuxta iter ponit eis scandalum, ut faciat eos ruere in aliquod peccatum, & sic amittant totum meritum suum, & præmium. Et ideo dicitur et diverso: *Beati immaculati in via*, qui scilicet in via carent sibi a macula peccati, ut non sit via eorum polluta, sed munda. Item notandum, quod peregrinationes bona non solum profundit ad salutem, sed & alia quedam bona in presenti, quorum unum est amicitia bonorum. Multi enim in hujusmodi peregrinationibus acquisierunt notitiam bonorum, & facti sunt eis amici. Aliud est societas Angelorum. Solent enim se bonis peregrinationibus sociare. Genesis 32. *Jacob abiit in itinere, quo cœperat, fueruntque ei obviam Angelii Dei*: sicut etiam patet in Angelo Raphaele, qui fuit socius Tobie in via: & filii Israel peregrinantes in deferto habuerunt Angelum ductorem, ad cuius Imperium movebant castra. Aliud est suffragium Sanctorum. Quis enim potest enarrare quot beneficia consueverunt Sancti peregrinis suis conferre? Et ideo bene dicitur in Psalmo 120. *Levavi oculos meos in montes, scilicet Sanctos, unde veniet auxilium mibi.* O quot & quanta auxilia contulit beata Virgo suis peregrinis, super quo confectus est unus liber, qui dicitur de miraculis beate Virginis. Quot & quanta beatus Jacobus super quo fecit unum librum Callixtus (*a*) Papa. Quot & quanta alii Sancti, & innumerabiles, prout in eorum legendis continetur. Materia de predictis. Thema, Genesis 26. *Peregrinare in terra, quam dixerо tibi.* Argumentum est, quod Dominus inspirat aliquando aliquibus, ut faciant peregrinationem aliquam alicubi secundum beneplacitum suum. Porro Ecclesia devotio, cum hoc facit, habet in usu ire ad locum orationis, Ecclesiam scilicet, ut cum orationibus sanctis hoc iter incipiatur, exemplo tructo in hoc a Paulo, de quo recessuero a fratribus, dicitur Actuum 20. *Postis genibus oravit cum omnibus illis: & post: Magnus autem fletus factus est omnium, & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum, & conduxerunt ad navem.* Et hoc etiam a fidelibus fuit in simili casu. Observato autem loco ad hoc congruo, five in Ecclesia, five alibi inferendus est sermo in hujusmodi recessu, cum potest haberi competens audientia. Ad habendam autem materiam sermonis in tali recessu &c.

XCVI. In solemnni receptione Peregrinorum redecentium.

IN legenda beati Joannis Evangelistæ legitur, quod cum rediret de exilio, occurrit ei omnis populus gaudens, & dicens: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Item Luca 15. legitur, quod Pater filium Prodigum

(*a*) Et is Callixtus II, qui de miraculis S. Jacobi Apostoli Compostelle in Hispania fasciis integrum librum scriptis estque in infusus Speculo Historiali Vincentii Bellavencensis lib. 26. cap. 30. & seqq. Porro an S. Jacobus Hispanus prædicaverit, scabrosa quæstio est. Quod eo aliquando profectus sit, complures docti Autores propugnant. Tente Vasco in Chronico anni 798. cepit peregrinatio ad S. Jacobum circa annum 816. post repertum corpus ejus.

revertentem recepit cum magno gaudio, & cantu symphoniarum, & chorū: quanto magis debuisset hoc fieri, si fuisset sapiens, & longo tempore absens. Item Tobiae 11. legitur, quod in regressu Tobiae junioris, factum est magnum convivium, ita quod consobrini convenientes cum magno gaudio epulati sunt diebus septem. Ex his potest haberi, quod non est reprehensibilis, immo laudabilis consuetudo (*a*) Christiana, que habet in usu peregrinis redecentibus occurrere, & eos cum magno gaudio recipere, & hac occasione charitativa convivia peragere. Item notandum, quod interdum hujusmodi conviviis sollet se immiscere gaudium vanum, iuxta illud Isaiae 5. *Cithara, & lyra in conviviis vestris:* quod totum maculat, non enim haec debent auditri in tali festo, sed magis gratiarum actio, & vox laudis, laudantes gloriam Domini, & gratias agentes de redditu amici, & salvi recepti, quia inquit: *Salvum illum recepit.* Luca 15. Item interdum turpes personæ, ut histriones, & malæ mulieres. 2. Petri 2. *In conviviis suis luxuriantes.* Quo contra Ecclesiastici 9. *Viri justi sint tibi convivæ.* Interdum tumultus, & rixæ, & verba mala, propter quæ secundum Gregorium dives dicitur punitus in lingua in inferno, scilicet propter verba in convivio effusa. Contra quod Sapiens: *Pauca in convivio loquere.* Ista ergo debent excludi, ut totum hujusmodi festivum convivium sit honestum, & Deo acceptum, qui amicum cum prosperitate ad suos reduxit. Denique, qui intersunt hujusmodi gaudio, debent elevate cor suum ad illam beatam patriam, & cogitare, quale sit ibi gaudium, quando Spiritus justorum revertuntur illuc ad Deum, qui misit illos. Beda: *Superna Hierusalem bina expulsis omnibus manibus exceptos in gaudiis Domini sui introdit.* Item gaudium de amicis non semper durat, sed terminatur cito, saltem per mortem: sed illud erit perpetuum, quia illud non tolletur ab eis. Joannis 16. Item erunt in illo gaudio instrumenta letitiae. Apocalypsis 14. *Audiri vocem tanquam citharædorum citharizantium in citharis suis.* Pulchritudo vestrum. Matthæi 13. *Fulgebunt justi sicut sol.* Convivia delicata. Isaiae 25. *Faciet in monte isto hoc convivium pinguium, convivium vindemia, convivium pinguium medullatorum, convivium vindemia defecata.* Patet ex jam dictis per primum paragraphum, quod amici de peregrinatione redeentes, sunt cum magno gaudio recipiendi. Per secundum, quæ in hujusmodi gaudio sunt cavenda. Per tertium, ad quid cor inter hujusmodi gaudia est elevandum. Materia de predictis. Thema, Genesis 33. *Currens Esau obviam fratri suo, amplexatus est eum, strigensque collum ejus, & oculans flevit.* Si ergo fecit Esau fratri suo, quem oderat, regredienti motus humanitate quadam; quanto magis hoc est faciendum amicis revertentibus? Facit autem ad hoc idem, quod in multis locis legitur. In legenda siquidem Beati Joannis Evangelistæ &c.

Y 3

(*a*) Est quidem illa in primis laudabilis consuetudo, quam etiam suo precepto S. Carolus in Concilio Provinciali IV. firmavit, ubi de religiosis peregrinationibus agit, ut nimis rum ab ipsi reveri primo Parocbum convenientem, a quo benedicantur, adhibitis ex Ecclesiæ insitu prescriptis sanctis orationibus. Sunt præcipua Peregrinorum insignia Baculus & pera, quos olim ex prescriptis Librorum Pontificalium benedictos coram Altari fideles peregrinaturi suscepient. Vide Gretserum lib. 2. *De sacris peregrinationibus* cap. 2. & Martenium lib. 2. de ritibus cap. 23. pag. 382. & seqq.

XCVII. In solemnni receptione Domini (a) secularis.

Moris est, quod quando aliquis Dominus secularis primo venit ad aliquem locum suum, in quo sunt homines sui honorabiles, vel quando revertitur de ultra mare, vel aliunde, ubi longam moram contraxit, recipitur a suis cum honore. Nec mirum, scriptum est enim Judith 3. *Universi habitatores, Principes, & honorati simul cum populis pergebant obviam Holoferni venienti, excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros cum tybiis, & tympanis.* Si autem hoc faciebant illi alieno Domino ex timore, quanto magis faciendum est Domino proprio ex debita reverentia? 1. Timothei 6. *Quicunque sub iugo sunt servi, Dominus omni honore dignos arbitrentur.* Porro in hujusmodi honorifica receptione cum poterit haberi competens audiencia pro sermone, comendanda est devotio subditorum sic Dominum suum honorantium. Animandus est Dominus ad retribuendum suis subditis pro honore sic exhibito, exhortandi sunt omnes, ut in his, que sic sunt, Deus praे oculis habeatur. Circa primum, notandum est, quod subditi tenentur ex debito Dominum honorare. Malachiae 1. *Servus honorat Dominum suum, idest debet honorare: propter quod dicitur ad Romanos 13. Redite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: que omnia pertinent ad Dominos, & ideo possunt argui infidelitatis, qui hoc non faciunt.* Præterea inter omnia, que solent displicere Magnatibus, est dedecus cum sit eis, a quoquaque fiat, sed maxime cum sit a suis. Unde Miphobest conquerens de servo suo, dixit conquerendo Regi David, 2. Regum 19. *Servus meus contempnit me.* E contrario vero, quod summe placet eis, est honor, & ideo valde valet honor exhibitus Domino, ad querendum gratiam ejus, que multum potest esse utilis subditis. Præterea cum Dominus est bene cum hominibus suis, fortiores sunt sicut acies bene munita contra hostes. Per hujusmodi vero honorem exhibitum, & receptum, multum ad invicem uniuntur majores, & minores, & ideo magis timentur adversariis. Exhibendus est ergo honor prædictis Dominis, & propter propriam famam de fidelitate, & propter Domini gratiam acquirendam, & propter terrorem hostibus incutendum. Scindunt autem, quod hujusmodi honor consistit in servitiis, & dationibus munierum, quod contempserunt quidam facere Saul, quando fuit rex novus. 1. Regum 10. Item in humiliacionibus corporis, cum fiant coram Domino genuflexiones, prostrations, & similia, que frequenter facta in Scripturis sacris leguntur. Item in verbis reverentia, ut cum dicitur Dominus totus, & hujusmodi, que multa continet Scriptura. Proinde volentibus honorare Dominum suum, reverendum est ad tria haec. Cirea secundum, notandum, quod Dominus obligatus est de jure subdito homini suo, sed magis obligat eum fidelitas inventa in subditis, sed super omnia timor majoris Domini debet eum inducere ad bene se habendum cum inferioribus suis. Et ideo bene dicitur, Colosensem 4. *Domini*

(a) Vide Tomum 3. nostri Romani Pontificalis, ubi extas Titulus. *Ordo ad recipientum processionaliter Principem magnae potentiae.*

ni quod justum est, quod primum: & æquum, & hoc quoad secundum: præstare servis, & scientes quod & vos Dominum habetis in celo, quoad tertium. Propter hoc igitur, et si teneatur omnis Dominus subditis suis ad fidelitatem in defendendo eos, in subveniendo eis in suis necessitatibus, & non gravando eos, & hujusmodi, quanto magis tenetur sibi devotis? Circa tertium, notandum, quod subditus servitum, quod facit Domino, non debet facere solum propter Dominum, sed principalias propter Deum. Ephesiorum 6. *Servi obediunt Dominis carnalibus cum timore, & tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate, servientes sicut Domino, & non hominibus.* Similiter & Dominus bonum, quod facit in subditos, debet ei intentione facere. Unde sequitur post prædicta eodem capite: *Et vos Domini eadem facite illis, remittentes injurias (alias minas) scientes, quod (alias quia) illorum, & vestrum Dominus est in celis, & personarum acceptio non est apud Deum.* Cum autem sic sit, quod uterque facit quod debet, non solum apud mundum, sed apud Deum meretur, ut insimil in futuro sæculo præmentur. Job 3. *Parvus, & Magnus ibi sunt.* Materia de prædictis. Thema 2. Regum 19. *Reversus est Rex, & venit ad Iordanem, & omnis Iuda venit usque in Galgala, ut occurreret Regi, & traduceret eum Iordanem.* Argumentum de recipiendo Dominum honorifice. Et ideo apud Christianos moris est, quod quando Dominus aliquis secularis, &c.

XCVIII. In Exequiis mortuorum solemnibus.

Notandum, quod tanta est cura Domini de salute hominum, quod movet eos modo per se occultis inspirationibus, modo per creaturas, in quibus effundit mirabilem sapientiam, modo per Scripturas Dei Spiritu exaratas, modo per Angelos apparentes interdum hominibus, modo per viros sanctos viventes, modo etiam per homines defunctos. Unde & Ecclesiastici 38. introducit Scriptura mortuum dicentem unicuique nostrum sic: *Memor esto iudicii mei, sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie.* Et hoc est, quod præsens defunctus inter nos positus modo prædicat unicuique nostrum. Et nota, quod mors dicitur *judicium*, juxta illud Ecclesiastici 41. *Hoc est judicium a Domino omni carni.* Dicitur autem *judicium*, quia sicut judicium personam hominis non accipit, ita & mors nulli parcit. Unde de antiquis patribus, qui multum vixerunt, dicitur Genesis 5. *semper in fine: & mortuus est.* Igitur bene dicitur Ecclesiastici 9. *Communitatem (alias communionem) mortis scito, id est attende quam sit communis: quis enim homo, qui non videbit mortem?* Item sicut *judicium redit unicuique quod suum est, ita & mors temporalia mundo, carnem terræ, animalm Deo, vel Diabolo, illi scilicet cuius est.* Job 14. *Homo cum mortuus fuerit, nudatus, atque consumptus, ubi queso est?* Responsio. *Anima ubi meruit; caro in terra; substantia, quam reputabat partem sui, in mundo apud alios.* Item sicut in *judicio* alii accidit prospere, alii male, ita & in-

morte . Exemplum de divite , & Lazaro , Luke 16. Ecclesiastes 4. De carceri , catenisque egreditur quis ad Regnum , alius natus in Regno inopia consumitur , hoc autem fit in morte honorum , & malorum . Item notandum , quod de hujusmodi iudicio , scilicet morte , assidue est cogitandum , etiam secundum Philosophos . Unde Plato : *Summa philosophia est affidua mortis meditatio* . Valet autem hujusmodi meditatio ad mundi contemptum . Quid enim profunt ista omni homini , qui diu hac habere non potest ? Hieronymus : *Facile contemnit omnia , qui se semper cogitat moriturum* . Item valet ad declinandum a malo . Ecclesiastici 7. *Memorare novissima tua , & in eternum non peccabis* . Ideo Bragmani Alexandre , qui mandaverat eis , ut pertinent ab eo , quid vellent , & ipsiis penitentibus immortalitatem , quam summe optabant , & Alexandre respondente : *Ego mortalis cum sis , quomodo vobis immortalitatem dare possum ?* bene responderunt dicentes : *Tu mortalis cum sis , quare tot mala faciendo discurris ; quasi dicere deberent : Recogitatio mortis te deberet facere cessare a malis* . Item valet ad honorum congregationem , ut illa hinc transitus posit deferre ad locum necessitatis . Augustinus : *Nil aliud meditemur , nisi quod non semper hic maneamus . Igitur bene vivendo preparemus nobis , unde nunquam migremus* . Item notandum , quod aliqui licet interdum cogitent de morte , tamen eam cogitant a longe ; & ideo stant diu impræparati . Quo contra Luke 12. Et vos esto parati , quia qua hora non putatis , Filius hominis veniet . Sicut solent transfretaturi itare parati in expectatione venti . Item propter hoc sunt multi negligentes in laborando fideliter , sicut messores , quando non putant pluviam cito venturam , quæ eos impedit . Quo contra Ecclesiastici 9. *Quicquid potest manus tua , in santer operare , quia necratio , nec sapientia , nec scientia erunt apud inferos , ut scilicet de his possis ibi aliquid laborando lucrari , quo tu properas* . Item non solum stant imparati , non solum non congregant bona , immo , quod pejus est , exponunt se multis malis propter spem , quam habent de poniendo in futuro , promittentes sibi longam vitam . Sed heu quot sunt in hoc decepti . Narrat Gregorius , quod quidam somnianit se longo tempore vicieturum , & cum de hoc multum gauderet , putans quod multum adhuc posset vacare diuinis & voluntatibus suis complendis , in crastrino mortuus est ille , ut dives stultus , Luke 12. proponebat anima sua : *Anima mea habes multa bona posita , non in septimanam , vel mensem , vel annum , sed in annos plurimos* ; & audivit : *Sulte bac nobis repetent animam tuam a te* . Proinde decipiuntur , cum etiam mala , quæ ipsi faciunt in spe , ista sunt occasio asperendi sibi tempus , juxta illud Psalmi 54. *Viri sanguinum , & dolosi non dimidiabunt dies suos* ; sicut patet in centum viginti annis promissis , qui ablatis sunt filiis hominum propter peccata , quibus se exponebant ante diluvium , sicut dicitur in historiis . Propter hoc non debent homines solum cogitare de morte , sed & quam cito veniat . Ecclesiastici 14. *Memor esto , quoniam mors non tardabit* . Materia de prædictis . Thæma , Ecclesiastici 38. *Memor esto iudicium mei , sic enim erit & tuum : mibi heri , & tibi hodie* . Et nota , quod hic tanguntur quatuor predicta , secundum quatuor paragraphos , scilicet quomodo defunctus prædicat , & hoc ex persona hic loquentis . Et quod

quod mors dicitur iudicium , cum dicitur : *iudicium mei* . Et quod mors dicitur iudicium , cum dicitur : *sic enim erit & tuum* . Et quod non est æstimanda longe , cum dicitur : *mibi heri , & tibi hodie , &c.*

XCIX. In commemorationibus Defunctorum .

Notandum , quod Ecclesia frequenter facit commemorationem defunctorum , modo faciendo tricenaria , (a) modo anniversaria , & similia . Ad habendam autem materiam loquendi in hujusmodi commemorationibus , notandum , quod fuerunt quidam , qui non crediderunt , quod animæ hominis remaneret aliquid post mortem . Et hi sunt , qui dicunt , Sapientia 2. *Ex nibili nati sumus , & post hoc erimus tanquam nihil fuerimus* . Alii fuerunt , qui crediderunt animas quidem hominum remanere post mortem , sed non posuerunt , nisi duo receptacula animarum , videlicet Paradisum , & Infernum , innitentes illi auctoritati Ecclesiastici 11. *Si ceciderit lignum ad austrum , scilicet Paradisum , vel ad aquilonem , scilicet Infernum , in quoconque loco ceciderit , ibi erit* . Alii fuerunt , qui eti⁹ posuerunt locum medium , scilicet Purgatorium , tamen dixerunt , quod eis suffragia nihil prosunt , sed solum per penas , quas ibi sustinet , purgantur , innitentes illi auctoritati , 2. Corinthiorum 5. *Ut recipiat unusquisque propria corporis , prout gesit in corpore , sive bonum , sive malum* . Et illud Psalmi 61. *Tu reddes unicuique secundum opera sua , scilicet non aliorum* . Sed Fides Catholica non ita sentit , sicut illi , qui spem non habent , imo sentit animas in perpetuum durare , & locum medium ponit inter paradisum , & infernum , scilicet Purgatorium , & ponit etiam , quod non solum per penas ibi affligentes , sed per suffragia fidelium possunt ibi animæ relevare . Habent ad hoc rationes , & auctoritates efficacissimas , & responsiones rationabiles ad hæc , quæ contra hoc possunt dici , & ideo fideles faciunt hic suffragia pro defunctis . Et notandum , quod in hoc non sunt imitantes exemplum Jude Machabaei , 2. Machabæorum 12. *Duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam , &c.* Item de stulta fide , quam quidam habuerunt in primitiva Ecclesia , qui baptizabantur pro mortuis , retinentes quod bonus erat , scilicet quod credebant posse subveniri defunctis : quod vero malum erat , ut scilicet hoc fieret per Baptismum , quem errorem Christiani abjicunt , suffragia alia , quæ ad hoc valere possunt , facientes . Requie de hoc in Glossa super illo verbo : *Qui baptizantur (b) pro mortuis* . 1. Corinthiorum 15. Item Ecclesia in hoc con-

(a) Celeberrima fuit jam olim defunctorum commemoratione die ab obitu tertio , septimo , & trigesimo , cuius meminerunt Amalarius lib. 4. *De divinis officiis* , cap. 42. Hincmarus Remensis in suo ad Presbyteros Capitulari , Cap. 14. Alcuinus lib. *De officiis* cap. 5. quibus omnibus in eo ritu praevit S. Ambrosius , qui in oratione de obitu Theodosii nota , aliquos observare diem tertium , & trigesimum ; alios autem septimum , & quadragesimum . Apud Tertullianum in lib. *De corona militis* , & *de monachis* , fit etiam mentio diei anniversarie . Vide de his fülo loquentes Stephanum Duranti lib. 2. *de ritibus* , cap. 43. & Edmundum Martene lib. 3. *De ritibus* , cap. 14. num. 17. & seqq.

(b) Vide egregium Augustini Calmet dissertationem *De Baptismate pro mortuis ad i. Corinthiorum cap. 15.*

confortata est per doctrinam Patrum sanctorum innumerabilium suorum ; & per visiones multimodas ad hoc pertinentes circa hoc factas , quae in diversis Geslio Ecclesiasticis habentur . Sed hec sunt multi , qui et si credant animas remanere , & purgatoriu m esse , & animabus ibi existentibus posse per suffragia subveniri , tamen ita sunt infideles defuncti , & illis , a quibus haberunt , & naturam , & temporalia bona , & etiam multa spiritualia : & nulla angustia eorum , nulla obligatio , qua ad hæc teneantur , moveret eos , quod post mortem aliquid faciant , vel faciant fieri pro eis . Ilti sunt de istis amicis , de quibus dicitur Ecclesiastici 6. *Et amicus socius mensa , & non permanet in die necessitatis* , quia multi illis , quorum socii fuerunt in mensa honorum hujus mundi , nihil conferunt ipsis in necessitate existentibus post mortem . Item ali sunt , qui eti subveniant defunctis interdum , tamen ita tarda hoc faciunt , quod ante sunt interdum liberati de purgatorio , quam veniant illuc suffragia ista : sicut accidit de paupere , qui diu clamavit ad januam , cui quando recessit , mitit dives eleemosynam , quæ eum non inventit . Contra quod Ecclesiastici 4. *Non protrahas datum angustiante* . Sunt alii , quod pessimum est , qui etiam restituções , & eleemosynas , quas pro animabus mortui ordinaverunt facienda , nunquam reddunt . Et ideo timendum est illis , ne anime defunctorum clament ad Deum super injuria tam scelerata , secundum illud Apocalypsis 6. quod dicunt anime clamantes ad Dominum : *Uxque Domine sanctus , & verus non vindicas sanguinem nostrum de his , qui habitant in terra ? Quomodo autem potest fieri , quod Dominus talem clamorem non audiat ? Exemplum legitur in actibus Caroli , quod quidam miles moriens in Hispania in exercitu ejus , legavit equum suum vendendum , & dandum in eleemosynas : quidam autem consanguineus suis , cui hoc mandaverat , equum retinuit sibi , & eleemosynas non fecit . Post dies vero triginta apparuit defunctus viventi , dicens , quod liberatus erat purgatorio , in quo triginta diebus fuerat , quia non fecerat eleemosynas suas ipse ; sed ipse non ferret hoc impune . Et ecce ipso die auditio quadam tumultu , sublatius est ille vivens , & quesitus non est inventus usque post dies duodecim . Et tunc longe ab illo loco inventus est præcipitus de quadam monte . Materia de prædictis . Thema . 2. Machabæorum 12. *Sancta , & salubris est cogitatio pro defunctis exorare , ut a peccatis solvantur . Nota , quod haec cogitatio est sancta , & salubris , quia est fidei , secundum primum . Item est sancta , & salubris propter imitationem eorum , qui hoc faciendum tradiderunt per secundum paragraphum . Item est sancta , & salubris ; in de testationem multorum malorum , qui hoc non faciunt , secundum tertium paragraphum .**

C. In Conviviis Defunctorum .

Notandum , quod aliqui fideles Deo devoti consueverunt facere aliqua charitativa convivia in anniversariis defunctorum , vel in aliis casibus , Sacerdotibus aliquibus , vel Religiosis , & amicis . Circa quod tria sunt notanda . Primum est , quare hoc sit faciendum . Secundum est , quid

quid sit in hoc cavendum . Tertium est , quid sit in istis conviviis propter hoc faciendum . Circa primum , notandum , quod memoria defunctorum de facilis perit apud multos in hoc seculo . Ecclesiastes 9. *Mortui non habent ultra mercedem , scilicet in hoc seculo , quia oblivioni data est memoria eorum . Quod dicitur ideo , quia quantumcumque meruerunt mortui apud multos , tamen nihil boni faciunt eis , immo tradunt eos oblivioni . Quod contra Ecclesiastici 38. In requie mortui requiescere fac memoriam eis . Et bene dixit , requiescere , qui enim requiescit , iterum resurgit . Ita & memoria defuncti , eti ad horam quiescat , tamen debet iterum resurgere in die anniversarii , vel alio tempore opportuno , & ita apud fidèles viventes devotos debet fieri in hujusmodi conviviis . Et ideo dicitur hujusmodi convivium in vulgari remembrante , id est , (a) gedechnise . Item dignum est , ut Sacerdotes amici , qui laboraverunt , & in officio pro mortuo , & veniendo ad Ecclesiam propter mortuum , habeant ultra illos aliquid , qui sic non laboraverunt , quia qui non laborat , non est dignus manducare . Hoc autem est refectio . Matthæi 10. *Dignus est operarius cibo suo . Item quando amici alicujus , qui est in magna necessitate , sunt congregati , solent ad invicem tractare subveniendo ei . 1. Machabæorum 5. Convenit Ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis , qui in tribulatione erant . Ita fit & in istis conviviis . Nam in fine solet commendari defunctus , qui timetur esse in poenis , suffragiis omnium . Probabile est autem , quod devotius recipiant hujusmodi commendationem propter beneficium refectionis receptare . Fint ergo hujusmodi convivia in signum memoriarum defuncti durantis apud facientem convivium , & ut laborantes pro defuncto sustentationem debitam recipiant , & ut defuncto plura suffragia efficacius acquirantur . Circa secundum , notandum , quod mali homines non possunt juvare alios apud Deum , quia peccatores non audit Deus . Hujusmodi autem convivia sunt pro peccatis mortuorum . Quid ergo est oblatio pro peccatis comedere , & contra peccata nil posse ? Væ tibi Clerice : mors in olla . Et bene dicit : vœ . Non enim sine damnatione possunt talia fieri a malo Clerico . Item contingit interdum , quod in hujusmodi conviviis sunt superfluitates . Misera res , immo miserrima , Iudei in felto propitiacionis , de quo agitur , Numerorum 29. *affligunt animas suas , ut dicit textus : & Magister in historiis dicit , quod in illa die fiebat memoria mortuorum , & omnes tam senes , quam pueri septenches , & jumenta , jejunabant usque ad vesperam : & nostri Christiani in istis memoris faciunt superfluitates in cibis , & potibus . Item contingit interdum , quod miscentur levitates in istis conviviis : quæ ministrant matrem luctus . Contra quod dicitur Ecclesiastici 22. *Musica in lucta importuna narratio . Unde cum quidam senex videlicet quandam comedentem de eleemosynis , & ridentem , dixit : Quid putas habet iste frater , qua charitate manducat , & ricit ? sicut dicitur in Vitis patrum . Patet ex istis quam reprehensibile est multum , quod in hujusmodi conviviis mali interficiunt ; magis autem est reprehensibile , quod ibi superfluitates fiant ; maxime autem , quod vana solitia admiscetur . Et ideo cavendum est in conviviis ab istis****

(a) Gedechnise est vox Alemanica , Latine recordationem significans .

tribus . Circa tertium nota , quod convivæ hujusmodi debent attendere diligenter , quid comedunt . Ecclesiastici 31 . *Diligenter attende quid apponitur tibi , quid nam sit istud .* Hoc dicitur Osee 4 . Peccata , inquit , populi mei comedent , idest oblatæ pro peccatis . Item debent cogitare , quantum ex hoc manent obligati defunctis . Inter omnia enim beneficia recepta , magis obligat beneficium cibi . Propter quod dicitur e diverso in Psalmo 40 . *Qui edebat panes meos , magnificavit super me supplplantationem .* Item debent illud , ad quod obligantur , executi , scilicet suffragia . Psalmo 126 . *Surgite , postquam federitis , qui manducatis panem doloris .* Panis siquidem doloris est panis pro mortuis , qui sunt in dolore purgatorii , exhibitus : postquam comestum fuerit , surgendum est ad subveniendum eis . Materia de prædictis . Thema , Tobias 4 . *Panem tuum , & vinum tuum super sepulturam justi constitue , & roli ex eo manducare , & bibere cum peccatoribus .* Nota , quod Glossa nihil super hoc dici litteraliter ; sed dicunt Doctores , quod hoc potest intelligi , quod fit occasione defunctorum non damnati , neque Sancti , sed justi , qui recesserit in statu justitiae . Et circa hoc notandum est , quod aliqui devoti &c. ut supra .

F I N I S.



